SACRVM
THEATRVM
BIBLIORVM
IN QVO EXPONVNTVR COMMENTARIA LITTERALIA, ET MORALIA,
NECNON SEXAGINTA SACRA DVBIA IN QVOLIBET CAPITVLO;

Et omnia, tàm Litteralia, quàm Moralia, & Dubia per SS. Patrum doctrinam explicata, confirmata, & deciſa elucidantur.

OMNIBVS NVNC RECENS RESERATVM

A D. LAVRENTIO KREAIITTER DE CORVINIS
Germaniæ oriundo Monacho Silueſtrino Romano Ordinis S. Benedicti

TOMVS I. IN GENESIM.

CVM QVINQVE INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.

I. Paragraphorum moralium. II. Locorum Sacræ Scripturæ. III. Quæſtionum Theologicarum ex D. Thoma deſumptarum. IV. Ad Conciones copioſiſſimo. V. Rerum, & Verborum.

ROMA

Ex dono Authoris Francisco Mariæ Campedono



VENETIIS. M. DC. LXXXX.
Typis, & Sumptibus Antonij Tiuani.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Ex libris S. Mᵃ in Porticu in Campitello

EMINENTISS.[mo] ET REVERENDISS.[mo]

PRINCIPI

PALVTIO DE ALTERIIS

S. R· E. CARDINALI CAMERARIO EMERITISSIMO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D· LAVRENTIVS KREAIITTER DE CORVINIS
Germaniæ oriundus Ordinis S. Benedicti Monachus Silueſtrinus Romanus

ÆTERNAM FOELICITATEM.

QVamquam *omnis doctrina diuinitus inſpirata vtilis ſit ad docendum*, Princeps Eminentiſsime, non eſt tamen æquè facilis ad diſcendum. Verè myſtico illo prefiguranda puteo, cuius os tam *grandi lapide claudebatur*, vt omnium nullus regionis vniuerſæ paſtorum, niſi ſo-

S. Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. verſ. 16.

Gen. cap. 29. verſ. 2.

lus

Idem ibid. Verſ. 8. lus Iacob amouere potuerit eum, quo poſtmodum ouium greges iuxtà eum accubantes, ſunt adaquati: Idem ibid. Verſ. 10. *Cum vidiſſet Iacob ..... amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & adaquato grege* &c. *Solent*, inquit Sanctus S. Cyrillus Alexand. impreſs. Pariſ. lib. 11. in Geneſim litt. B. col. mihi 57. Cyrillus Alexandrinorum Antiſtes, *Sæpè numero litteræ ſacræ Dei ſcientiam aquæ adſimilari*. Sed magna profunditate, quaſi in puteo ipſa ſtat aqua; S. Paulus ad Romanos cap. 11 Verſ. 33. Et certè Sacroſanctæ huius *Sapientiæ, & ſcientiæ altitudo* ſi ſpectetur, *ò quam incomprehenſibilia ſunt my-* Idem ibid. Verſ. 34. *ſteria eius, ò quam inueſtigabiles viæ* ſenſuum *eius quis* S. Ioannes cap. 4 Ver. 11. *enim cognouit ſenſum?* Vndè *puteus altus eſt*, adeò vt S. Matth. cap. 13. v. 44. nulli ex eo liceat, *Theſauri abſconditi in agro* verborum eternæ veritatis haurire Sacramenta, niſi ſoli *Iacob*, S Clemens Alexand. 3. ſtrom. ideſt *legitimo Eccleſiæ Romanæ Paſtori*, aut *cui vo-* S. Lucas c. 10. ver. 22. *luerit filius reuelare per Spiritum Sanctum*, qui vti di- S. Paulus 1. ad Corinth. cap. 2. Verſ. 10. cit Apoſtolus *Omnia ſcrutatur etiam profunda Dei*; quia mens, & caliginoſum hominis ingenium, non 3. Regum c. 19. v. 13. minus ſtant pallio Eliæ, quam Moyſis velamine Exod. cap. 34. v. 33. obtenebranter inuoluta: hinc Regius Vates has tenebras cognoſcens, creberrimè Numen æternum Pſal. 118. verſ. 18. orabat dicens *Reuela oculos meos: & conſiderabo* Hebraica lectio. *mirabilia de lege tua* vbi Hebraicè eſt diuolue ab oculis meis *Velamen caliginis*, & clarè intuebor mirabilia legit tuæ. *Si tantus Propheta*, inquit Sanctus S. Hieron. ad Paulinum. Hieronymus, *tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & penè lactentes inſcitiæ nocte circumdari? Hoc autem velamen non ſolum in facie Moſis, ſed, & in Euangeliſtis, & Apoſtolis poſitum eſt, & ni-*

ſi aper-

ſi aperta fuerint vniuerſa, quæ ſcripta ſunt, ab eo qui habet Clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, nullo alio reſerante pandetur.

Attamen quænam potiora ſunt ſtudia, niſi, quæ diuinis litteris addiſcendis incumbunt? Quænam altera ſcientia hominem magis, & ad Numinis (licet *per ſpeculum in ænigmate*) euehit cognitionem, & detorquet à ſæculi dilectione, quam ſacrarum notitia litterarum? Vndè ad Voluſianum S. P. N. Eccleſiæ Sanctæ Doctor Auguſtinus ſcribens *Tanta*, ait, *eſt Chriſtianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidiè proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte ætate vſquè ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere.*

S. Paulus 1. ad Co. rinth. cap. 13. verſ. 12.

S. P. N. Auguſtinus epiſt. 3. ad Voluſianum.

Hac ergo tanti Sanctiſsimi Parentis inſtructus doctrina, vt meo ſpirituali in dies vacem profectui, ſacrarum litterarum ſtudio, futuræ; & incertæ Vitæ meæ curſum conſummare propoſui. Ad has commentandas ſimul, & diſcendas primordium iam feci; & ne recederem à tuis ſapientiſsimis, Eminentiſsime Princeps, (ò quam ab alijs inuidendis!) quampluries Paterna voce porrectis conſilijs, nempè vt Sanctorum Patrum doctrinis profunda incumberem opera in Dei Verbum concionandi; ſicut, & in concionibus hoc egi, ſic, & in commentando Scripturas, non niſi (quidquid in his legendum adeſt) Sanctorum Patrum venerabili calamo comprobatum optaui; nam etiam Ruffinus de Sanctis Patribus dixit *Diuinaque volumina non ex propria*

Ruffinus lib. 11. Hiſtor. 9.

* 5 pra-

præſumptione ; ſed ex maiorum ſcriptis , & authoritate , quos ipſos pariter ex Apoſtolica ſucceſsione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat , commentando peruoluebant .

Pſal. 125. verſ. 6. En, igitur veniens *cum exultatione* portans manipulum primum mei laboris ad fimbriam tuæ adorandæ Purpuræ prouolutus, ſimul, & ad has primitias ſacrarum frugum in Ara excelſi tui meriti offerendas acce-
S. Matth. cap. 9 verſ. 20. & 21. do; ſciens, quod ſi humili venerationis oſculo *fimbriam*
Idem cap. 23. verſ. 5. *tantum* tui ſacri *Veſtimenti tetigero* , fimbriam ſeruitutis meæ magnificare potero.

Tibi, & nomini tuo ferendum adiudicaui : nam eminentiſsimæ ſcientiæ opus, nonniſi Eminentiſsimo eſt Patrocinio dicandum.

O verè inter eminentes Omine, & Nomine Eminentiſsime! Nam quid altior Alterio ? *Suſpice cœlum* ;
Iob cap. 35 verſ. 5. dixit Iobo Eliu, *& intuere , & contemplare* , ſydera, *quod altior ?* ſi preſcribitur octauo numero perfectionis eminentia, iam nomen ALTERIÆ Familiæ eminentiſsimum in eminentia perfectionis apparet , dum in DECIMO Fœlicis Memoriæ CLEMENTE Octauum exceſsit numerum ; Cui tanto Augusto PONTIFICI, cum anguſta eſſet quælibet corona, modicum qualecumque Imperium , non ſatis Triplicata Inſula , poſtquam in ſex annis illuſtrando ſua Tergemina ſydera , nomen ſuum æternæ obſignarat Memoriȩ , & Deo gloriam, Aris victimas, Sanctitatem Templis, Reli-

gioni

gioni ſplendorem; Eccleſiæ dignitatem, quietem Regibus, Populis ſecuritatem, & virtutibus meritum, abiens, non obiens; in terris amplius *non apparuit, quia tulit eum Deus* æterna inter ſydera coronandum. *Gen. cap. 5. Verſ. 24.*

Verè igitur tua eſt ALTERIA præexcelſa Familia, ſi vſque ad ſydera perueniens, ſydera ipſa in ſtemmate impreſſa demonſtrat; in quibus, & ſupra, refulges, mi Eminentiſsime, vt Sol: Et ſi de ſole ſcripſit S. Ambroſius *Oculus eſt mundi, iucunditas diei, cœli pulchritudo,* O quam benè tibi dicere valeo Oculus es mundi, nam Tu Orbem gubernando regnante CLEMENTE X. vigilando in omnibus, laborando in tuo miniſterio, curſum glorioſè conſumando, nunc orbis, tuo reſpiciente oculo, reſpicit (*nam amari, coli, diligi, maius imperio eſt*) & omnes, quoniam apud te eſt fons prudentiæ, tuo vident lumine lumen. Iucunditas ROMÆ iam appares, Cœli Eccleſiaſtici pulchritudo iam extas. *S. Ambroſ. lib. 4. Hexameron cap. 1. tom 4.* *S. Paulus 2. ad Timoth cap. 4. verſ. 5.* *Symmachus in orat pro ara Victoria.* *Pſal 35. Verſ. 10.*

Sed Eminentiſsime Princeps liceat mihi amplius aliquid, & illuſtriùs in hoc SACRO THEATRO exponere, nam ſilentio nequeo premere, qua munificentia emines, *beneficia tua, vt maieſtate præcellunt, ita mutuum non expoſcunt*. Hinc erga Pauperes, qui gratiam rependere non eualent, effuſior tua largitas, & genio, & munere tuo digna; pietatis detrimentum putans, niſi ſupplicationem *Auſonius in Panegyric.*

Pietas

Pietas anteuerterit, conſpicitur :

Hanc tuam charitatem, ſollicitudinem, ſtudia, officia, in omnes dæpredicant vniuerſi Paſtores, & Clerici æquè, ac Laici. Plura templa, prædia, & domos Epiſcopales reſtauraſti; in hiſce, & ſimilibus officijs non tantum prouentus Eccleſiæ, ſed, & ipſa patrimonij tui bona expendiſti.

Quo erratis pauperes Orbis Vrbis? quo? Eia pauperes ROMÆ infirmi PALVTIO ALTERIO Principi Purpurato Patri veſtro acclamate. Quis pharmaca vobis omnibus largiter adminiſtrat, niſi Eminentiſsimi ALTERII Pietas? O' nunquam æquiparanda Charitas! In æternum ò quam benè remuneranda Pietas!

At verò, quid moror in dictis? ſatis (licet nunquam ſatis) Vniuerſum loquitur de tua Pietate, ſi ROMA obſtupens videt in publica Pharmacopia ſubſtare glorioſiſsimo tuo ſtemmati hoc nomen PAVPERIBVS. O' nobile Emblema! ò immenſæ pietatis tuæ elegantiſſimum Elogium! vbi legitur, Tua ſydera pietatem, charitatemve PAVPERIBVS influere; quid amplius?

En quomodò, Eminentiſsime Princeps, licet abſcondas facta tua, Te modulatè buccinant, & præclarè produnt linguato ſilentio. *Nam vera bona ex ſeipſis naturaliter vocem mittunt, etiam ſi ſileant: nam nec Sol, nec Luna opus habent interprete, qui nos doceat, ab alte-*

Philo. de ſacrificijs Abel.

ro in-

ro interdiu, ab altera noctu mundum vniuerſum illuſtrari; ſed ipſi ſuo ſplendore fidem, vel abſquè teſte faciunt oculis.

Ergo ſileam ego, & mittens has meas in Geneſim Commentationes, in hoc SACRO BIBLIORVM THEATRO ad magnam purpuram tuam Triregno dignam, merito purpuraſco.

Mitto tamen, non quòd mereantur, ſed quod hoc darem amori meo, beneuolentiæ tuæ erga me. *Ita ferè in paruis magni ludunt, & gratiora è tenui dextera munera ſunt: & meminerim etiam aquam, vtraque bola, ruſtica manu porrectam, regibus non ſemel placuiſſe.* Carolus in proleg. ad prodigum, Adolf.

Ergo hoc obſequij in te mei munuſculum qualecumque eſt, ac tot tibi debitum nominibus, tuo non dedigneris aſpectu: O' Tantum præluſtris de ALTERIIS familia multos tui ſimiles orbis Heroas largiatur! *Hæc vota libera emitto manu, & calamo: maiora pectori recondi. Audi Deus.* Idem ibid.

AMI-

AMICO LECTORI

SED VERO, IDEOQVE RARO.

Eccleſiaſticus cap. 32. verſ. 24

Tibi obiectus liber, operis longæui initium, compoſitus à me, vt luci non iam darem, ſed meo inſeruiret ſtudio, tandem aliorum ſuperatus conſilio, Spiritus Sancti vocibus obediens *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis*; Typographo nunc imptimendus exponitur. Talis en igitur qualis eſt tu vides. THEATRI attamen SACRI nomen in fronre gerit, vt ex hoc intelligas, non ſolum, quæ in tota Sacrarum Scriptutarum ſetie enumerantur declatari, ſed etiam, quæ ad mores habenda ſint habeantur; nam quiſquis eſt, ingenioſi hic inueniet Dædali

S. Matth. cap. 10. verſ. 16.

ſtamen, vt inter tot orbis illaqueati labyrinthos aditus pateat, ne ſeſe perdat; & innocentes amplectendos mores, nec non à lupis inſidioſæ carnis famelicis, tunc cum libant oſcula mordentibus, cauendum, ediſcat.

Sapient. c. 7 verſ. 13.

Hoc lumen (qualequale illud ſit) libenter, Amice, tibi communico, ac gratè *Sine inuidia honeſtatem illius non abſcondens*, quod vt plenius aſſequaris, methodum accipe, ordinem intende, intentionem, modumque ſcribendi obſerua.

S. Hieronymus in ep.

Litteralem ſenſum in primis intimiùs, vt potui, ptoſequor à Diuo Hieronymo edoctus, ſpiritualem intetpretationem ſequi debere ordinem Hiſtoriæ; *quod pleriquè ignorantes*, ait Sanctus, *lymphatico in ſcripturis vagantur errore*.

Poſt

Poſt litteralem ſenſum, morales adiunxi annotationes, nam cum Saluiano dico *in ſcriptiunculis noſtris non lenocinia eſſe volumus, ſed remedia*: ideò poſt litterales, morales expono ſenſus, inter quos ſæpè ſæpiùs quæſtiones Theologicas ex Angelico Doctore deſumptas breuiter inſero.

Saluianus in præfat. ad librum de Gubernat. Dei.

Tertio poſui Sexaginta Sacra dubia in capitulo quolibet, quæ ſemper per conceptus morales prædicabiles, ſi non nouos (*quia nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt:*) Saltem incognitos reſtant ſoluta: Et omnia, tàm quod litteraliter expono, quàm quod moraliter explano, & quod in dubijs reſoluo, per Sanctorum Patrum doctrinam explicata, confirmata, & deciſa elucidantur.

Eccleſiaſtes cap. 1. verſ. 10.

Numero Sexagenario dubia omnia conſtrinxi, quia cum iſte numerus operis perfectionem ſignificet, Huiuſcemodi numero opus demonſtratur perfectum: Immò ſi SACRVM eſt THEATRVM neceſſe erat, vt viderentur in ipſo *Sexaginta Cori farinæ*, ſpiritualis cibus Sapientum Concionatorum, qui ſunt, *Sexaginta fortes* ambientes *lectulum*. Animæ, tenentes *gladios* dum Verbum Dei implent. *Sexaginta Columnæ* atrij, quæ moralibus hoc SACRVM BIBLIORVM THEATRVM ornamentis nobilitant. *Sexaginta reginæ* ad regnum Dei acquirendum inſeruientes. *Sexaginta Cubiti* Templi, quibus peruenitur ad gloriam; *Et Sexageſimus fructus* ortus de *terra bona* ex ſemine Verbi Dei. Inſuper quia per ſex denarios, numerus completur ſexageſimus, & ſex ætatibus numerus vitæ hominis adſtringitur, deſignare intellexi, *quod toto tempore ſeruandus eſt decalogus*, ideò ad mores, omnia, & dubia reſoluta huic numero expoſui.

3. Regum cap. 4. verſ. 22.
Cantic. c. 3. verſ. 17.
Thomas Ciſtere in Cantic.
ibidem.
Exod. cap. 27.
Cantic. c. 6 verſ. 7.
Rupertus ſuper Cantic. cap. 6.
Ezech. ca. 40.

At verò vnica adeſt ratio; quia cum mea ſit mens, Nouum, & Vetus explanare Teſtamentum, in quolibet capitulo, Sexageſimo vti debebam numero, nam ſcripſit S. Epiphanius. *Sexaginta generationes enumerari fidelium, quæ fuerunt ab Adam vſquè ad Chriſtum.*

S Matth. c. 13. verſ. 8.

Breuitati ſtudui, *vt nullum damnum fierem intelligentia, cupiens magis implere cauſam, quam paginam*: attamen calamo prohibere nequeo currenti, quin Volumina pingat. Tametſi omnia, quæ in hoc Tomo ſunt (ſicut, & erit Deo fauente in alijs) mea, non mea dicenda puto; mea, quia re vera ſunt, non mea, quia Sanctorum Patrum ſunt: Vndè ſi obijcis cum Climaco *Pudor eſt alieno ornamento gloriari*, cum Lipſio humiliter ſatisfaciam dicens *Lapides, & ligna, ab alijs accipio, ædificij tamen extructio mea eſt. Architectus ego ſum, ſed, & materiam varie, vndique conduxi; nec arancarum ſanè textus ideo melior, quia ex ſe fila gignunt: nec noſter vilior, quia ex alienis libamus, vt Apes.*

S.P N Auguſtinus quæſt. in Iudic. 49.
S Io. Chryſ. de Iephte cit. à Lanreto in Sylua Alleg.
S. Epiph. 3 contra hæreſes to. 2.
S. Hieronymus lib 11 in Iſaiam.

Stilum mihi Petrus Cellenſis præſcripſit. *Scriptura*, inquit, *quaſi matrona quadam grauis, & grandæua, licet ſtibio, purpura, & ſerico recuſet ornare genas ſuas rubentes ſatis naturali vigore, & decore; tamen illis Philoſophorum ſtudijs, & doctrinis, quæ tantummodò in facie verborum gloriantur, nequaquam inferior inuenitur. Senſu namque maieſtas eius venuſtior, numeroſa ſententiarum compactio validior, intellectus vtilior, fructus vberior, lectio modeſtior. Hæc tam habitum, quam vitium meretricium reſpuit, vt amplius placeat nucleus ſub cortice, quam mendax fucus in vertice ...... Quicquid ergo eloquium ſonat diuinum, & vnum eſt fides vnitate, & aureum ſenſus profunditate. Vnum ne dilanietur errore, aureum ne vileſcat ſermone nudo, & ruſtico.* Vndè ſtilus, etſi non criſpandus, negligendus tamen non eſt; ne ſicut Iſmael videar *ruſticè ſapiens*. En idæa, hic operis ſcopus, & intentum.

Iſidorus lib 4 epiſt. 3.
S. Climacus gradu 22
Lipſius.
Petrus Cellenſis l. 2 expoſit. Tabern apud Euſeb. lib 1. Aſcen. doctrina.
Philo lib. de profugo.

Huiuſmet litteræ exordio dixi librum iſtum tibi obiectum, operis longæui initium eſſe, quia iſto Calamo de tot a mihi percurrenda ſtat Scriptura decretum; & per ſingulos annos, ſi non duos, ſaltem vnum ſequentem librum habebis.

Faxit porrò Deus, faue Lector benigne, ne alij illudere poſſint *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſumare.*

Præterea dicendum quod S. P. N. Auguſtinus ſcripſit, *Ego ipſe*, ait Lumen Eccleſiæ, *multa, quæ neſciebam, ſcribendo me didiciſſe confiteor*. mihi igitur ſcribere, non tàm docuiſſe, quàm didiciſſe eſt.

S P N Auguſtinus lib 3. de Trinitate.

Denique hoc ſolum reſtat: in Librum ſi quid habeas, liberè *increpa, ſed in doctrina*: nam ſi S. P. N. Auguſtinus ait, *Ego ſenex, & tot annorum Epiſcopus, à Collega*

S. Paul. 2. ad Timot. c. 4. v. 2.

meo

S.P.N. Augustinus in epiſt. 75. *meo* (nempe humilitate) *nondum anniculo paratus ſum edoceri*, quanto magis , ego tanti Sanctiſſimi Parentis filius vtique indignus, non ſenex , ſed vix triginta annorum ætati adſcriptus , à collega , Vtinam, meo humilitate edoctus , paratus ſum tuam ſapientem venerari , nec non admirari correctionem ? exin ,

Si quid nouiſti rectius iſtis ,
Candidus imperti ; ſi non , his vtere mecum ,

Vale .

S. P. N.

AVGVSTINVS

LVMEN ECCLESIÆ

ORBIS MIRACVLVM

MALLEVS HÆRETICORVM

In lib.16. de Ciu. Dei cap.2. in fine col.3. pag. mihi 198.

Omnibus Sacras litteras legentibus, atque interpretantibus ſcribit.

NOn ſanè omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt; ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſignificant attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur: ſed vt hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in citharis atque huiuſmodi vaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed vt aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in prophetica hiſtoria dicuntur, & aliqua quæ nihil ſignificant, ſed quibus adhæreant quæ ſignificant, & quodammodo religentur.

Et ſuperius in eodem cap. litt. D. dicit.

Hæc ſcripturæ ſecreta diuina indagamus, vt poſſumus, alius alio magis minuſue congruenter, veruntamen fideliter: certum tenentes non ea ſine aliqua præfiguratione futurorum geſta, atque conſcripta: neque niſi ad Chriſtum, & eius Eccleſiam quæ Ciuitas Dei eſt eſſe referenda; cuius ab initio generis humani non defuit prædicatio, quam per omnia videmus impleri.

APPROBATIO THEOLOGORVM RELIGIONIS.

LIbrum hunc, cui Titulus, SACRVM THEATRVM BIBLIORVM, &c. à Reuerendo Patre Laurentio à Sancta Franciſca, Congregationis Noſtræ Theologo Concionatore, compoſitum, ex deputatione Reuerendiſsimi Patris Martini à Sanctiſsima Trinitate Vicarij Generalis, examinauimus, omnique maiorem exceptione reperimus. Idcircò eum approbamus, ac luce dignum exiſtimamus.

Romæ die 12. Septembris 1688.

F. Nicolaus à S. Io: Baptiſta S. Scripturæ Lector, & Reuiſor ſpecialiter deputatus.

F. Vitalis à S. Dorothæa S. Theologiæ Lector, & Reuiſor ſpecialiter deputatus.

INDEX PARAGRAPHORVM, ET DVBIORVM MORALIVM.

A

QVare ad hoc vt appareret Arida congregatæ fuerunt aquæ ? Gen. 1. verſ. 9. §. 19.

Quare Deus ſeparauit Aquas ab aquis vt terra appareret fructifera ? idem ibidem §. 20.

Quare Aues ex aquis ortæ in aere viuunt, & celeri volatu cœlis vicinari præſumunt, & tamen nec in natali aquarum elemento, nec in ſublimi aere cœlis contermino, ſed in terræ infimiſſimo elemento fructificant, ſeù prolificant ? Gen. 1. verſ. 21. §. 36.

Quare Animantibus dictum fuit ad veſcendum, &c. Gen. 1. verſ. 30. ſ. 54.

Quare Arbor mali ſcientiæ cum paradiſeis voluptatibus ? Gen. 2. v. 17. §. 31.

Quare dicitur faciamus Adiutorium ſimile ſibi ? Gen. 2. verſ. 18. §. 37. & 38.

Quare animantia adduxit Deus ad Adam, vt videret quid vocaret ea ? Gen. 2. v. 19. ſ. 40. 41. 42.

Quare Aqua non fuit maledicta cap. 3. verſ. 17. ſ. 44.

Quare dicitur Adam factus quaſi vnus ex nobis. ibid. verſ. 22. §. 51.

Quare Abel offerendo de primogenitis gregis ſui dicitur *reſpexit Dominus ad Abel, &c.* Et non ſic de Cain: cap. 4. verſ. 4. §. 7.

Quare *Appetitus ſub te erit* dixit Deus, cap. 4. v. 7. §. 17.

Quare Abel iuſtus mortalium primus moritur, & Adam peccator primus hominum, perdiù mortalis viuit cap. 4. verſ. 8. n. 20.

Quare dicitur Adam genuiſſe Seth *ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, & non ſic dictum fuit de Cain: cap. 5. verſ. 3. §. 9. ſ. 10. ſ. 11.

Quare Adam tam diuturnam vitam habuit, cum factum & *omne tempus eius, quod vixit anni nongenti triginta*, cap. 5. verſ. 5. ſ. 13.

Quare ex Adamo Seth cap. 5. §. 52.

Quare cum Animãtibus ſimul Deus homines punire decretat cap. 6. v. 7. §. 19.

Quare Noè Arcam tardè ædificauit cap. 6. verſ. 14. §. 38.

Quare Arca in inferioribus tam ampla conſtruitur, nempè trecentorum cubitor: longitud: & quinquaginta cubitorum latitudinem, & poſteà in cubito conſumatur, & hìc cubitus Noè habitationi deligitur cap. 6. verſ. 16. §. 43.

Quare in Arca Noè plura fuerunt animalia, quæ non erant in terreſtri paradiſo cap. 6. §. 55.

Quare Aquam aſſumpſit Deus ad mundum delendum, & non terram maledictam cap. 6. §. 56

Quare Aquam, & non ignem adhibuit Deus orbem deleturus cap. 6. ſ. 59

Quare Animans mundum ex ſeptem, mas, & cœlebs deputatur ad ſacrificandum domino poſt diluuium, vti dicunt Doctores cap. 7. v. 2. §. 10

Quare Tot Animantia (ſicuti Leones, & Tigrides, Vrſi, Tauri, & Leopardi; Lupi, & canes) quæ valdè duro bello inter ſe decertant valdè amicabiliter in arca degerint cap. 7. verſ. 8. §. 19

Quare dicit Alcuinus ſe non inuicem non debellarent diuerſi generis Animantia. Ibid. ſ. 20.

Quare dicitur *in Articulo illius dies Noè ingreſſus eſt in arcam*, cap. 7. verſ. 13. parag. 31. & parag. 32.

Quare Aues anteponuntur volucribus, & quæ diſtinctio hic agitur inter aues, & volucres, cum ipſe aues volucres etiam ſint, cap. 7. verſ. 14. parag. 33

Quare dicitur Arcam Eleuatam eſſe in ſublime a terra poſtquam multiplicatæ fuerant aquæ cap. 7. v. 17. §. 36.

Quare ſcripſit Moyſes, quòd aquæ vehementer inundaſſent, & omnia repleuiſſent, cap. 7. verſ. 18. §. 37

Quare exprimitur aquam aſcendiſſe ſupra montes altiorem *quindecim cubitis*, cap. 7. v. 20. §. 39. & §. 40

Quare Animantia (quæ cum carerent vſu ratio-

nis deum non offenderant) ſimul cum hominibus in diluuio deleta fuerunt cap.7. verſ.23. parag.44.
Quare Moyſes tam ſæpè inculcat omnia animantia perijſſe in diluuio, cap.7 verſ. 23.§.46.
Quare quando dicitur Noè ingredi Arcam, vt ſaluaret ſecum tota ſua familia exprimitur particulariter *in articulo diei illius*, cap.7. verſ. 13. parag.47.
Quare cum dixerit Dominus *centum viginti anni erunt dies eorum*, antequam implerentur anni promiſſi introduxit vniuerſale excidium cap.7. verſ.6. parag. 55.
Quare potuit Arca hinc, & indè moueri, & non ſubmergi à tota aquarum vi cum nullus eſſet gubernator cap.7. verſ. 18. §.60.
Quare *aquæ cæperunt minui poſt centum quinquaginta dies*, & non anteà, vel poſt, cap. 8. verſ. 3. parag. 10.
Quare Arca quieuit ſupra montes, cap.8. verſ. 4. parag. 11.
Quare dicitur Arcam requieuiſſe ſuper montes Armeniæ *menſe ſeptimo*, & non poſt, vel prius. cap.8. verſ.4.§.12.
Quare exprimitur quod aqua in Diluuio quindecim cubitis exaltata eſſet ſuper montes, poſteà quod Arca ſuper montes ſediſſet, vlterius quod aquæ irent, & decreſcerent vſquè ad decimum menſem, vltimò quod montium cacumina apparuiſſent, cap. 8. verſ. 5.§. 13.
Quare tam particulariter ſcribitur quod aquæ ibant, & decreſcebant vſquè ad decimum menſem: *decimo enim menſe prima die menſis apparuerunt cacumina montium*, cap.8.verſ.5.§.20.
Quare Arcum elegit Deus in ſignum pacis, cum potius ſit belli ſignum, cap. 9. verſ. 13.§.14.
Quare ſi Aſſur Niniuem ciuitatem extruxit, rurſum *aſſeritur ædificaſſe Ciuitatem, & plateas Ciuitatis*. cap. 10. verſ. 11. & 12.§.35.

B

Quare Benedictio diei ſeptimi tacetur, quid in illa dixerit Deus, dum de alijs ſuperius datis benedictionibus exprimitur quid diceret? Gen. 1. verſ.22. §.38.
Quare cum Iumenta, & Reptilia ſint beſtiæ terræ, etiam exprimitur, *Et fecit Deus beſtias terræ?* Gen. 1. verſ. 24. & 25. §. 39.
Quare dicitur, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona?* Gen. 1. verſ. 31. §. 55.
Quare Adamo, & Eua creatis, non dicitur à Moſè, ſicut alias, bonum eſſe quod feciſſet Deus? Gen. 2.§. 59.
Quare Deus Arcam fecit non ſolum extrinſecùs bitumine linire, ſed etiam intrinſecùs, cap. 6. verſ. 14. §. 40.
Quare Beſtiæ oblitæ ferociæ ſuæ naturæ nociuæ non fuerunt Noè in Arca. cap. 6. & §. 54.
Quare *Si valdè bona erant cuncta quæ fecerat Deus* in creatione animantium, alia contra turpius appellantur, cap. 7. verſ. 2. §. 6.
Quare Deus bituminauit Arcam Noè cap. 7. verſ. 16. §. 35.
Quare *Bina, & bina ingreſſa ſunt* animantia in Arcam Noè, & non ſeptena, & ſeptena, cap.7. verſ. 15. §. 34.
Quare bellum non exprimitur geſſiſſe omnia animantia immitia cum mitibus in Arcam, cap. 7. verſ. 17. §. 52.
Quare Beſtiæ feriores (ideſt animantia) mediæ inter homines, & beſtias terræ ponuntur à Moſe, cap. 8. verſ. 1. §. 5.
Quare benedicuntur a Domino poſt egreſſum Arcæ Noè, & filij eius, cap. 9. verſ. 1.§.1.
Quare Noè Sem benedicendo, non Sem benedicit, ſed *Deum Sem*, cap. 9. verſ. 26. parag.44.
Quare Noè Sem benedicturus, non filium hunc ſuum, ſed eius Deum benedixit, ibid.§.45.
Quare Noè Deum Semi benedicit. cap.9. verſ.26. parag.46.
Quare dicit Moyſes: Noè filium Sem benedicendo, Dominum benedixit, non autem Semi nomen expreſſit, cap. 9. verſ. 26. §. 59.
Quare dicitur quod *de Babylone diſcederet Aſſur*, & ædificaſset ciuitatem Niniuem, cap. 10. verſ. 11. parag. 18.
Quare ſi Babylon ſola initium erat Regni Nembrod, & aliæ Vrbes Arach, Achad, & Chalanne initium Regni Simul annumerantur, cap. 10. verſ. 10. §. 34.

C

Quare Moyſes, Cœlo prætermiſſo, de Terra loquitur, cum vna ſola vice tantum cœlum nominauerit? Gen. 1. verſ. 10. §.21.
Quare ad Nomen *Cete* additur verbum *magna*? Gen. 1.verſ.21.§.35.
Quare ad complementum creationum primi cap. Geneſis dicitur *Cuncta facta valdè bona?* Gen. 1. verſ. 31. §. 56.
Quare ponitur hoc nomen *cuncta* ad hoc vt dicantur, *& erant valdè bona?* Gen. 1. verſ. 31.§.58.
Quare cum Cœli iam perfecti, & omni ſuo cultu perfectè adornati dicantur, addit Moyſes *Compleuitque die ſeptimo opus ſuum quod fecerat*: Si ergo perfecti, quo complemento carebant, ad hoc vt compleuiſset? Gen. 2. verſ. 1. & 2. parag.2.
Quare de Coſta formauit Deus mulierem? Gen.2. verſ.22. §. 46.
Quare Coſta erepta fuit Adamo dormiẽti potius quam vigilanti? Gen. 2. verſ. 21.§.48.
Quare ex Coſta formata fuit Eua, & non ex capite, ſeù ex pede. ibid. §. 49.
Quare de Coſta, & de latere ſiniſtro? ibid. §. 52.
Quare Cherubin collocatus antè Paradiſum, cap. 3.verſ.24. §.56. & 57.
Quare cum Cain prior ſit natus, Abelo poſthabetur: dicens Scriptura *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola*. cap. 4. verſ. 2.§.4.
Quare Cain naſcitur primus, ſi poſthabendus erat Abelo. cap. 4. verſ. 2.§.5.
Quare Cain offerebat Domino fructus terræ, ibid. verſ. 3. §. 6.

Qua-

Quare Cain iratus eſt poſtquam Dominus reſpexit ad munera Abelis,& non anteà,cap.4. v. 5. §.8.& §. 10

Quare Cain dicitur,quod non ſolum *iratus eſset*, ſed *vehementer* ibid. §. 9.

Quare Cain Triſtis factus eſt, ibid. §. 11

Quare Cain duxit Abelem in agrum, & non in Paradiſum,cap.4.v.8. §.18.

Quare dicitur Cain *Conſurrexit aduersùs fratrem ſuum*,ibid.§.19

Quare ad Cain dixit Dominus *vbi eſt Abel*, cap.4. verſ.9.§.21.

Quare Cain reſpondit ſe neſcire de fratre ſuo, cap.4.v.9.§. 22

Quare Cain dixit *num cuſtos fratris mei ſum ego?* ibid.§.23.

Quare Cain dixit *Maior eſt iniquitas mea, &c.* cap. 4.v.13.§.30.31

Quare dixit Cain *Eccè eÿcis me hodie à facie terræ*, cap.4.v.14.§.32.33

Quare Cain ſibi ipſi dicit *Ero vagus, & profugus*, cap.4.v. 14.§.34

Quare Cain venit tam dira cogitatio, vt eſſet occidendus à quolibet,cap.4.v.14.§.35

Quare Cain ſit ſecurus à violenta morte, cap. 4. v.15.§.36

Quare vt Cain occideretur Deus noluit, ib. 37.

Quare *Cain egreſsus à facie Domini habitauit in orientalem plagam*,cap.4.v.16.§.39.40.

Quare Cain poſt peccatum ædificauit Ciuitatem, cap.4.v.17.§.42.43.

Quare poſtquam Cain ædificauit Ciuitatem,ſubditur *Porrò Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael*,&c. ibid.§.44.

Quare ex Cainan Malaleel,cap. 5.§. 55.

Quare Deus hominem *(quia caro eſt)* delere decretat, cap.6.v.3.§.7.

Quare principales creaturæ, tam è cœlo, quam è terra aſſignantur,vt principales diluuij cauſæ, cap.7.v.11.§. 23

Quare *Cœli cataractæ apertæ ſunt*, vt eluuione immenſum exundante ſpurcâ luxu terram eluant, & emaculent,cap.7.v.11.§.24

Quare refert Moyſes in diluuio conſumptam fuiſſe omnem carnem,cap.7.v.21.§.41

Quare *Clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli*, adhoc vt prohiberentur aquæ, & pluuiæ de cœlo.cap.8.v.2.§.9.

Quare cum *tranſiſſent quadraginta dies* Noè dimiſit Coruum,& non anteà,cap.8.v.6.§.14

Quare dicitur, Noè *dimiſit* Coruum, & non *emiſit* ſicut de Columba,*emiſit* legitur quoque columbam poſt eum,cap.8.v.6.§.15.

Quare *Coruus egrediebatur,& non reuertebatur*,ibid. parag.16.v.7.§.18.

Quare Columba fuit emiſsa poſt Coruum, & non anteà,ibid. §. 17

Quare ſcribendo Moyſes quod *Coruus egrediebatur, & non reuertebatur* videtur etiam innuere, quod ſimul exijt, & redijt,cap.8.v.7.§. 19

Quare licet cacumina montium fuerint Viſa, dicitur quod Columba non inuenta requie, ad ipſum Noè redierit,cap.8. verſ. 9.§.21.24.

Quare dicitur,quod *Coruus egrediebatur, & non reuertebatur*,cap.8.v.7.§.22.

Quare emiſsa Columba *Reuerſa eſt ad Noè in Arcam*,cap.8.v.9.§.23.

Quare bis poſt dimiſſionem Corui Noè emiſit reuerſuram columbam,cap.8.v.10.§.25

Quare Columba rediens ſecunda Vice in Arcam attulit Ramum Oliuæ,cap.8.v.11.§.26.

Quare Columba *Attulit Ramum Oliuæ virentibus folijs*,& non ſiccis,aut ramum ſinè folijs, cap.8. v.11.§.27

Quare Columba tenella Noè Ramum Oliuæ affert, & Aquila fortis Ezechielis folium rapit, cap.8.v.11.§.28.

Quare Columba in ore attulit Ramum Oliuæ, & non in vnguibus, & quarè attulit Oliuæ Ramum,& non alterius arboris,cap.8.v.11.§. 29.

Quare Columba cum ſit egreſſa ab arca de primò mane ad Veſperam vſquè protraxit regreſſionem ad ipſam cum Ramo Viridis Oliuæ, non autem ſic in prima vice,ibid.§.30

Quare Columba Tertio emiſsa non eſt reuerſa vltrà ad Noè,cap.8.v.12.§. 32

Quare Columba primò egreſſa ſtatim redit in Arcam, ſecundò tardius ingreditur, ſed Oliuam portat,tertiò verò emiſsa amplius non reuertitur,cap.8.v.12.§. 33.

Quare Creatoris benignitas carnibus epulari poſt diluuium hominibus permittit,cap. 9.v.3.§.4.

D

QVare dicitur, *Factum eſt Veſpere,& manè dies vnus*,& non dies primus,vel duo? Gen. 1.v. 5. §. 17

Quare dicitur, *Factum eſt Veſpere, & manè dies ſecundus* poſtquam factum fuit Firmamentum,& fuerunt diuiſæ Aquæ?Gen.1. v. 6. §. 18

Quare quando dies nominantur perfecti, non ſcriptum fuit à Moſè *Factum eſt mane, & Veſpere, dies vnus, ſecundus*, &c. ſed è contrà prius mentionem fecit occaſi, quam auroræ dicendo *Factum eſt Veſpere, & manè*?Gen.1.v.13.§. 26

Quare tres dies fuerunt ſinè lumine, lucem quidem habentes,Solem autem,Lunam, & Stellas non habentes,quartus autem fuit illuminatus. Gen.1.v.13.& 14.§. 27

Quare Diuina deſignatione dierum,opera recenſentur, cùm rerum nihil id conferat perfectioni. Gen.1.v.19.parag.31

Quare totis primis quinque diebus,nullam de cibis mentio facta eſt,quouſquè in Sexta die bruta terræ animantia pariter cum homine creata ſunt, Gen.1.v.29.parag.50

Quare dicitur factum eſt Veſperè, & manè dies ſextus,& ſtatim ſubiungitur *Perfecti ſunt cœli*, Gen.1.v.31.parag. 57.

Quare in die quo ab opere quieſcit Deus, adhuc cœlos denuò adornat.Gen.2.v.1. parag. 1.

Quare cum Deus creando non defatigatus eſset, ſcribit Moſes,*Et requieuit die ſeptimo?* Gen. 2.v. 2. §. 3. 4

Quare Diem à Creatione Mundi ſeptimum benedicere Deus clementer dignatur. Gen.2.v.3.§.5

Quare ſex dies Creationis clauſula *Veſpere, & mane* perſtringuntur; & ſeptimus dies minimè, ſed ſolum benedicitur? Gen. 2. v. 3. §. 6.

Quare ceſſauit Deus ipſo ſeptimo die ab omni opere ſuo. Gen. 2. v. 3. §. 7

Quare Moſes reducit omnia producta ad vnum diem? Gen. 2. v. 4. §. 8.

Quare in creatione Cœli, Terræ, Lucis, Firmamenti, Solis, Animantium, &c. Scriptura vocat Creatorem, ſimplici nomine, Deum; & poſtquam hominem creatum legitur, ſtatim adiungit nomini Dei, *Dominus*, Formauit igitur *Dominus Deus*, Produxit *Dominus Deus*. Gen. 2. verſ. 8. parag. 18.

Quare Dæmon ad tentandam Euam venit in forma Serpentis, & non Columbæ, c. 3. v. 1. §. 1.

Quare Dæmon dixit eritis ſicut Dij, c. 3. v. 4. §. 10.

Quare dicitur Dei *Deambulantis*, & non currentis, nequè ſtantis, cap. 3. v. 8. parag. 16.

Quare Deus, qui omnia ſcit dixit Adamo *vbi es*. cap. 3. v. 9. parag. 21. 22. 23. 26.

Quare vix peccauit Adam diſſidium inter mulierem, & ſerpentem intimatum fuit. c. 3. v. 15. 36

Quare Deus reiectis Caini frugibus dicit eidem *Quare iratus es, &c.* cap. 4. v. 6. parag. 12.

Quare Deus ſciens cur conciderit Caini facies, ab ipſo cauſam inquirit ibidem parag. 13. 14.

Quare Deus loquendo cum Caino dixit, *nonnè ſi benè egeris recipies ſin autem*, &c. cap. 4. v. 7. §. 15.

Quare dixit Deus *qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, cap. 4. v. 15. parag. 38.

Quare dicitur de omnibus hominibus antè diluuium *Facti ſunt dies*, & non facti ſunt anni, cap. 5. v. 4. parag. 12.

Quare Deus minatur peccatores punire dicens *non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt*. cap. 6. v. 3. parag. 8.

Quare *centum viginti anni* indicuntur ad immittendum vniuerſale diluuium, cap. 6. v. 3. §. 10.

Quare dicitur Deum tactum eſſe *Dolore cordis intrinſecus*, cap. 6. verſ. 6. §. 17. 20.

Quare dixit Deus *delebo hominem à facie terræ*, cap. 6. v. 7. §. 18.

Quare Deus adducturus aquas diluuij ſuper terram, dixit, interficere velle omnem carnem, & non animam, cap 6. v. 17. §. 45.

Quare Deus in ipſarum vndarum medio ſoſpitem ſeruare Noemum cum familia ſua, non adhibito arcæ remedio noluit, ſed ingredere iuſſit arcam, &c. cap. 6. v. 18. §. 46. 47.

Quare Deus ipſe ſollicitauit Noemi ingreſſum in arcam ibid. §. 48.

Quare dixit Deus ponere fœdus cum Noè, & de qua re? ibid. §. 49.

Quare dixit Deus Noemo *te enim vidi iuſtum coram me*. cap. 7. v. 1. §. 3.

Quare Iubet Deus Noè in arcam ingredi, vt ſaluetur cum Domo ſua, cap. 7. v. 1. §. 5.

Quare iuſſit Deus ſeptem, & ſeptem, & non ſex, & ſex de mundis animalibus in arcam introduci, cap. 7. v. 2. parag 9.

Quare Deus dixit adhuc, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram, cap. 7. v. 4. §. 12.

Quare minitatur poſt ſeptem dies Deus homini perdendo aquas diluuij immiſſuras, ibid. §. 13.

Quare non plures, nequè pauciores, quam poſt dies ſeptem vniuerſale diluuium immiſit Dominus ſuper terram, vt eam tam ingenti eluuione cum mundo vniuerſo perderet, ibid. §. 14.

Quare tam accuratè ponitur quo menſe diluuium contigerit, cap. 7. verſ. 11. §. 25.

Quare diluuium immiſſum anno ſexcenteſimo vitæ Noè, cap. 7. verſ. 11. §. 27.

Quare Deus bituminauit Arcā Noè, c. 7. v. 16. §. 35

Quare Deus diluuio hominum multitudinem deleuit, cap. 7. verſ. 23. §. 43.

Quare, & quo myſterio Deus incluſit Noè in Arcam, cap. 7. verſ. 16. §. 50.

Quare Deus *incluſit Noè de foris*, poſtquam ingreſſus erat in arcam, cap. 7. verſ. 16. §. 54.

Quare Deus dixit Noè *& poſt ſeptem dies pluam ſuper terram* cap. 7. verſ. 4. §. 56.

Quare Deus ſpeciatim iubet Noemum, & filios, & vxores ex arca procedere, c. 8. verſ. 16. §. 39.

Quare Moyſes in hæbrea ſcribens lingua dixit *ædificauit autem Noè altare Deo*, & non Domino, cap. 8. verſ. 20. §. 41.

Quare ſi Deus diluuium immiſit ob hominum ſcelera, nunc diluuio terra non perditurum aſſerit *quia ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*, c. 8. v. 21. §. 45.

Quare Deus permiſit Noè offerre Holocauſta, victimas mactare, aramque extruere, cap. 8. verſ. 20. §. 51.

Quare Deus noluit, vt Dauid ædificaret ei templum, cap. 9. verſ. 6. num. 81.

E

QVare dictum fuit *ſint vobis in eſcam*, & non potum? Gen. 1. verſ. 29. §. 51.

Quare dum Euam voluit Deus formare *immiſit ſoporem in Adam*? Gen. 2. verſ. 21. §. 47.

Quare Eua non fuit facta ex limo terræ ſicut Adam? Gen. 2. verſ. 22. §. 50.

Quare Eua formata fuit de ſiniſtra parte, & non de dextera, ibidem §. 51.

Quare Euam de coſta, Adam de limo formauit Deus, ibidem §. 53.

Quare Eua poſt Adamum, & non cum Adamo efformatur; ibidem . 56.

Quare Eua reſpondit *veſcimur* in plurali, & non *veſcor* in ſingulari, ſi ſerpens cum ea ſola loquebatur, cap. 3. verſ. 2. §. 7.

Quare Eua ad præceptum adiunxit *ne tangeremus*, cap. 3. verſ. 3. §. 8. 9.

Quare in Euam refundit culpam Adam, cap. 3. verſ. 12. §. 29. 30.

Quare Eua dixit *ſerpens decepit me*, c. 3. v. 13. §. 31.

Quare Eua poſtquam peperit Cain dixit *poſſedi hominem per Deum*, cap. 4. verſ. 1. §. 1.

Quare Eua nomen Caino adiecit beneficium importans ibidem §. 2.

Quare poſt tot enumeratas impias perſonas de ſtirpe Cain dixit Eua, *poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel*, cap. 4. verſ. 25. §. 52.

Quare *Enos cœpit inuocare Nomen Domini*, cap. 4. verſ. 26. §. 55. 56. 57.

Quare ex Enos Cainan cap. 5. §.54.

Quare Eſcam facere communem tam ſibi, quam animantibus cæteris iubet Deus Noè, cap. 6. verſ. 21. §. 51.

Quare dicitur quod *Æſtas, & hyems, nox, & dies, non requieſcent*, cum ſufficeret, & annus non requieſcet, quare ergo tam particulariter diſtinguuntur anni partes, cap. 8. verſ. 22. §. 56.

Quare Eſus carnium permittit Deus poſt diluuium, quem anteà non legitur permiſiſſe, cap. 9. verſ. 3. §. 5.

Quare Eſum ſanguinis Deus prohibuit, cap. 9. verſ. 4. §. 6.

Quare Eluuione mundi peracta redit terræ agricolatio, quæ famem depellat, cap. 9. v. 20. §. 23.

Quare Ebrietatem Noè Moyſes refert, cum hanc potius ſilere debuiſſet, cap. 9. verſ. 20. §. 54.

Quare Noè bibens de vino ebrius factus eſt, cap. 9. verſ. 21. parag. 25.

Quare ſcribit Moyſes Noè inebriatum eſſe, amoris ebrietate nudatum, & nudationis cauſa à filio Cham irriſum, cap. 9. verſ. 22. §. 26.

Quare Noè poſtquam ebriatus eſt, nuditatem refertur, ſed non dormiſſe exprimitur, cap. 9. verſ. 22. parag. 27.

Quare ex Sem primus filius Refert Moyſes fuiſſe Ælam, 10. verſ. 22. parag. 25.

Quare Iectan primogenitus Elmodad fuiſſe dicitur, cap. 10. verſ. 26. parag. 30.

F

QVare cum de firmamento faciendo agitur, à Verbo *fiat*, ad aliud *factum eſt* tot intercedunt, non ità verò de luce cùm creatur? Gen. 1. verſ. 3. §. 14.

Quare dicitur toties in toto primo cap. Geneſis *dixit Deus, & facta, &c. dixit fiat, & factū eſt*. c. 1. §. 60

Quare poſtquam ſcribit Moyſes *homo non erat, qui operaretur terram*, ſubdit ſtatim *ſed fons aſcendebat è terra, &c.* Gen. 2. v. 5. & 6. §. 9.

Quare fluuius egreſſus de loco voluptatis in 4. diuiditur capita. Gen. 2. v. 10. §. 20

Quare idem fluuius in 4. capita diuiſus, & non in 3. aut duo? Gen. 2. v. 10. §. 21.

Quare fructum integrum non dedit Eua Adamo, *ſed partem illius quem comedit*. cap. 3. v. 6. §. 12

Quare ſi filij Patriarcharum antè diluuium non fuerunt omnes primogeniti ponuntur. c. 5. §. 42.

Quare exprimitur *Videntes filij Dei filias hominum*, cap. 6. v. 2. §. 3. & 4.

Quare filij Seth vocantur *Filij Dei*, & filiæ Cain *Filiæ hominum*, cap. 6. v. 2. §. 5

Quare ſi filij Seth luxuriando peccatores euaſerant *Filij Dei* etiam vocantur, cap. 6. v. 2. §. 6

Quare dixit Moyſi Deus, *quod finis vniuerſæ carnis venerat coram ſe*, cap 6. v. 13. §. 35.

Quare Fabri Arcam Noè fabricantes in Arcam non intrauerunt, cap. 6. v. 15. §. 41

Quare Fabricam Arcæ imponitur Noè conſummare in *menſura vnius cubiti*, cap. 6. v. 16. §. 44.

Quare *rupti ſunt fontes omnes abyſſi magnæ, & non aperti*, cap. 7. v. 11. §. 26

Quare rupti ſunt fontes omnes abyſſi magnæ, *cataractæ verò cœli apertæ ſunt*, dicitur c. 7. v. 12. §. 28

Quare eodem flagello homo, & bruta punita fuere in diluuio, cap. 7. v. 22. §. 42

Quare fœderis ſignum inter Deum, & homines potius in nubibus, quam in terra, ſeù in aquis erigitur, & ponitur, cap. 9. v. 13. .13

Quare Deus ſuam fidem obſtrinxerit repetita identidem promiſſione de non inundando exinceps orbe, cap. 9. v. 15. §. 18

Quare (ſi à filijs ſolùm, & non etiam à Noè ſenectute confecto, eiuſque vxore terra erat hominibus implenda) Noè eiuſque vxor à viuis non abripiuntur, cap. 9. verſ. 18. §. 20.

Quare Cham vidit nuditatem Patris, vt non tegeret, ſed vt impudenter vulgaret; Sem, & Iapheth non viderunt, vt operirent. c. 9. v. 24. §. 35.

Quare Cham filius minor nuncupatur, qui communiter medius cenſetur, cap. 9. v. 24. §. 36.

Quare primus filius natus ex Cham fuit Chus, cap. 10. v. 6. §. 5.

Quare Cham illius improbi filium ſeniorem Chus ſcriptura fuiſſe memorauerit, cap. 10. v. 6. §. 6.

Quare primus filius ex Chus Saba, cap. 10. v. 7. §. 8.

Quare ſi Chamo data fuit Maledictio à Noè tanta poſt ſuccreuit filiorum multiplicatio, quod ſuperauit filios Iapheth, & Sem, dum ex Cham triginta generationes numerãtur, c. 10. v. 6. §. 21

Quare dicitur *hi ſunt filij Cham*, quod non legitur in fine generationum Iapheth dictum, cap. 10. verſ. 20. §. 23

Quare ex Chus ſex refert Moyſes natos filios, cap. 10. verſ. 45

Quare ſcriptura ponit ex Chanaan vndecim procreatos filios, cap. 10. §. 48.

Quare ex Sem quinque filij naſcuntur, c. 10. §. 49.

Quare duos filios dicitur Arphaxad generaſſe, cap. 10. §. 50.

G

QVare Gladius flammeus Cherubin datus, cap. 3. verſ. 24. parag. 58.

Quare Genituram Seth tantis verborum luminaribus ſcriptura inſigniuit, cap. 4. v. 26. §. 59.

Quare ſcripſit Moſes *hic eſt liber Generationis Adam* poſtquam dixit de Seth *iſte cæpit inuocare Nomen Domini*, ibid. parag. 60.

Quare in genertionibus propagatis ex Seth nulla nominatur fœmina, ſecùs verò in generationibus Cain, cap. 5. parag. 36.

Quare tam ſerò generabant omnes Patriarchæ primæ ætatis cum non haberent propoſitum caſtitatis, cap. 5. parag. 41.

Quare in linea Cain non plures quàm ſeptem generationes vſquè ad diluuium deſcribuntur, cap. 5. parag. 43.

Quare in Generatione Caini vltimò Noema ponitur, cap. 5. parag. 45.

Quare in generatione Seth omnium Patriarcharum tempus vitæ ſcriptum eſt, & in genetione Cain non legitur, cap. 5. §. 46. 47.

Quare Generationes mundi deſcribens Moyſes non filios, ſed filias procreatas memorat, cap. 6. verſ. 1. parag. 3.

Qua-

Quare Generis humani multiplicati ſit præuia mentio, cum fœdus concubitus, cum filiabus hominum inducitur, *acceperunt ſibi vxores*, cap. 6. verſ. 2. §. 2.
Quare ſi filij Seth erant Gigantes non nominantur Filij Dei ſicut priùs, cap. 6. verſ. 4. §. 11.
Quare iſti filij Seth viri famoſi Gigantes appellantur, cap. ibidem. §. 12.
Quare Noemi Generationem pollicitus Moſes in verſ. 9. illius iuſtitiæ tantum meminit, cap. 6. parag. 58.
Quare ſcribit Moyſes Deum Noè dixiſſe *te enim vidi iuſtum in generatione hac*, cap. 7. verſ. 1. §. 4.
Quare, & quomodò abſquè vllo gubernatore, & abſquè vela nauigantes, per aquas horrendæ eluuionis furentes in Arca ſaluati ſunt Noè, & alij ſeptem cum ipſo, cap. 7. verſ. 18. §. 48. & 49.
Quare dicitur à Moyſe *Generationes*, & non generatio, cap. 10. verſ. 1. §. 1.
Quare ex Gomer dicitur primum filium fuiſſe Aſcenez, cap. 10. verſ. 3. §. 3.
Quare ſeptuaginta Generationes, & duæ ortæ ſunt ex Sem, Cam, & Iapheth, quæ vniuerſam terram impleuerunt, cap. 10. §. 37.
Quare in omnibus iſtis Generationibus non legitur illa clauſula, quæ ſtat in generationibus 5. capitis Geneſeon, ſcilicèt, *& mortuus eſt*, cap. 10. §. 38. 39. 40.
Quare ex Gomer tres filij nominati, & generati dicuntur. cap. 10. verſ. 3. §. 41.
Quare Cam quatuor filios legitur Generaſſe, cap. 10. parag. 44.
Quare Chami Generationes triginta numerantur, cap. 10. §. 55.
Quare ex Sem refert Moyſes vigintiſeptem fuiſſe Generationes, cap. 10. §. 56.

H

QVare dixit Deus, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*? Gen. 1. verſ. 26. parag. 40.
Quare dixit *hominem ad imaginem*? Gen. 1. verſ. 26. §. 41.
Quare Deus hominem formaturus pluratiuo verbo inducitur *faciamus*, ſi ad alia opera creanda vſus fuerat ſingulari, nempè *fiat*? Gen. 1. verſ. 26. §. 42.
Quare ad hominis creationem prius ponitur Verbum *faciamus*, & poſteà *firmauit*, & quare *ad imaginem* dictum, & *de luto formatum*? Gen. 1. verſ. 26. §. 43.
Quare homo antequam creetur principatui eligitur. Gen. 1. verſ. 26. §. 44.
Quare fit mentio maris, & fœminæ in ſola hominis creatione, & cur maris, & fœminæ huius coniunctionem præceſſit benedictio? Gen. 1. verſ. 27. & 28. §. 45.
Quare dicitur *maſculum, & fœminam creauit eos*? Gen. 1. verſ. 27. §. 46.
Quare homo creatus ad imaginem Dei, & non cœli, aut Angelorum? Gen. 1. v. 27. §. 47.
Quare homo dicitur imago Dei, ſecùs vero Angelus? Gen. 1. verſ. 27. §. 48.
Quare ſi homines per Adam habuerunt tam grande dominium vti legitur *creſcite*, &c. modò ſummam hanc dominij prærogatiuam non habet? Gen. 1. verſ. 28. §. 49.
Quare dicit Moyſes in 2. cap. Gen. *Creauit Deus hominem*; ſi iam in 1. cap. formauerat? Si prius cur modo? Gen. 2. ver. 7. §. 10.
Quare Hominis creationem bis Moſes memorat? Gen. 2. v. 7. §. 11.
Quare *Corpus hominis de limo terræ factum*, *Animam* verò *ſpiraculum eſse vitæ* dicitur? Gen. 2. verſ. 7. §. 13.
Quare dicitur *factus eſt homo in animam viuentem*, & non in animam rationalem. Gen. 2. v. 7. §. 14.
Quare homo poſitus fuit *in Paradiſo voluptatis*, cap. 2. verſ. 8. , 17. verſ. 15. §. 23.
Quare homo prius formatus extrà Paradiſum poſteà poſitus fuit *in Paradiſo*, cap. 2. v. 15. §. 22.
Quare Adam poſitus in paradiſeis delicijs labori confeſtim addicitur, Gen. 2. verſ. 15. §. 24.
Quare dicitur *vt operaretur* ſi poſitus in Innocentia laboris neſcius inſciebat Adam quomodò operare debebat, Gen. 2. verſ. 15. §. 25.
Quare *non erat bonum hominem eſse ſolum*, Gen. 2. verſ. 18. §. 36.
Quare nullus hominum antè Diluuium natus, & poſt, milleſimum non attigit annum, cap. 5. verſ. 5. §. 17. 18.
Quare Moſes bis expreſſit Henoch ambulaſſe cum Deo, cap. 5. verſ. 22. §. 23.
Quare dicitur Enoch translatus eſt à Deo, ibid. verſ. 24. §. 25.
Quare Deus tulit Enoch, ib. §. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
Quare Translatum fuit in Paradiſum Henoch coniugatus, ſi poſteà transferendus erat cælebs Elias, ibidem §. 30.
Quare dicitur Henoch, non apparuiſſe, quia tulit cum Deus, cap. 5. verſ. 24. §. 31.
Quare permiſit Deus Henoch patrem fuiſſe Noè, cap. 5. §. 35.
Quare Henoch minor Patriarcharum omnium ætate dicitur cum Deo ambulaſſe, & non ſic de alijs Patriarchis, ibid. §. 39.
Quare Deus tranſtulerit Henoch, dicente Scriptura *non apparuit, quia tulit*, cap. 5. v. 24. §. 49.
Quare ex Henoch Mathuſalem, cap. 5. §. 58.
Quare Homo laſciuus non homo, ſed terra nominatur, cap. 6. verſ. 11. §. 30.
Quare homines amplius non delere dixit Deus quia *eorum cogitatio ad malum prona eſt*, cap. 8. verſ. 21. parag. 54.
Quare dictum fuit quod *hominis mens, & cogitatio ad malum prona ſint ab adoleſcentia ſua*, cap. 8. verſ. 21. parag. 58.
Quare, & quomodò ex tribus ſolis hominibus tanta multitudo ſuccreuit, potuerunt durare, eorumque corpora permanerunt, cum nec medicus, nec medicinæ, nec ciuitates conditæ eſſent, cap. 9. verſ. 19. §. 56.
Quare poſt Noè, & duos filios eius Sem, & Iapheth, vſque ad Abrahã de tot hominibus, qui inter-

intermedio illo temporis ſpatio fuerunt nullum laudatę pietatis,ac probitatis virum commemoret Moyſes,cum aliquos de poſteris Sem viros fuiſſe iuſtos, ac pios non ſit dubitandum, cap. 9. parag. 60
Quare cum pauci homines tunc degerent in orbe Nepotes nempè, & pronepotes Noè, qui ad totum orbem occupandum rari,& pauci erãt, vt inhabitent, alto proceſſoſo mari ſe committunt,cap.10.v.5.§.7
Quare Filiorum Semi primus omnium nominatur Heber cum ipſe primus non fuerit, cap.10. v.21.§.24
Quare ex Aram primus naſcitur Hus, cap. 10. v. 23. §.26
Quare Heber poſt Sale natus,ſi Sale præpoſitus fuit,cap.10.verſ.24.ſ.28
Quare Heber primus filius nominatur Phalegh, cap. 10. verſ. 15. ſ.19.
Quare ex Heber duo filij,cap.10.§.51.

I

QVare Ieiunium inſinuatum, & quaſi præmonſtratum antè hominis formationem? Gen. 1. verſ. 29. §.52.53.
Quare,ſi Adam per peccatum ſimilis Iumentis factus eſt, dicit Deus *factus eſt quaſi vnus ex nobis*, cap.3.v.22.§.50
Quare dicitur Iabel patrem fuiſſe habitantium in tentorijs,cap.4.v.20.§.46.
Quare dicitur *Iubal patrem fuiſse canentium cithara, & organo*, cap. 4. v.21.§. 47.
Quare ſi Iapheth,Cham,& Sem,bonum, malum, & indifferens ſignificant, malum inter bonum, & indifferens eſſe videtur?cap.5.v.31.§.38.
Quare ex Iared Henoch,cap.5.§. 57
Quare ſi Deus Iuuenum,& futurorum hominum præuiderat crimina, dixit *nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines*,cap.8. v.21.§. 53
Quare Imperium tam latum confertur Noè ſuper omnia animantia Terreſtria, & Volatilia, & Aquatilia,eiq; dicitur omnes manui veſtræ traditi ſunt, omne quod viuit erit vobis in cibum,& Adamo in ſtatu innocentiæ licet fuerit datus amplior dominatus ſuper omnia animantia, tamen hac præeminentia ſicut Noè non datus fuit,cap.9.v.2.ſ.3
Quare Deus ſtatuendo pactum cum hominibus externum Iridis ſignum ponit,cap.9.v.9.§. 9.
Quare Iris, qui ex refractione luminis colores mentitur, citòque ex oculis euaneſcit, fœderis æterni inidoneum ſignum,tamen, vt idoneum eligitur,& datur,cap.9.v.12.§.11.
Quare Deus Iridem ſelegerit in ſuæ promiſſionis ſignum, & non aliam rem, nempè aliquod ſydus,aut quid nobilius. Ibid. §.12.
Quare Cham impudens tanta irreuerentia probrum parentem dehoneſtatur,cap. 9. v.22.§.29
Quare Cham tam irreuerenter nudatum Patrem videns,ei irriſit,& ſubſannauit, cap. 9. verſ.22. ſ. 31.
Quare ſi Iapheth dilatatus interpretatur Noè ipſum benedicens dicit dilatet, quaſi diceret Noemus dilatet Deus dilatatum, cap. 9. verſ. 27.§.47.
Quare ex Iapheth naſcitur primus filius Gomer, cap.10.verſ. 2.§.2
Quare Refertur primum filium Iauam fuiſſe Eliſam,cap.10.verſ.4.§.4
Quare ex Iapheth Septem filij nati ſunt,c.10.§.42
Quare ex Iauan quatuor ſoli filij geuerantur, cap. 10. §.43.
Quare ex Iectan treſdecim computantur filij, cap.10. verſ. 26.§. 53.
Quare ex Iapheth quindecim computantur generationes: cap. 10. §. 54.

L

QVare *Deus diuiſit Lucem à tenebris*? Gen. 1. verſ.4. §. 12. idem ibidem §.13.
Quare ante Lucem poſuit Deus tenebras? Gen. 1. verſ.2.§. 15. 16.
Quare cum dicitur *Germinet terra* ſcribitur *Lignum pomiferum faciens fructum iuxtà genus ſuum*; & poſteà quando Terra protulit herbam virentem dicitur, *Lignum faciens fructum*, & non pomiferum? Gen. 1. verſ. 11. & 12. §. 25.
Quare dicitur quod *Luminaria ſint in ſigna*, & non in aliud? Gen. 1. verſ. 14. §. 28.
Quare fecit Deus *Duo Luminaria magna*, & non tria, aut quatuor; aut vnum; & quare licèt vtrumque magnum, tamen alterum altero maius? Gen. 1. verſ. 15.16.17. & 18. §. 29.
Gratia gratum faciens ad ſalutem recipientis per ſe refertur , nec ſolummodò gratis datur , quod vnicuique gratiæ commune eſt , ſed etiam perſonam Deo acceptam efficit , & amicam , p. 2. quæſt. 111.artic. 1. per totum , cap. 6. verſ. 8. num. 35.

Gratia gratum faciens in eodem homine , non plurificatur ſecundum rem. 2. diſt.26. artic. 6, ibidem num.36.

H

HVmanitas Chriſti Domini non poteſt fieri melior , p. p. quæſt. 25. artic.6.

Homo non fuit factus in Paradiſo , ſed extrà , & poſteà poſitus in eo transferendus in cœlum , quia erat locus congruus quantum ad incorruptionem humanam , quæ incorruptio non erat naturalis , ſed ex dono Dei , p.p. quæſt. 102. artic.4.

Homo in ſtatu innocentiæ in ligno vitæ non erat conſecuturus immortalitatem ſimpliciter: quià erat , ne cum ſenectus diſſolueret , p. p. quæſt. 97. artic. 4.

Homicidium tenet ſecundum locum in pœnis , & inter peccata in proximum , ſemper eſt peccatum mortale , p.2. quæſt.100. artic. 6. circa finem , & artic.8. ad 3. cap.9. verſ.6. numer. 14.

I

IRa eſt feruor ſanguinis circa cor , p. 2. quæſt. 48. artic.2. cap.4. verſ.5. num.17.

Ira fit ex triſtitia, & deſiderio vt ex cauſis, ibidem quæſt.46. artic.3. ibidem.

Ira non ſtat in concupiſcibili , ſed in iraſcibili , ibidem quæſt. 48. artic.4. ibidem.

Intentio ſecundum eſſe quod ſignificat veritatem propoſitionis , formaliter eſt in anima , ſed eſt in re fundamentaliter , 1. p. quæſt. 3. artic. 4. in 2. notab. cap.4. verſ.4. num. 82.

Intentiones non ſunt in rebus , ſed in anima tantùm , 1. diſt.33. artic.1. in. 3. ibidem.

Inuidia ſecundùm genus ſuum eſt peccatum mortale, licet eius primi motus ſint peccata venialia , 2. 2. quæſt. 36. artic. 3. cap.4. verſ. 5. num. 86.

Inuidiæ ſunt quinque filiæ , & quæ ibidem qu. 34. artic.6. ibidem.

Particeps in cauſa ſanguinis eſt irregularis ; Secùs verò ſi occidit aliquem à caſu dando ope-

operam rei licitæ: neque hic dicitur homicida, cap.9. verſ.6. num. 19. ex 2. 2. quæſt.40. artic.2. circa finem, & quæſt.64. artic. 8.

Iris cauſatur ex vaporibus, non omninò ſiccis, nec omninò humidis: quandoque ſignificat ſerenitatem inquantum cauſa eius, eſt cauſa ſerenitatis; quandoque ſignificat pluuias non ſuperabundantes ſole ſiccante, quodlib. 3. qu. 14. artic.1. & 2.2.quæſt. 95. artic.5. & quodlib.3.quæſt.14. artic. 1. cap.9. verſ. 12. numer. 29.

L

QVando dicitur de limo terræ, intelligitur de terra aquæ permixta, p. p. quæſt. 91. artic. 1. Gen. cap. 2. num. 17.

Lamech non euaſit reatum homicidij occidens hominem, quem credidit Beſtiam, quia non adhibuit diligentiam, 2. 2. quæſt. 64. artic. 8. in 1. notab. cap. 4. verſ. 23. num. 60.

M

MVlier immediatè formata ex coſta Adami, p. p. quæſt. 92. artic. 4. Gen. cap. 2. num. 48.

Matrimonij actus ex ſe licitus, Suppl. quæſt. 41. artic. 3. Gen. cap. 4. verſ. 1. num. 3.

Eius actus eſt meritorius ſi cauſatur à iuſtitia, vel à Religione, ideſt vt debitum reddatur, & vt proles ad cultum Dei procreetur; ſecùs verò eſt peccatum, ibidem, artic. 4. ibidem.

Matrimonium, vt ordinatur ad prolem fuit inſtitutum antè peccatum Adæ, ſed vt remedium contrà peccatum, fuit inſtitutum poſt peccatum, Suppl. quæſt. 42. artic. 2. ibidem.

Miſericordia Dei peccantibus, per pænitentiam, veniam præbet abſquè vllo termino, Hic S. Thomas reprobat verba Cain, *Maius eſt peccatum meum quam, vt veniam merear?* 3. p. quæſt. 84. artic. 10. circà finem, cap. 4. verſ. 13. numer. 38.

Matrimonium non debet eſſe inter propinquos niſi cum diſpenſatione ſummi Pontificis, ſed inter ſorores iure naturæ vetitum eſt, ità vt diſpenſare Pontifex in eo non poſsit, 2. 2. quæſt. 154. 9. e. 4. diſt. 40. 3. diſt. 41. artic. 2. quæſt. 1. Cap. 4. verſ. 17. num. 47.

Malitia duplex eſt alia contracta ex peccato originali, & alia acta; & quomodo in quæſt. diſp. de malo quæſt. 3. 14. ad 8. cap. 6. verſ. 5. numer. 22.

Malitia ex qua dicitur aliquis peccare eſt triplex, ſcilicet habitus cuiuſcumque vitij, electio mali, & peccatum præcedens, in quæſt. diſp. de malo quæſt. 3. 12. ibidem.

Omne peccatum ex alio peccato, eſt peccatum ex malitia; & peccans ex habitu peccat ex certa malitia, p. 2. quæſt. 78. artic. 2. ibidem.

Peccatum ex certa malitia, vel ex induſtria contingit ex inordinatione voluntatis præponentis minus bonum meliori bono: in quæſt. diſp. de malo quæſt. 3. 12. ad 9. ibidem.

Peccatum ex certa malitia eſt grauius peccato ex paſſione, quia eſt magis voluntarium, & eſt circà finem. Peccatum autem ex paſſione eſt circà ea, quæ ſunt ad finem, p. 2. quæſt. 47 artic. 2. & in 2. 2. quæſt. 73. artic. 3. ibidem.

O

OCcidere animalia bruta eſt peccatum, ſi fiat in damnum proximi, ſecùs verò ſi non fiat. 2. 2. quæſt. 64. artic. 1. per totum, cap. 9. verſ. 6. num. 15.

Occidere peccatorem ad bonum communitatis eſt licitum, & quomodo, in p. 2. quæſt. 100. artic. 8. ad 3. vbi ſuprà num. 16.

Miniſter Iudicis occidens latronem condemnatum non peccat. 4. diſt. 37. quæſt. 2. artic. 1. ad 2. vbi ſuprà, num. 17.

Occiſio ſui ipſius quacumque de cauſa peccaminoſa eſt mortaliter, ſecùs ſi Dei inſpiratione fiat, 2. 2. quæſt. 59. artic. 3. ad 2. & quæſt. 64. artic. 5. vbi ſup. num. 18.

Occidens aliquem ad ſe defendendum non peccat. 2. 2. quæſt. 64. artic. 7. vbi ſuprà num. 19.

P

PAſſiones animæ quædam ſunt bonæ, & quædam ſunt malæ ſecundum ſpeciem ſuam inquantum ſunt in genere moris, non autem inquantum ſunt in genere naturæ. 1. 2. quæſt. 24. artic. 4. cap. 4. verſ. 5. num. 90.

De ratione paſſionis propriè dictæ, eſt abiectio qualitatis naturalis, & impreſſio qualitatis extraneæ, & contrariæ, ibidem quæſt. 22. artic. 1. ibidem.

Nomina paſſionum animæ, quarum obiectum eſt malum aliquando ſignificant vitia, quarum obiectum eſt malum; Vt odium, ira, inuidia & audacia; Quarum autem obiectum eſt bonum ſignificant virtutes, vt ſpes, & amor, 2. 2. quæſt. 127. artic. 1. in 3. ibidem.

Paſſiones animæ, magis propriè dicuntur reſpectu mali, quam reſpectu boni, & ab extra, quam ab intrà, & ſecundum totum, quam ſecundum partem, & intensè quam remiſsè, in quæſt. diſput. de verit. quæſt. 26. artic. 1. ibidem.

Pluuiæ aquæ cauſantur ex vaporibus aqueis, & parum ex vaporibus miſtorum, qui ex vi naturæ reſoluuntur in veras aquas, in 3. par. quæſt. 66. artic. 4. ad 5. cap. 7. verſ. 4. numer. 10.

Pluuia cauſatur effectiuè à ſole, ſed materialiter ex vapore humido terræ, & aquarum quodlib. 3. 30. ibidem.

Ipſa Dei prouidentia regit Bruta per homines & plan-

plantas, & alia per animalia, & omne imperfectū per perfectum. In ſumma contrà gentiles, lib. 3. cap. 81. cap. 8. v. 1. n. 3.
Proximus noſter eſt homo omnis, & Angeli ſancti non autem Dœmones in expoſ. epiſt. ad Rom. cap. 13. lect. 2. fi. cap. 9. verſ. 5. n. 10.

R

Religio nominat ſtatum perfectionis 2. 2. qu. 186. artic. 1. & quodlib. 5. 21. cap. 6. verſ. 14. n. 104

S

Per ſuperbiam Adam peroptauit diuinam ſimilitudinem non æquiparantiæ, ſed imitationis inordinatæ ſuprà ſuam menſuram, 2. 2. qu. 163. artic. 2. cap. 3. verſ. 19. n. 49
Peccatum ſuperbiæ Adami fuit cæteris grauius non ſecundum ſuam ſpeciem, ſed ex circumſtantia perſonæ, & perfectionis ſtatus, 2. 2. qu. 163. artic. 3. ibid.
Quantum ad ſpeciem ſuperbiæ grauius peccauit Eua, 2. 2. qu. 163. artic. 4. ibidem.
Scandalum actiuum ſemper eſt peccatum in eo qui ſcandalizat, 2. 2. q. 43. artic. 2. cap. 3. Gen. verſ. 14. n. 91
Sacrificia Deo offerre eſt de lege naturæ, 2. 2. q. 85. artic. 1. cap. 4. v. 3. n. 12
Sacrificandum eſt ſoli Deo ibidem, artic. 2. ibidem.
Ad ſacrificium externum non tenentur omnes, licet ad internum, ibid. art. 4. ib.
Sanguis eſt de integritate naturæ humanæ 1. p. q. 119. artic. 1. & in 4. diſt. 44. qu. 1. art. 2. q. 2. cap. 9. v. 4. n. 7.

V.

Vacuum non datur, & per Angelos non poteſt cauſari, benè tamen virtute diuina, 1. p. qu. 46. artic. 1. ad 4.
Virgo Mater Dei non poteſt fieri melior 1. p. qu. 25. artic. 6.
Verecundia cum ſit timor de turpi actu non eſt propriè virtus 2. 2. qu. 144. artic. 1.

INDEX

INDEX INTERPRETATIONVM NOMINVM,

Quæ ſæpè ſæpius moraliter explicantur.

A

*A*Bel, Luctus, Nihil hoc, Vanitas, cap. 4. verſ. 2. num. 9. Vapor, Miſerabilis, ibid.n.74
Adam Terrenus, cap. 5. parag. 52
Aſcenez Ignis quaſi diſtillans, cap.10.verſ. 3. parag. 3.
Aſſur Beatus, cap. 10. verſ. 22. parag. 18.
Ælam Adoleſcens, cap. 10. v. 21.parag. 25.
Aram Sublimitas, & Decipiens, cap. 10. v. 23. parag. 26.
Arphaxad Laxans, cap. 10. v. 24. parag. 27.
Aram Sublimis, & Excelſus, cap. 10. parag. 52.

B

B*Abylon* Confuſio, cap. 10. verſ. 10. parag. 17.

C

C*Ain* Poſseſsio, cap. 4. verſ. 1. num. 5.
Cainan Poſſeſſor, cap. 5. v. 9. n. 63. Nidus cap. 5. parag. 54. 55.
Cham Malum, cap. 5. v. 31. parag. 37. Niger cap. 6. v. 10.n. 40. & cap. 10. verſ. 6. parag. 5.
Chus Niger, cap. 10. verſ. 6. parag. 5.
Chus Aetiops, cap. 10. verſ. 7. parag. 8.
Chanaan Negotiator, cap. 10. verſ. 15. parag. 20. & parag. 48.

E

E*Vilath* Parturiens, cap. 2. verſ. 11. parag. 21
Euphrates Fructifer, cap. 2. verſ. 14. parag. 21.
Enos Infirmans, ſeù Inuocans, cap. 4. verſ. 26. num. 65. Homo eſt, cap. 4. v. 26. parag. 56. Vir, cap. 5. verſ. 9. num. 63. Oblitus, ſeù Deſperatus, cap. 5. parag. 53
Eliſa Dei Agnus, cap. 10. verſ. 4. parag. 4
Elmodad Dei menſura, cap. 10. verſ. 26. parag. 30

G

G *Ebon* Iactus Terræ, cap. 2. verſ. 13. parag. 21
Gomer Deficiens, cap. 10. v. 2. parag. 2.
Gomer Conſumens, cap. 10. v. 3. parag. 3.
Gomer Conſumans, ſeu Migrans, cap. 10. v. 3. parag. 41

H

H *Enoch* Percutiens, Diſciplina, cap. 5. parag. 35. Diſciplinatus, Dedicatus, cap. 5. parag. 57. 58
Hus Lignum, cap 10. verſ. 23. parag. 26
Heber Tranſitus, cap. 10. verſ. 25. parag. 29

I

I *Abel* Germinans, cap. 4. verſ. 20. parag. 46
Iapheth Indifferens, cap. 5. verſ. 31. parag. 37. Amplus, cap. 6. v. 10. num. 40. Pulcher, cap. 10. v. 2. parag. 2
Iapheth Dilatatus, ſeu Latitudo, cap. 9. v. 27. num. 65
Iared Deſcendens, Imperans, cap. 5. parag. 56. 57
Iauan Columbus immaculatus, cap. 10. v. 4. parag. 4.
Iauan Contriſtans, cap. 10. parag. 43
Iectan Paruulus, cap. 10. verſ. 26. parag. 30.

L

L *Amech* Percuſſus, cap. 5. verſ. 29. num. 86. Pauper ibidem parag. 59. & parag. 60.
Ludim Natiuitas, cap. 10. verſ. 13. parag. 19.

M

M *Alaleel* Laudans Deum, cap. 5. verſ. 12. num. 66. Illuminatio Dei, cap. 5. parag. 55.
Matuſala Mortem ſuam poſtulans, cap. 5. verſ. 21. num. 75. parag. 58. 59.
Meſraim Tribulationes, cap. 10. verſ. 13. parag. 19.

N

N *Oë* Requies, cap. 5. verſ. 29. n. 40 Ceſſatio, ibid. parag. 60
Noema Voluptas, cap. 5. parag. 45.
Nembrod Aethiops, cap. 10. verſ. 9. parag 15.
Niniue Pulcher, cap. 10. verſ. 11. parag. 18

P H

P *Hiſon* Mutatio oris, cap. 2. verſ. 11. parag. 21.
Phalegh Diuiſio, cap. 10. verſ. 5. parag. 29

R

R *Egma* Tonitruum, cap. 10. verſ. 7. parag. 9.
Regma Societas, cap. 10. parag. 46

S

S *Eth* Fundamentum, vel Poſitio, cap. 4. verſ. 25. num. 64. & cap. 5. verſ. 5. num. 56. Reſurrectio ibid. parag. 52
Sem Bonum, cap. 5. verſ. 31. parag 37. Famoſus, cap. 6. verſ. 10. n. 40.
Sem Nomen, cap. 10. verſ. 22. parag. 25
Saba Circuitio, cap. 10. verſ. 7. parag. 8.
Saba Conuerſio, cap. 10. verſ. 7. parag. 9.
Sidon Nauis Iudicij, cap. 10. verſ. 15. parag. 20
Sale Propagines, cap. 10. verſ. 24. Parag. 27.

CAPVT I.

PROLEGOMENON IN SACRAM SCRIPTVRAM

Quid ſit, & qualis Sacra Scriptura, Quis Auctor, & quale eius Argumentum.

1. NOmine Sacræ Scripturæ, quam Græci *ἱερογραφὴν* vocant, quid quid Bibliorum Sacrum volumine continetur intelligitur. Omnia enim, quæ in Sacrum Librorum Canonem referuntur, dicuntur Scriptura Sacra; & id Tripliciter, nempè, à Spiritu Sancto, à materia, & ab effectu. A Spiritu Sancto, quia vt Græcè dicitur S. Scriptura *θεόπνευστος*: ideſt, à Deo inſpirata eſt, Vt dixit Apoſtolus 2. ad Timoth. cap. 3. verſ. 16. *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata*. A materia, quia quid continet omne diuinum eſt; ab effectu, quia vt dicit ſupracitatus Apoſtolus: *Omnia Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt*, primò, *ad docendum*, Secundò, *ad arguendum*, tertiò, *ad corripiendum*, Græcè *πρὸς ἐπανόρθωσιν*, ideſt ad correctionem, & quartò, *ad erudiendum in iuſtitia*. Vide D. Thomam in hunc locum Apoſtoli pag. 189. col. 3. & 4. lit. K. F. lect. 3. & ad Rom. lect. 2. princip. lit. G.

Scriptura Sacra dicitur Sancta tripliciter.

2. Definitio autem Sacæ Scripturæ ſecundùm *Concil. Nicanum 2. Act.* 3. dicitur quòd ſit doctrina de rebus diuinis, Spiritus Sancti inſpiratione ad noſtram vtilitatem conſcripta. Vel ſecundùm *Bord. Sac. Trib. cap. 7. de Sac. Script. num.* 2. Scriptura eſt liber mandatorum, & geſtorum Dei noſtri, & Ieſu Chriſti filij eius: In eo enim continentur mandata, & geſta Dei, ne vnquam pereant, neque excidant à memoria hominum, ſuis fidelibus ſcripto, vel ſine ſcripto, oretenus traditus, & à Pontifice Romano, Deo reuelante, vt Canonicus recognitus.

Quid ſit Sacra Scriptura.

3. Hinc manifeſtè apparet, Sacræ Scripturæ auctorem ipſum eſſe Deum, quod ex varijs vaticinijs ferè omnium Prophetarum teſtantium, Dominum fuiſſe ad illos locutum comprobatur. Iſaiæ enim cap. 5. verſ. 9. habetur: *Hæc dicit Dominus exercituum*: Vel Ionæ

Sacræ Scripturæ Deus ipſe Auctor.

cap. 1. verſ. 1. *Factum eſt verbum Domini ad Ionam*, vbi pro ly *Domini* hebraicè eſt nomen ineffabile *Iehoua*, quòd ſoli vero Deo conuenit. Specialiter inſuper id oſtenditur ex illo Zachariæ vaticinio Lucæ cap. 1. verſ. 70. vbi de Deo ait: *Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius*, & ita de Spiritu Sancto, quod locutus ſit per Prophetas, canitur in Symbolo Niceno ſic, *Qui loqutus eſt per Prophetas*, & in Cantico MARIÆ Virginis (Lucæ cap. 1. verſ. 55.) *Sicut loquutus eſt ad Patres noſtros Abram, &c.* & Act. Apoſt. cap. 4. verſ. 24. *Domine, tu es, qui feciſti cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt* (verſ. 25.) *Qui Spiritu Sancto per os Patris noſtri Dauid, pueri tui dixiſti, &c.* & ad Hebræos cap. 1. verſ. 1. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus, in Prophetis, nouiſſimè autem diebus iſtis locutus eſt nobis in filio*; Et Principis Apoſtolorum in 2. epiſt. cap. 1. verſ. 21. *Spiritu Sancto inſpirati, loquuti ſunt Sancti Dei homines*.

Prophetarum lingua Dei Calamus.

4. Adde non ſolùm dicta Prophetarum Deo tanquam præcipui loquenti, ſed etiam ſcripta tanquam præcipuè ſcribenti tribuenda. *Lingua mea* (inquit Regalis Propheta Pſal. 44. verſ. 2.) *calamus ſcribæ velociter ſcribentis*; nam vt eleganter explicauit S. Baſilius. *Lingua iuſti cordibus credentium verba inſcribit vitæ æternæ; tincta quidem non atramento, ſed Spiritu Dei viuentis*.

Chriſtus & proprijs verbis, & Apoſtolorum Scriptis Eccleſiam docet.

5. Dices ſi Chriſtus Dominus docuit verbo, cur etiam non docuit & ſcripto? Reſpondet S.P. Auguſtinus, lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 35. dicens: *Cum illi* (ideſt Apoſtoli) *ſcripſerunt, quæ ille oſtendit, & dixit nequaquam dicendum eſt, quod ipſe non ſcripſerit: quandoquidem membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt. Quidquid enim ille de ſuis factis, & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis, tanquam ſuis manibus imperauit*. Et ſtatim monet, vt nemo aliter accipiat: *Quod narrantibus illis diſcipulis Chriſti in Euangelio legerit; quaſi ipſam manum Domini, quam in proprio corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit*. Et ad fratres in Eremo Serm. 56. dicit: *Scriptura diuina, quaſi literæ de gratia noſtra nobis tranſmiſſæ ſunt quia Rex noſter, pluſquàm cogitari, vel dici poteſt, pius, & miſericors eſt, Scripturas diuinas ad nos inuitatorias per Patriarchas, & Prophetas dignatus eſt mittere, quibus nos ad æternam patriam inuitaret*. Et eſt illud quod in conc. 2. Pſal. 90. ſcripſerat, de Beatorum Patria loquens, ſcilicet, *De illa ciuitate, vndè peregrinamur, literæ nobis venerunt: ipſæ ſunt Scripturæ, quæ nos hortantur, vt benè viuamus*.

Diuinæ Scripturæ, Literæ Dei ſunt ad homines diſmiſſæ.

6. Si Deus igitur auctor eſt Sacræ Scripturæ, conſequenter ſe habet, quòd ipſius etiam ſit argumentum; Deum enim intelligo, etiam, quatenus naturam humanam hypoſtaticè aſſumpſit, nempè Chriſtum Dominum. Seruator enim noſter eſt præcipuum totius Scripturæ argumentum; nam vt loquitur S. Bonauentura initio Sacræ Scripturæ teſtamentum vetus totum eſt de Deo incarnando, Teſtamentum nouum de Deo incarnato: (vide D. Bonauent. *Op. Princ. S. Script. in vetcri occultatum Pſal. 72. & Serm. 1. in Quinquag.*) nec immeritò. Nam ſi S. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum ſcripſit *totius mundi vna vox Chriſtus eſt*: Maiori iure æquum erat, vt totius Scripturæ vna vox Chriſtus Dominus diceretur. Certè Moyſes totus fuit in Chriſto Domino prædicando, omnibus, quæ ad Chriſtum non pertinerent, prætermiſſis. Quod mihi videtur ipſe Chriſtus Dominus ſignificaſſe dicens Ioannis

Chriſtus præcipuum Scripturæ argumentum, & vna vox.

De ſolo Chriſto Moyſes ſcripſit.

cap.

c. 5. v. 46. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi; de me enim ille ſcripſit.*

7. Vndè quærunt Interpretes, Quare nullum Chriſtus Dominus aſſignet locum, in quo Moyſes de illo vaticinetur? Et benè quidem, reſpondet Maldonatus, quia non vno tantum loco; ſed totis quinque libris de illo prophetauit. Adhuc tamen vlterius pergit S. P. N. Auguſtinus lib. 16. contra Fauſtum cap. 22. docens, Moyſem non ſolùm de Chriſto vbique prophetaſſe; ſed etiam nihil quod ad Chriſtum non pertineret, ſcripſiſſe: quod ex ipſa litera ingeniosè deducit. *Non ait Chriſtus* (inquit S. Pater) *Moyſes enim, & de me ſcripſit, vt & alia, quæ ad Chriſtum non pertinerent, ſcripſiſſe crederetur. Sed ait: de me ille ſcripſit: vt omnem Scripturæ illius intentionem, non niſi ad intelligendum Chriſti gratiam perſcrutando conſulerimus.*

In toto Pentatheuco Chriſtus prophetatur.

8. Hoc myſterium proditur forſan in eo, quod duæ legis Tabulæ non niſi in arca fœderis ſeruarentur 3. Regum cap. 8. verſ. 9. Vt vtrumque teſtamentum Chriſto Domino incluſum, & immerſum quodam modo exprimeretur. Quod Tertulliano lib. 4. Carm. contra Marc. cap. 3. ſignificauit: Nam in primis Arcam Chriſti Domini typum fuiſſe docet dicens:

Arca fœderis Chriſtus.

Arca ſub exẽplo corpus venerabile Chriſti
Oſtendit.

Deindè addit duas illas tabulas vtriuſque Teſtamenti in Chriſto Domino repoſiti, ac ſeruati indices fuiſſe, ſubdens.

Et tabulæ duplices cõſcripta legis in Arca
Significant ſimul hac in Chriſto condita ſemper,
Qui vetus atque nouum mandatum protulit ipſe.

Qui ſcripturas ignorat, Chriſtum ignorat.

Vnde qui ſcripturam neſcit Chriſtum ignorat, iuxtà illud S. Matth. cap. 22. verſ. 29. *Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.* Vbi S. Hieronymus Prolog. in Iſaiam, *ſi*, inquit, *iuxtà Apoſtolum Paulum Chriſtus Dei virtus eſt, Deique Sapientia* (1. ad Corinth. cap. 1. verſ. 24.) *Et qui neſcit ſcripturam, neſcit Dei virtutem, eiuſque Sapientiam: ignoratio Scripturarum, ignoratio Chriſti eſt.*

9. Hinc habetur quòd Sacra Scriptura antecellit reliqua ſcripta Conciliorum, & Pontificum. Et ratio eſt, quia licet in his peculiari Spiritus Sancti aſſiſtentia cautum ſit, ne aliquis error, vel falſitas ſubrepat; non tamen ſunt ſingula verba à Spiritu Sancto dicta, ſicut in Scriptura Sacra; vt rectè S. Gregorius dixit in Prologo Moralium cap 2. cùm ſcripſit: *Ille hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictauit: ipſe ſcripſit, qui & illius operis inſpirator extitit; & per ſcribentis vocem imitanda ad nos eius facta tranſmiſit.*

Excedit Sacra Scriptura reliquas omnes.

10. Sacra autem Scriptura conſtituitur ex illis libris, qui in ſeſſ. 4. celebrata die 8. Menſis Aprilis anno 1546. à Sacro Concilio Tridentino per Decretum vt ſacri ſuſcepti fuere. Suntque verò infra ſcripti. Teſtamenti Veteris, Quinque Moyſi, ideſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Ioſuè, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Heſter, Iob, Pſalterium Dauiticum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Ieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, ideſt, Oſea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Duo Machabæorum, primus, & ſecundus. Quos omnes ad tria capita reduxit Chriſtus Dominus, Lucæ cap. 24. verſ. 44. dicens: *Quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, Prophetis, & Pſal-*

Pſalmis de me. Sub lege primos quinque libros Moyſis intellexit; Sub Pſalmis, quatuor, nempè, Pſalterium Dauid, Prouerbia, Eccleſiaſtem, & Cantica; Reliquos verò ſub Prophetis, quod latiùs proſequitur Scalante *libro 5. de quantitate Scripturæ cap.* 1. & Oſma eodem cap. 1. & Serarius. Teſtamenti Noui, quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti: quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ad Romanos, duæ ad Corinthos, ad Galathas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna, & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. *Si quis autem* (addit Concilium Tridentinum vbi ſupra) *libros illos integros, cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia legi conſueuerant, & in veteri vulgata editione habentur, non receperit pro ſacris, & canonicis, anathema ſit*. Idem Sacrorum librorum canon fuerat prius editus à Florentino in Decreto Eugenij, & ante mille centum annos à Concilio Carthaginenſi 3. cap. 47. & ab Innocentio I. Epiſt. 3. ad Exuperiũ, & à S. P. N. Auguſtino lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 8. qui prædicto Concilio Carthaginenſi interfuit, & ſubſcripſit. Hi tamen Baruch expreſſam mẽtionem non faciunt, ſed eum ſub Ieremia comprehendunt; quia Baruch fuit Scriba Ieremiæ, vt patet ex Ieremia cap. 36. ideoque veteres prophetiam Baruch citantes, citant ſub nomine Ieremiæ, vt pluribus exemplis oſtendit Canus *lib. 2. de locis Theologicis cap.* 11.

11. Præter hoſce ſupradictos aliqui alij extitere libri Sacri qui perierunt, & hi libri varijs in Sacrarum Scripturarum locis memorati videntur.

Preter libros Sacros qui habentur nunc extitere alij qui perierunt.

Primus. *Liber Bellorum Domini*, Num. cap. 21. verſ. 14.

Secundus. *Liber Iuſtorum*, ſeù *Liber Recti*. Ioſue cap. 10. verſ. 13. & 2. Regum cap. 1. verſ 18.

Tertius. *Liber Verborum*, ſeù Rerum geſtarum *Salomonis*. 3. Regum cap. 11. verſ. 4.

Quartus. *Liber Verborum Regum Iſrael*. 3. Regum cap. 14. verſ. 19.

Quintus. *Liber Verborum Regum Iuda*. 3. Regum cap. 14. verſ. 24.

Sextus. *Samuelis libri* 1. Paralippomenon vlt.

Septimus. alius *Samuelis liber* 1. Regum 10. 25.

Octauus. *Nathanis* 1. Paralippomenon 29. 29. & 2. Paralippomenon cap. 9. verſ. 29.

Nonus. *Gad Prophetæ* ibidem.

Decimus. *Abiæ Prophetæ* 3. Regum cap. 14. verſ. 18. & apertiùs 2. Paralip. cap. 9. verſ. 29. *in libris Abiæ Prophetæ*.

Vndecimus. *Ado Prophetæ* 2. Paralippomenon cap. 9. verſ. 29.

Duodecimus. *Iehu Prophetæ* 2. Paralippomenon cap. 20. verſ. 34.

Decimus tertius. *Chozai Prophetæ* 2. Paralippomenon cap. 33. verſ. 19.

Decimus quartus *Salomonis tria millia Parabolarum* 3. Regum cap. 4. verſ. 32.

Decimus quintus. *Salomonis cantica quinque & mille* 3. Regum cap. 4. verſ. 32.

Decimus ſextus. *Salomonis Phyſica de plantis, iumentis, volucribus, &c.* ibidem.

Decimus ſeptimus. *Liber Enoch*, vt ex Iudæ Apoſtoli Epiſtola S. P. N. Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 18. colligit.

Decimus octauus. *Epiſtola Eliæ Prophetæ*, quam ad Regem Iſrael immiſit 2. Paralippomenon cap. 21. verſ. 12.

Decimus nonus. *Ieremiæ deſcriptiones*. 2. Machabæorum cap. 2. v. 1.

Vigeſimus. *Ioannis Hircani liber dierum*. 1. Machabeorum cap. vltimo verſ. 24.

Qui libri qua verò ratione perierint non facile diuinandum. Poteſt dici perijſſe vel cuſtodientium negligentia, quomodo parum affuit, quin ipſe Legis Liber, hoc eſt Deuteronomium intercideret, quod ſub Ioſia narratur inuentum; vel aliquorum impietate, quemadmodum Ioachim Ieremiæ Prophetæ librum ſcalpello ſcidit, & in ignem proiecit; vti legitur Ierem. cap. 36. verſ. 23. *Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcriba, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in arola.*

12. Sacræ Scripturæ variæ ſunt editiones, ſed vulgatam, vt authenticam habendam eſſe Tridentinum Concil. ſeſſ. 4. his verbis declarauit: *Sacroſancta Synodus conſiderans non parùm vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur Sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit innoteſcat, ſtatuit, & declarat, vt hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur, & vt eam nemo reijcere, quouis prætextu audeat, & præſumat.* Quare in fidei, & morum diſciplina, non licet Catholicis ad Hebraica, vel Græca exemplaria prouocare; præſertim, quia Rabini, Chriſtianiſmi hoſtes iurati, Scripturas, vt eas ad ſuum ſenſum traherent, violarunt, truncarunt, deprauarunt. Accedit quod ſi ſemper recurrendum foret ad Hebraicos, vel Græcos fontes, mira, & confuſa eſſet diuerſitas ſententiarum, pro diuerſo modo explicandi interpretatum, qui omninò varius eſt, vt videre eſt in Aquila, Theodotione, Symmacho, Xante Pagnino, Vatablo, Oleaſtro, Caietano, & Maluenda. Sed id maximè claret, in Hæreticorum commentarijs, qui non modò ab alijs diſſident, ſed à ſeipſis ſæpiùs diſcrepant, dum ſuas editiones adornant. Vndè bellè ait Caietanus, quod *illi non tam ex fontibus Sacras literas vertunt, quam circa fontes ipſi vertuntur.*

Vulgata Sacra Scriptura editio, vt authentica habenda.

13. Porrò Sancti Patres Scripturæ Sacræ vtilitatem varijs declarant encomijs. S. Hieronymus in prologo ſuper Pſalmos: *In Scriptura*, inquit, *habet infans quid lactet, puer quid laudet, adoleſcens quid corrigat, iuuenis quid ſequatur, ſenior quid precetur. Hinc diſcant fœmina pudicitiam, populi inueniant pietatem, viduæ iudicem, pauperes protectorem, aduenæ cuſtodem. Hic Reges inuenient quid audiant, Iudices quid timeant. Hæc triſtem conſolatur, lætum temperat, iratum mitigat, pauperem recreat, & omnibus apta medicamenta tribuit.* Demùm S. Gregorius Magnus lib. 20. moral. cap. 1. de Scriptura Sacra præclarè ait: *Vſu faſtidium tollit, & tantò ampliùs diligitur, quantò ampliùs meditatur: legentis animum humilibus verbis adiuuat, ſublimibus ſenſibus leuat: aliquo modo cum legentibus creſcit; à rudibus lectoribus quaſi recognoſcitur, & tamen doctis noua ſemper reperitur. Scientias omnes atque doctrinas ipſo etiam locutionis ſuæ more tranſcendit; quia vno eodemque ſermone, dum narrat textum, prodit myſterium.*

Scripturæ Sacræ vtilitas, & encomia.

14. Quare S. Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticum Monachum de viuendi forma: *Nunquam*, inquit, *de manu, & de oculis tuis recedat liber. Diſcatur Pſalterium ad Verbum. Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.* Efficacior tamen eſt illa Diui Ioannis Chryſoſtomi admonitio Concione tertia de Lazaro, vbi ad Scripturæ lectionem adhortatus, rationem reddit: *Neque enim fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri, vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuò verſetur in lectione ſpirituali.* Ibidem comparat

Neceſſaria ad ſalutem Scripturæ lectio.

Scriptura fabrilibus ſimilis inſtrumentis animum format, imò transformat.

rat Sacros libros, cum inſtrumentis fabrilibus: Nam vt hæc rudem,&impolitam materiam concinnant, & in figuras pulcherrimas conformant: ita, & Sacri libri deprauatam animam corrigunt, & reuocant inueteratam. Addit inſtrumenta fabrilia poſſe quidem artificioſas formas inducere; non tamen naturalem materiam commutare,nempe aurum efficere ex argento: at verò Scripturam Sacram,ad hoc etiam præſtandum, vim habere; & ex vaſis ligneis, ac fictilibus argentea, & aurea fabricare; dum terram in cœlum; carnem in Spiritum; homines in Angelos transformat. Denique vt claudetur caput præſens,S. Gregorius Nazianzenus in carmine de veris, & germanis Scripturæ libris, docet diuinas Scripturas nobis à Deo datas, & in præmia laborum,& in remedia culparum, & in Sanctitatis acquirendæ ſingularia præſidia: Sic enim canit.

Donat Deus iſta laborum
Præmia, vt abſconſa lucis mens ſedula quiddam
Conſpiciat Vel certè iſthinc ea commoda carpit,
Vt per Sancta Dei capiat præcepta dolorem.
Aut quod poſtremum eſt animos hac lectio rebus.
Abſtrahat à fluxis, ſtudia, ad meliora vocatos.

CAPVT II.

De Sacræ Scripturæ obſcuritate.

15\. QVamquã noſtri temporis Hæretici adeò inſaniant, vt Sacram Scripturam ipſam per ſeſe facillimam, atque apertiſſimam eſſe opinentur (ſicut Lutherus aſſeruit in Præfatione Aſſertionis articulorum ſuorum, ita vt in libro de Seruo arbitrio iactauerit,nihil ſibi difficultatis eſſe in Sacris literis,& nullum ſibi locum afferri poſſe, quem ipſe non facile interpretetur) Tamen ex tam vberibus in Sacra Biblia commentarijs, qui quotidie prodeunt; quodque communi Patres conſenſu edocent, eam obſcuram, & difficilem eſſe conuincunt. Huius obſcuritatis cauſæ, duæ numerantur. Prima ex rebus ipſis; Secunda ex modo illas proponendi, & explicandi. De prima, apparet, quod imbecillitas noſtra res ipſas Sacras non capit, fante Domino Ioannis cap. 3. verſ. 12. *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodò ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?* ad quæ ſcilicet humana intelligentia non aſcendit. De Secunda, eſt per ſe clarum, quòd ex modo loquendi difficilis admodum Scriptura obijcitur, metaphoris enim, allegorijs, catachreſibus, antiphraſibus, abundat multaque ſymbolis inuoluta de induſtria proponit: Hinc Chriſtus Dominus Ioannis cap.5.verſ.39.dixit *Scrutamini Scripturas*, vt hanc Sacræ Scripturæ difficultatem, & obſcuritatem indicaret, ſicuti benè notauit Aureus Doctor homil. 40. in Ioannem. *Non dixit* (inquit S. Ioan. Chryſoſtomus) *legite, ſed ſcrutamini, quia oportet profundiùs effodere, vt quæ altè deliteſcunt, inuenire poſſimus, non enim rem in ſuperficie, & in promptu poſitam effodimus, ſed quæ, tanquam theſaurus profundè reconditur.*

Vndè oriatur Scripturæ obſcuritas.

Cur Deus voluit obſcuram eſſe Sacram Scripturam.

16\. Dices; Quare Deus Sacras voluit Scripturas obſcuritatis velamine obtegere? Ad hanc dubij propoſitionem multa occurrerent reſpondenda, vt ſoluerem; ſed ad vnum Reſponſum, vt ex Sanctis Patribus hauſtum me reſtringo; nempè; Quia voluit Deus vt ex.

ex tali obſcuritate multiplex oriatur ſcientia, ſi quidem in claris, & apertis non eſt perinde locus ad varios ſenſus eruendos, atque in obſcuris. Vndè S. P. N. Auguſtinus lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 19. pag. 153. col. 4. lit. A. ſcripſit: *Diuini Sermonis obſcuritas, ad hoc vtilis eſt, quod plures ſententias veritatis pariat, & in lucem notitiæ producat, dum alius ſic, alius ſic intelligit.* Et S. Gregorius homil. 10. in Ezechielem: *Plerumque*, inquit, *in Sacro eloquio, ideo obſcurè aliquid dicitur, vt diſpenſante multipliciter Deo multipliciter exponatur.*

Sacra Scriptura aſſimilatur libro Ezechielis.

17. Hinc Sacra Scriptura aſſimilari dicerem illi libro, qui in viſione oſtenſus fuit Ezechieli, de quo habetur Ezechiel. cap. 2. verſ. 9. *Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus, & foris; & ſcripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.* in hac igitur viſione oſtenduntur ſex Sacræ Scripturæ conditiones.

18. Prima eſt eius Auctoritas; quia de manu Dei eſt habita: vndè dicitur: *Ecce manus miſſa eſt ad me*; ideſt Reuelatio Dei inſpirata eſt mihi: Sed litera Septuaginta Interpretum habet: *Extenta eſt*, & idē eſt quòd *Miſſa*. Tunc enim Dei manus ad aliquem extenditur, vel mittitur, cùm id quod fieri debet ei reuelatur. Quia igitur Sacræ Scripturæ præcepta ſunt à nobis non tantum aure audienda, ſed & opere implenda; vt dixit S. Iacobus epiſt. cap. 1. verſ. 22. *Eſtote autem factores verbi non auditores tantum.* Idcircò ipſa Sacra Scriptura per inſtrumentum manus dicitur eſſe miſſa vt Iob. cap. 27. verſ. 11. habetur: *Docebo vos per manum Dei*, ideſt, per reuelationem Dei, vel quia ſicut per manum Scriptoris ſcientia alicujus ſcribitur in Charta, ita per reuelationem conditoris hæc ſcientia inſpirata eſt, & ſcripta in Eccleſia (Danielis cap. 5. verſ. 5.) *Apparuerunt digiti quaſi manus ſcribentis*: hi digiti fuerunt ſcriptores Sacri Canonis. Ex hoc igitur, quòd Scriptura Sacra eſt à Deo inſpirata prouenit (ſicut dicit S. P. N. Auguſtinus) quòd *maior eſt eius auctoritas, quàm omnis humani ingenij perſpicacitas.*

19. Secunda Conditio eſt eius copioſitas, propter quam vocatur non cedula, vel Charta continens pauca, ſed *liber*, ſcilicet continens multa. Nulla enim Scriptura humana reperitur ita copioſa, vt Sacra Doctrina, *in qua* (dicit S. P. N. Auguſtinus) *omnis quodammodo continetur Scriptura.* Vnde Apoſtolus 2. ad Timoth cap. 3. verſ. 16. Omnem Scripturam eam appellat; dicens: *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata, &c.* Et ideo Sanctus Hieronymus dicit, vbi ſuprà, *neſcit literas, qui Sacras ignorat*, hinc propter grandem Scientiæ copiam, quæ continetur in ea, liber grandis vocatur: *Sume tibi librum grandem*, Iſaiæ cap. 8. verſ. 1. & rectè liber grandis dicitur, in quo, ſcilicet, omnis Scientiæ forma, & finis includitur; vnde S. P. N. Auguſtinus ad Voluſianum ſcripſit: Hìc Philoſophia, quoniam omnium naturarum cauſæ ſunt in Deo: Hìc Ethica, quoniam vita bona, & honeſta non aliundè ſumitur, quam cum ea, quæ diligenda ſunt diliguntur, quo ſunt diligenda, hoc eſt Deus, & proximus. Hìc eſt Logica, quoniam veritatis lumen animæ rationalis non niſi Deus eſt. Hìc laudabilis Reipublicæ ſalus: nec enim cuſtodiuntur optimè ciuitates niſi fundamento, & vinculo Fidei fraternæque cuſtodiæ.

Sex Sacræ Scripturæ conditiones.

20. Tertia conditio eſt eius obſcuritas propter quam vocatur *Liber inuolutus*. S. Gregorius ibid. *Liber inuolutus eſt Sacra Scriptura eloquium obſcurum, quod profunditate ſententiarum inuoluitur, vt non facile ſenſui omnium pateat.* Iob cap. 38. verſ. 2.

Quis

Quis eſt inuoluens Sententias? Vel dicitur *Inuolutus*, quia ſtylus eius eſt metaphoricus, & figuratiuus, & ideò ad intelligendum obſcurus. Daniel cap. 12. verſ. 9. *Clauſi ſunt ſignatique ſermones.* Et Iſaiæ cap. 29. verſ. 11. *Erit nobis viſio omnium quaſi verba libri ſignati.*

21. Quarta conditio eſt eius intelligibilitas, quæ notatur cùm dicitur: expandit illum coram me, ideſt mihi eius myſteria aperuit, & me ipſum intelligere fecit. *Expandit*, inquit S. Gregorius, *Dum enigmata expoſuit:* Et S. Luc. cap. 24. verſ. 45. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.*

22. Quinta conditio eſt ſenſus duplicitas, quia *erat ſcriptus intus, & foris*: Intus ſcilicet per ſenſum ſpiritualem, Foris verò per ſenſum Literalem. Vel (ſecundùm Diuum Gregorium ibidem) *Intus* Scriptus eſt, quia inſtruit nos de rebus inuiſibilibus, ideſt, de myſterijs, cæleſtibus, *Foris* verò in quantum inſtruit nos de rebus viſibilibus, ſcilicet, de rebus terrenis diſponendis, & de exterioribus actionibus. Prima Scriptura pertinet ad contemplatiuos, ſecunda ad actiuos; hinc Ioannis cap. 10. verſ. 9. dicitur: *Ingredietur, & egredietur, & Paſcua inueniet.*

23. Sexta conditio eſt Scripturæ varietas, quia erant *ſcripta lamentationes in eo, & carmen, & væ.* Continet enim lamentationes Scriptura, & triſtitias pœnitentium. Ioel cap. 2. verſ. 12. legitur: *Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu.* Et continet etiam carmen laudis, & lætitiæ: *Beati, qui habitant in domo tua in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Pſal. 83. verſ. 5. Vel continet væ triſtitiæ, & pœnæ damnatorum, Luc. cap. 13. verſ. 28. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Et Iſaiæ cap. 3. verſ. 11. *Væ impio in malum.*

CAPVT III.

De Ambagibus Sacræ Scripturæ.

24. Quia ex pluribus ambagibus Sacra Scriptura obſcurior aliquibus in locis redditur; idcircò eas ordine alphabetico ponam hìc, ad maiorem Sacræ Scripturæ claritatem, & explicabo, nempè.

Abſtractis ſæpè ſæpiùs vtitur Scriptura Sacra pro concretis, ſeù quaſi abſtractis pro concretis. A
Vt *Santificatio* pro Sanctificatore, *De Abſtractis.*
Circumciſio pro circumciſo, *Redemptio* pro Redemptore. Et maximè videtur hæc ambago, tunc quando abſtractum ponitur in Genitiuo pro concreto abſtractiuo. Vt *Deus maieſtatis*, pro Deus Magnus; *Spiritus veritatis*, pro Spiritus Verax; Mare Salis, pro mare Salſum.

25. *Æternum* non ſemper ſignificat durationem illam, quæ eſt Æ
ſine fine: Sed frequenter ſignificat quoduis longum tempus, cuiuſmodi eſt à lege Moyſi data, vſque ad Chriſtum, & nouam legem. *De Æterno.*

In ſæculum, nunc ponitur pro ęternitate, nunc pro longo tempore, etſi non longiſſimo, vt pro Iubileo, ſeù annis quinquaginta.

In ſæculum ſæculi, frequentiùs pro ęternitate, etſi etiam pro longiſſimo aliquo tempore.

In ſæcula ſæculorum, Semper pro æternitate.

26. Caſum pro caſu Interpretes per Antiptoſin vſurpant, quia C
Hebręi caſibus carent, & inuariato eodem nomine per omnes caſus vtuntur; vt in 2. ad Corinth. *De Caſu:*
cap. 8. verſ. 23. *Siue pro Tito, ſiuè fratres noſtri*, pro fratribus noſtris.

Sicuti

Sicuti etiam; *Credidi propter quod locutus ſum*. Pſal. 115. verſ. 1. Pro credo, propter quod loquor; nam Hebræi carentes indicatiuo, præſenti, & imperfecto, vtuntur pręterito.

D 27. Dubitationum particulis vtitur Spiritus Sanctus in Sacra Scriptura; non quod ipſe dubitet, vel ignoret, quid futurum ſit; ſed vel ad indicandam humani arbitrij libertatem, quæ ex ſe eſt indeterminata, & poteſt alterutrum facere; vel ad indicandam paucitatem eorum, qui rem, de qua agitur, facturi ſunt; vt videndum eſt Ieremiæ cap. 26. verſ. 3. *Si forte audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum*. Et Ezech. cap. 2. verſ. 3. *Et dicentem, fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad Gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me: ipſi, & Patres eorum præuaricati ſunt pactum meum vſque ad diem hanc*.

De dubitationum particulis.

E 28. Epitaſi vtitur aliquando Scriptura; ideſt Verbum vſurpat, quod minus ſignificat, quam intendit ſignificare, vt Leuitici cap. 10. verſ. 1. *Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat*. Pro quod eis vetitum erat.

De Epitaſi.

F 29. A figura ad figuratum fit frequens Saltus, vt à Salomone ad Chriſtum: A Sion, & Ieruſalem ad Eccleſiam: ab Iſrael carnali ad Iſrael Spiritualem, ſeu Chriſtianum populum, & id ſub nomine eodem, quaſi de eadem re eſſet Sermo.

De Figura, & figurato.

30. *Filius*, & *filia* difficilem habent perſæpè ſignificationem, nam tales vocat quidquid ex aliqua re extrahitur, & quaſi ab ea paritur. Sic Threni cap. 3. verſ. 13. Sagyptas *filias* pharetræ appellat. Frumenti grana excuſſa *filij areæ* vocantur Iſaiæ cap. 2. verſ. 10. *Filij Prophetarum*. hoc eſt Diſcipuli Prophetarum.

De nominibus Filij, & filiæ.

31. Fornicationis nomine ipſam Idolatriam frequentiſſimè Prophetæ deſignant; quia idolatria vero relicto Deo idolis adhæreat; & velut adultera relicto marito adultero copulatur.

De nomine Fornicationis.

32. Fęda, & ſordida verbis ſemper honeſtis Scriptura exponit. Sic vxorem cognoſcere dicit, *ingredi ad vxorem*, reuelare alterius turpitudinem. Menſtrui fluxum, *conſuetudinem fœminarum* vocat, & *Muliebria*. Pollutio nocturna *noctis accidens* in Hebræorum textu appellatur.

De fœdis, & ſordidis.

N 33. Nomen proprium vel gentilitium ex more ſimilitudinem ſolet dare. Sic Prophetæ Iſraelitas impios, Chananæos, Amorrhæos, nominant. Chriſtus Dominus Iudam, Diabolum appellat; & Ieroſolima Babylon Apocalypſis dicitur cap. 11. verſ. 8.

De nomine proprio

34. Pro nomine proprio interpretationem eius ponit. Vt Pſal. 75. verſ. 3. dicitur. *Et factus eſt in pace locus eius*, Pro pace in Hebræo enim eſt שלם *Schalem* quam omnino vocem veriſimiliùs ibi ſignificare Ieruſalem, indicat vox Sion, quæ in eodem verſu ſequitur.

35. Aſſolet etiam numerum minorem negligere, & maiorem accipere. Vt Iudicum in libro legitur Septuaginta filios Ieroboam ab Abimelecho interfectos eſſe, cum ad hunc numerum duo deeſſent, ideſt ipſe Abimelech qui interfecerat, & Ioatham natu minimus, qui euaſerat.

De Numero.

O 36. Ordo temporum in rebus geſtis narrandis non ſemper ſeruatur in Sacra Scriptura, ſed quæ prius acciderunt, poſterius narrantur, & hoc à S. P. N. Auguſtino, & ab alijs Recapitulatio nominatur. Huiuſce rei exempla in Geneſim plura exibentur, & in Euangelio.

De Temporum ordine.

P 37. Potentia, vel potentiæ actus pro obiecto apponi aſſolet. Vt *Aſpectus* pro colore qui conſpicitur. *Cumque color albus in cute fuerit*, & ca-

De Potentia, & actu potentiæ.

& capillorum mutauerit aſpectum, ipſa quoque caro viua apparuerit. Leuit. cap. 13. verſ. 10. *Cuſtodia* pro re, quæ cuſtoditur, vel cuſtodiri debet. *Si in vijs meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris.* Zacch. cap. 3. verſ. 7. *Concupiſcentia*, & *deſiderium* pro re, quæ concupiſcitur, & deſideratur. Sap. 16. verſ. 3. Pſal. 105. verſ. 14. *Expectatio*, & præſtolatio pro re, quæ expectatur Prouerb. cap. 17. verſ. 8. *Ebrietas* pro eo quod inebriat Iſa. cap. 5. verſ. 22. Et ſimilia

38. Poſitiuum pro comparatiuo vtitur & ſuperlatiuo, nam his carent Hebræi. Sic in Pſal. 117. verſ. 8. *Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine*; ideſt melius. *De Poſitiuo.*

39. Subſtantiuum geminatur; ſed ſemel in genitiuo plurali poſitum, excellentiam quandam eo in genere ſignificat, & vim habet ſuperlatiui. vt *Sancta Sanctorum*, ideſt, Sanctiſſima. *Canticum canticorum*, ideſt Canticum excellentiſſimum. *Vanitas Vanitatum*, hoc eſt, vaniſſima res. Sed quando vox ipſa ſubſtantiua in eodem caſu geminatur, interpoſita ſiuè ſit, aut non ſit particula copulatiua, multitudinem, vel vniuerſitatem eius rei ſignificat. Sic Pſal. 86. verſ. 5. *Homo, & homo natus eſt in ea*, hoc eſt, multi homines nati ſunt in Eccleſia per Baptiſmum. Geminatio autem interpoſita particula *Et*, ſolam duplicitatem, vel diuerſitatem ſignificat. Vt Pſal. 1. verſ. 3. *Labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt*, hoc eſt duplici corde. *De Subſtantiuo.*

40. Verba neutra aliquando actiuè explicantur ſicut, & verba actiua per actionem duplicem more Hebreę coniugationis *hiphil*. Vt 2. ad Corinth. cap. 2. verſ. 14. *Deus triumphat nos*, hoc eſt, triumphare facit. Oſeæ cap. 8. verſ. 4. *Ipſi regnauerunt*, hoc eſt, Regem ſibi conſtituerunt. Seù Pſ. 51. verſ. 7. *Emigrabit te*, ideſt, emigrare faciet. *De Verbis neutris.* Aſſolet etiam hęc verba neutra geminari ſemel in participio vel gerundio, & ſemel in alio tempore poſitum, vt exaggerationem, ſeù emphaſim inſinuet. Sic in 2. Regum cap. 9. verſ. 7. *Faciens faciam in te miſericordiam*, hoc eſt certiſſimè faciam. Sic etiam extrà gerundium, & participium, *morte morieris*, hoc eſt certiſſimè morieris.

41. Vrbes, quaſi mulieres alloquitur Sacra Scriptura apud Prophetas, eas paſſim filias, meretrices, vel Virgines vocando. Filias, quia dilectas; Meretrices, quia idololatras; Virgines quia Dei cultum retinent, vel quòd à Deo amentur; ſeù quod nunquam in captiuitatem fuerint adductę, ſiuè obearum opus, ac pulchritudinem. Aliquando etiam non vocat eas abſolutè filias, ſed alicuius alterius ciuitatis vt in 1. Paralip. cap. 7. verſ. 29. *Iuxtà filios quoque Manaſſe, Bethſan, & filias eius, Thanach, & filias eius, Mageddo, & filias eius: Dor, & filias eius: in his habitauerunt, filij Ioſeph, filij Iſrael*: Qua locutione ſignificatur, Oppida illa eſſe alteri ſubiecta. *De Vrbibus.*

CAPVT IV.

De particulari vſu multarum Præpoſitionum, & Vocularum.

42. PRępoſitio *A*, ſępè pro Apud, vel coram in Sacra Scriptura vſurpatur. Sic Ezechielis cap. 41. verſ. 21. *Erubeſcite à Patre, & Matre*, ideſt: Coram Patre ac Matre erubeſcite. *De Præpoſitione A*

43. *Ad* idem valet quod De.

Sic

De Propoſitione. Ad.

Sic in Regum 2. cap. 3. verſ. 18. *Dominus locutus eſt ad Dauid;* ideſt de Dauid, dicens : *in manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſrael de manu Philiſtijm, & omnium inimicorum eius.*

De Propoſitione. In.

44. *In*, Hebraicè ב. beth exempli gratia, *in Domino, in Chriſto*, paſſim ſignificationem omnium aliarum præpoſitionum, & vicem induit.

De coniunctione, Et, vel Aut.

45. *Et* Latinum, & Hebræum, *ve*, nunc pro copulatiua, nunc pro diſiunctiua, *vel, aut;* nunc pro cauſali. *Enim, quia*; nunc pro aduerſatiua, *Sed, autem;* nunc pro, *Vt, Sic Sicut, id eſt, Etiam tamen, ideò, Ergò, Præterea, Quin etiam* ſumi ſolet.

Tamen, enim, eo quod, Quoniam, quia,

46. *Tamen*, & *ſed*, pro *Immo Quinimmo* ſumuntur. *Enim*, pro *autem*; *Eo quod, quoniam, quid* ſæpè volent idem quod *quamuis*, vel, *etſi*, vt Pſal. 77. verſ. 19. *Numquid poterit Deus parare vobis menſam in Deſerto, quoniam* (id eſt, *Quamuis*) *Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ*. Item Iſaiæ cap. 12. verſ. 1. *Confitebor tibi Domine quoniam* (ideſt *etſi*,) *iratus es mihi*. *Vt, quia, propter quod, propterea* ſæpè non cauſam, ſed ſolum euentum, ſeu conſecutionem ſignificant.

De voce Si.

47. *Si*; vox eſt admirantis, ſeu ſtupentis; alibi eſt negantis. Vt Iudicum cap. 5. verſ. 8. *Si apparuerint*, ideſt non apparuerunt. Eſt etiam nota iurantis : Vt in 3. Regum cap. 17. verſ. 1. *Viuit Dominus, ſi erit pluuia*, ideſt iuro quod non pluet, adeoque ſi pluat non habear Deus viuus, & Verax. Si poſt verba iurandi ſequitur vox *Si* tunc orationem affirmantem in negantem vertit. Sic Pſal. 94. verſ. 11. *Sicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, ideſt quod non introibunt. Si oratio verò ſit negans in affirmantem vertit. Sic Iſaiæ cap. 14. verſ. 24. *Iurauit Dominus, ſi non vt putaui, ita erit*, ideſt, iurauit, quod vti ipſe putauit, ita erit.

De Particula Niſi.

48. *Niſi* particula ſimili modo

eſt iuramenti execratorij. Iſaiæ cap. 5. verſ. 9. *Niſi Domus deſerta fuerint*, ſubaudi per Apoſiopeſim; *non habear Deus*, aut *verax*; Sicut Latini dicunt : *Niſi hoc fecero, diſperеam.* Quam imprecationem tacent Hebræi vt potè horrendam auditu, & effatu.

De vocibus non amplius, Non vltra, Sæculum, Generatio Generationis, Æternum.

49. *Non amplius, non vltra, Sæculum, Generatio generationis, Æternum.* Paſſim non indicant abſolutam æternitatem, ſeù durationem interminabilem, ſed ſolùm longum tempus, cuius finis ab homine viuente iam non videtur. Horum exempla habentur Iſaiæ cap. 23. verſ. 12. Ezech. cap. 26. verſ. 14. 1. Paralip. cap. 15. verſ. 2. Primo Machab. cap. 2. verſ. 54. Ioan. cap. 13. & 2. Regum cap. 3. v. 28.

CAPVT V.

De Metaphoris, Tropis, allegorijs Sacræ Scripturæ.

De Hieroglyphicis, Symbolis, & Ænigmatibus.

50 FRequentiſſimè Scriptura Sacra Hieroglyphicis, Symbolis, & Ænigmatibus vtitur : De quibus habes exempla paſſim, In Ieremia habes *iram columbæ, gladium columbæ*, quæ deſignant iram, & gladium Chaldæorum in quorum vexillo erat columba argentea pennis inauratis, ſemiramidem repræſentans. Per ænigma *arboris* imperium Nabuchodonoſoris exprimitur. Dan. cap. 4. per *quatuor beſtias* quatuor Monarchiæ repreſentantur. Similia Moyſen in ſuis legibus vſurpaſſe declarat S. Clemens Alexandrinus lib. 6. Srromatum.

51 Multis alijs innumeris vtitur Scriptura figuris quas hìc inſero cum exemplis, & loco vbi inueniri ſolent.

Pro *Antiphraſi*, poni ſolet Sanctificari pro pollui Deuteron. cap. 22. verſ. 9. *Non ſeres vineam tuam altero ſemine : ne & ſementis , quam ſeuiſti , & qua naſcuntur ex vinea pariter Sanctificentur*. Sic *Benedicere* pro *Maledicere* Iob cap. 1. verſ. 11.

De Antiphraſi.

52 *Catachreſis* figuram habes in cap. 9. & verſ. 21. S. Matthæi, ideſt Cæci curati *Diffamauerunt* Chriſtum Dominum *in tota terra illa* , ideſt , famam eius cum magna laude celebrarunt . Vide etiam Deuter. cap. 15. verſ. 6.

De Catachreſi.

53 *Enallagen* quintupliciter cognoſcitur vſurpata à Sacra Scriptura; ideſt Generis , & ſuppoſiti , Perſonæ vbi à prima, vel ſecunda tranſitur ad tertiam ; Temporis vbi præteritum ponitur pro futuro , vel futurum pro præterito . Numeri , vbi à ſingulari ad pluralem tranſitur , & è contra; Verbi vel participij pro aduerbio . De prima vide Iſa. cap. 27. verſ. 3. 5. & 6. de ſecunda , & tertia Abacuc cap. 3. 6. 7. 9. 11. de quarta Deuter. cap. 32. & 33. & in Prophetis , & Pſalmis paſſim . De quinta pſal. 77. verſ. 41. pſal. 84. verſ. 7. & Iſa. cap. 3. verſ. 13.

De Enallage Generis , & ſuppoſiti , Perſonæ , & verbi , numeri , & temporis.

54 De *hyperbole* vide Gen. cap. 41. verſ. 49. vbi frumentum *arenæ maris* coæquatur 3. Regum cap. 10. verſ. 27. *Argentum* lapidibus , & Ioan. cap. 21. verſ. 25. Mundus negatur *capere poſſe libros*.

De Hyperbole.

55 De *Hendyade* , frequens eſt Hebræis , & Græcis hæc figura qua vnum in duo diuidunt; ſicut Virgilius Æneid. 1. cecinit

De Hendyade.

Molemque , & montes in ſuper altos impoſuit .

ideſt , molem altorum montium impoſuit. Et alibi .

... Aurum frenoſque momordit

ideſt frenos aureos. Sic Gen. cap. 1. verſ. 14. de Sole , & Luna dicitur, *Sint in ſigna , & tempora , & dies , & annos*, ideſt, ſint in ſigna temporum, dierum , & annorum .

56 *Hypallagem* habes in Iſaiæ cap. 1. verſ. 3. *Cognouit bos præſepe Domini ſui* , ideſt Dominum præſepis ſui , ſeu dominum alentem ſe in præſepio. Sic Pſal. 18. verſ. 5. *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum* , ideſt, ſolem poſuit in Tabernaculo ſuo , vel vt eſt in hebræo , ſoli poſuit tabernaculum ſuum in cælis . Extant alia exempla in Exod. cap. 3. uerſ. 2. Iudic. cap. 1. uerſ. 8. & alibi .

De Hypallage.

57 De *Ironia* , & *Sarcaſmo* , uide Gen. cap. 3. verſ. 22. vbi dicitur , *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum , & malum* . Sic & Zach. cap. 11. uerſ. 13. de triginta argenteis dixit Dominus per Prophetam, *Decorum pretium , quo appretiatus ſum ab eis* .

De Ironia.

58 De *Metaphora* hac figura frequentiſſimè vtitur Sacra Scriptura . Sic in ea *Calix* eſt ſors cuiuſque ſeu bona , ſeu mala . *Gladius* eſt quidquid pungit , torquet , vel cruciat. *Sagitta* quidquid nocet , aut lædit. *Ignis, Turbo, tempeſtas procella*, grando eſt quouis tormentum, clades , vel ſtrages . Lupi , ſerpentes , Dracones , Leones , ſunt barbaræ ac feræ nationes . Sic homines uirtuoſi , uel uitioſi deſerto arido , campis , arboribus , uineis , montibus , fluminibus , urbibus comparantur . Vide Iſa. cap. 11. uerſ. 6. & cap. 35. Reuelare auriculam 1. Reg. cap. 9. uerſ. 15. et 2. Reg. cap. 7. uerſ. 27. item aperire alicuius aures , eſt , aliquid alicui prædicere , aduertere , præmonere . Solitum etiam eſt quòd Prophetę ab una metaphora immediatè ad aliam tranſeant. Sicut Zach. cap. 3. uerſ. 8. et 9. Chriſtus nunc *Oriens*, nunc *Lapis* uocatur . Oſeę cap. 2. ſynagoga nunc *Mulier*, nunc *Vinea* appellatur. Iſa. cap. 27. Diabolus nunc *Leuiathan* , ideſt balena , nunc *Vectis*, et mox *Draco* dicitur ; et ſimilia .

De Metaphora.

59 *De Metonymia* habes exempla cùm Samariam pro Samaritis Sacra Scriptura capit, Idolum pro Idololatris, Templum pro ſacerdotibus

De Metonymia

dotibus ſic *Caro* aliquando carnis corruptionem, aliquando concupiſcentiam, aliquando homines carni deditos ſignificat. Aliquando exteriorem hominem, vel externam ſpeciem, et gratiam, quę ſpiritui opponitur, ideſt, internę gratię, et interiori homini. Vt in 2. ad Corinth. cap. 10. uerſ. 2. *Rogo autem vos ne præſens audeam per eam confidentiam, qua exiſtimor audere in quoſdam, qui arbitrantur nos tamquam ſecundum carnem ambulemus.*

60 De *Synecdoche*. Non ſolùm utitur ſcriptura Synecdoche in perſonis, nempè nomine Philiſtæorum, Ægyptiorum, Idumæorum, et barbaricarum aliarum gentium Iudęis uicinarum, ad notandas omnes gentes impias à Chriſto ſubigendas; ſed etiam in numeris annorum uel dierum exprimendis totum ponendo pro parte, uel contra. Sic caput pro homine, 2. Regum cap. 1. uerſ. 16. *Super caput tuum*, ideſt ſuper te. Sic dicitur Chriſtus tres dies in ſepulchro extitiſſe, è quibus tamen primus, ac tertius fuere incompleti; et ſimilia.

De Synecdoche.

CAPVT VI.

De Multiplici Sacræ Scripturæ Senſu.

61. SEnſus Sacræ Scripturæ, eſt ille, quem Spiritus Sanctus intendit in eius impoſitione, qualis eſt, quem Sancta Mater Eccleſia tenet, et docet ſuos fideles, instructa ab eodem Spiritu Sancto, qui omnem docet veritatem, illuminata immediatè, in ſummo Pontifice, et ab eodem dependenter in Patribus, in Concilijs generalibus, vel aliter congregatis in nomine Domini, ſic ait Bordon. Sacr. Trib. cap. 7. num. 10. de ſumma ſcripturæ.

Quid ſit ſenſus Sacræ Scripturæ.

62 Senſus autem ſacræ ſcripturæ communiter aſſignantur à doctoribus quatuor, ſcilicet, Literalis, Allegoricus, Anagogicus, et Moralis; vndè vulgariter illi verſus,

Quot ſint Sacræ Scripturæ ſenſus.

Litera geſta docet: quid credas, Allegoria;
Moralis, quid agas; quo tendas, Anagogia.

Hæc diuiſio ſumpta eſt ex D. P. Auguſtino in 1. ſuper Geneſim ad literam, vbi ait: *In omnibus libris Sanctis oportet conſpicere, quæ ibi æterna intuentur, quæ facta narrantur, quæ futura prænuntiantur, & quæ agenda præcipiuntur.* Primùm pertinet ad ſenſum Anagogicum, Secundùm ad Hiſtoricum, et Literalem, Tertium ad Allegoricum, et quartum ad moralem.

63 Senſus Literalis, qui ab alijs dicitur hiſtoricus, eſt ſignificatio qua voces ſignificant res. Sed quia voces ſignificant aliquid propriè, ſcilicet, illud ad quod ſunt impoſitæ ad ſignificandum, et aliquid metaphoricè, et tranſumptiuè, propter aliquam ſimilitudinem proprietatis, vel conuenientiæ, ideo ſenſus, ſiue ſignificatio ſignificans, ſiuè ſecundum proprietatem locutionis, ſiuè ſecundum metaphoram, in ſacris ſcripturis dicitur Literalis; vtroque enim modo ſcriptura vtitur. Exemplum primi, cùm dicitur Marci cap. 16. verſ. 19. *Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum.* Exemplum ſecundi cùm ſequitur: *Et ſedet à dextris Dei*, Deus enim non habet dextram neque ſiniſtram, cùm non ſit corporalis; Sed quia dextra manus eſt potior, tranſumptiuè ſignificat potiora bona Dei, in quibus Chriſtus ſedet, hoc eſt requieſcit. Et cum ſenſui Literali Sacræ Scripturæ non poſſit ſubijci falſum, ſicut nec fidei, ſequitur quòd quandocun-

Senſus Literalis quid.

Senſui Literali non ſubijcitur falſum.

docũq; veritas locutionis non poteſt ſaluari ſecundũ propriam ſignificationem terminorum, vt in exemplo dato, tunc illa ſignificatio, qua voces ſignificant res, non eſt ſenſus Literalis, ſed dicitur ſenſus Literæ, & ſenſus grammaticalis, qui & ſi ſit congruus, tamen aliquando eſt falſus, quando repugnat veritati, ſententiæ, vel alijs paſſibus Sacræ Scripturæ, aut etiam his, quæ per Eccleſiam ſunt determinata eſſe de fide.

64 Ex his apparet, quòd ſub ſenſu Literali continentur ſenſus Metaphoricus, qui eſt circà dictiones; & Parabolicus, qui eſt circà ſententias, frequens in Sacris Literis, quæ ſæpè utuntur Metaphoris, & Parabolis; Chriſtus enim Metaphoris utebatur, & *in Parabolis loquebatur* ad eos Marc. cap. 4. uerſ. 33. non tantum delectandi gratia, ut Poetæ, ſed propter vtilitatem, uel neceſſitatem conditionatam, ſcilicet, ut facilius intelligerent, & retinerent; quia cum omnis noſtra cognitio ortum habeat à ſenſu, neceſſe eſt homini, ut per ſenſibilia ad intelligibilia ducatur. Vſus eſt etiam parabolis, ut tolleretur ſuperbiendi occaſio; dum homo difficulter veritatem capere poteſt. Præterea, ad excitandum attentionem: Ad ea enim quæ ſunt difficilia, maior requiritur intentio. Inſuper ad occultationem Sacrorum Myſteriorum ipſis incredulis; vndè Chriſtus Dominus Matthæi cap. 13. Verſ. 11. dixit: *Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum* (Verſ. 13) *Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt:* Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata, ut prædixerat Eſaias cap. 6. Verſ. 9. Vlteriùs occultatio parabolarum, & figurarum etiam utilis eſt ad tollendum faſtidium, & ad exercitium ſtudioſorum; & euitandum irriſiones infidelium, & ideò dicitur Matth. cap. 7. Verſ. 6. *Nolite Sanctum dare canibus.* Et ob eam cauſam omnes formę Sacramentorum (ut dicit S. Dionyſius in lib. de util. pręcep.) non fuerunt ſcriptę in Sacris Literis, ſed per traditionem Apoſtolorum, & maiorum ad nos deuenerunt. S. Dionyſius monebat Titum, ut ſancta ab immundis incontaminata ſeruaret.

Senſus Literæ quid.

Quare Chriſtus Parabolis vſus eſt.

65 Parabolæ autem non ſunt intelligendæ ſecundùm ſenſum literæ ſiuè grammaticalem, ſed ſecundùm ſenſum, quem author parabolæ intendit. Nec eſt neceſſe quo ad omnia ſecundùm rigorem terminorum, ſimilitudinem accipere, ut dicit S. Ioannes Chryſoſtomus; aliàs Parabola de filio prodigo ueritatem non contineret.

Parabolæ quomodo ſunt intelligendæ.

66 S.P.N. Auguſtinus, dicit quòd Sacra Scriptura, quæ vetus teſtamentum vocatur, quadrifariam traditur, ſcilicet, ſecundùm Hiſtoriam; ſecundùm Ethimologiam, ſecundùm Analogiam, & ſecundùm Allegoriam. Ex quibus tria prima pertinent ad ſenſum Literalem.

Hiſtoria eſt, vt (idem exponit) cùm ſimpliciter aliquid proponitur. Hiſtoria Ionæ in ventre Cęti ſignificat id, quod geſtum eſt.

Hiſtoria quid.

Ethimologia verò, cùm dicti cauſa aſſignatur; Sicut cum Dominus aſſignauit cauſam quare Moyſes permiſit facultatem repudiandi vxores, ſcilicet, propter duritiam cordis ipſorum. Sic legitur Matthæi cap. 19. verſ. 8. *Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras...*

Ethimologia quid.

Analogia autem eſt cùm veritas unius Scripturę oſtenditur ueritati alterius non repugnare. Sola autem Allegoria inter illa quatuor pro tribus ſpiritualibus ſenſibus ponitur.

Analogia quid.

67 Et ideò poteſt formari alia

diui-

diuiſio ſenſum bimembris, ſenſuum Sacrę Scripturæ quidam eſt literalis, quidam ſpiritualis, uterque ſubdiuiditur, Literalis in quatuor, quia quidam eſt hiſtoricus, alius ethimologicus, alius analogicus, & alius Parabolicus. Spiritualis ſubdiuiditur in tres, ſcilicet, in Allegoricum, Analogicum, & moralem. Quantum ad ſenſum Literalem, dicit S. Thomas poſt S. P. N. Auguſtinum, quòd non eſt inconueniens eandem Scripturam, ſeù eandem ſententiam Scripturæ habere plures ſenſus Literales; Quia ſenſus Literalis eſt, quem author Scripturæ intendit, ſed author Scripturæ Sacræ eſt Spiritus Sanctus, vt habetur 2. Petri cap. 1. Spiritus autem Sanctus cum ſit Deus omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, & per conſequens in vna Scriptura poteſt, ſimul multa intendere, quæ nos vnico ſenſu, ſeù ſententia non poſſumus explicare. Et ſic erunt plures ſenſus, quo ad obiecta, & quoad nos qui non poſſumus plura intelligere. Nec pluralitas horum ſenſuum ſiuè Literalium, ſiuè Spiritualium facit æquiuocationem, aut aliam ſpeciem multiplicitatis, quæ pariat confuſionem, fallaciam, aut deceptionem, ſiuè quæ impediat efficaciam oſtendendi veritatem, quia ſunt ſubordinati, & vnus ab alio pendet, vt S. P. N. Auguſtinus ait contra Vincentium Donatiſtam, & S. Dionyſius in epiſt. ad Titum dicit, quòd *Symbolica Theologia* (hoc eſt, quæ ex ſimilibus procedit) *Non eſt argumentatiua*, hoc eſt non efficaciter concludit. Nec per hoc aliquid deperit Sacræ Scripturæ, quia nihil neceſſarium continetur ſub aliquo Spirituali ſenſu, quod Sacra Scriptura alicubi non manifeſtè tradat per ſenſum literalem. Ideò Spiritualis expoſitio dicit habere fulcimentum ab aliqua literali.

Eadem ſententia plures ſenſus Literales habet.

68 Nec obſtat quod Apoſtolus Galat. 4. Verſ. 24. argumentatur à ſenſu allegorico, quia ſenſus Allegoricus eſt Literalis, cum intenditur ab Authore Scripturæ, prout in eodem loco D. Paulus, qui habebat ſpiritum auctoris Scripturæ declarauit, & Chriſtus Dominus cum dixit Matthæi cap. 21. Verſ. 42. *Nunquam legiſtis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli?* arguit à ſenſu Allegorico.

69 Et licet omnes ſenſus Sacræ Scripturæ tàm Literales, quàm ſpirituales, ſint à Deo intenti, non tamen principaliter, ſicut ſenſus Literalis, ſuper quo (vt dictum eſt) fundantur alij, Ideò ordine quodam ſunt intenti. Si inferatur ergo ex alijs ſenſibus poteſt trahi efficax argumentum, ex quo intenti ſunt à Deo. Dicendum eſt hoc locum habere quandò fulciuntur ex alio loco Scripturæ ſenſu Literali, vel quando coincidunt cum eo, vt in Canticis.

70 Si quæratur quando aliqua Scriptura habet plures ſenſus Literales, qui eorum erit principaliter intentus? Poteſt dici quòd vterque, vel quòd ille ſenſus eſt principaliùs intentus, qui eſt de neceſſarioribus, & propinquioribus fini Scripturæ, qui eſt ſalus animarum iuxtà Apoſtoli ad Romanos cap. 15. verſ. 4. *Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.*

71 Sed difficultas non modica eſt. Quomodo cognoſcemus de aliquo modo, ſenſu, ſeu expoſitione Scripturæ quòd ſit ſenſus Literalis? Quia quilibet dicere poterit expoſitionem ſuam eſſe ſenſum Literalem, ſiuè germanum (vt Lutherus temerè dixit, & alij blaſphemantes Heretici affirmant) Reſpondetur, quòd hoc facilitèr cognoſci poterit ex compatibilitate, quia cùm ſenſus Literalis ſit à Spiritu Sancto, qui non eſt Deus diſſen-

Senſus Literalis, in quo cognoſcitur.

diſſenſionis, aut diuiſionis, ſed pacis, & vnitatis, conſequens eſt, quòd ſi diuerſę expoſitiones ſe compatiantur ad inuicem poſſunt dici ſenſus Literales, & talis multitudo expoſitionum vtilis eſt ad exercitium ſtudioſorum. Si verò diuerſę expoſitiones non ſe compatiantur ad inuicem, vel repugnant, aut altera illarum repugnat alijs paſſibus Sacræ Scripturæ, vel determinationi Eccleſiæ, non eſt ſenſus Literalis, ſiue germanus, ſed Diabolicus, qui poteſt refelli ex alijs paſſibus Sacrę Scripturæ, & præcipuè per determinationem Eccleſię Catholicę, quę errare non poteſt in fide aut bonis moribus, hoc eſt, in iudicio, & determinatione fidei, & credendorum, nec etiam in iudicio, & determinatione bonorum morum, cùm regatur à Spiritu Sancto, quando de fide agitur.

Allegoria dupliciter accipitur. 72 Allegoria (vt ex prędictis patet) dupliciter accipi poteſt, vno modo communiter pro quolibet miſtyco, ſeu ſpirituali ſenſu, aut intellectu Scripturę. Et ſic Allegoria eſt tropus, ſiuè modus loquendi, quo aliquid dicitur, & aliud intelligitur. *Allegoria vnde dicta* Et dicitur ab *Allos*, quod eſt alienum, & *Gogę*, dictio, quaſi in alienum intellectum ducens. Secundò ſpecialiter, pro vno tantùm ſenſu ex tribus ſenſibus ſpiritualibus ſiue myſticis, qui pendent ex ſenſu literali; Quia vt dicit Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 10. verſ. 11. *Omnia in figura contingebant illis*; ideò lex vetus erat figura nouę, & eorum quæ debebant eſſe in noua: Et ſecundùm S. Dionyſium in lib. de cęleſti Hierarch. *Lex noua eſt figura gloriæ, & ea, quæ geſta ſunt à capite, & membris eius ſunt exempla eorum quæ nos facere debemus. Quæcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Ea verò quæ nunc fiunt in Eccleſia, ſunt repræſentatio præteritorum, & figura eorum, quæ erunt, vel fient in patria.*

73 Ex præmiſſis faciliter poteſt haberi definitio omnium ſenſuum ſpiritualium: Senſus enim Allegoricus dicitur, cùm ea quæ ſunt veteris legis, ſignificant, & applicantur ad ea, quæ ſunt nouæ legis, ſcilicet ad Chriſtum, & Eccleſiam.

74 Senſus Anagogicus dicitur, cùm ea, quæ in Chriſto, vel quæ per Chriſtum, & Eccleſiam militantem, ſiuè per nouam legem facta ſunt, ſignificant, & applicantur ad ea, quæ erunt in patria ſiue in æterna gloria.

75 Senſus moralis, ſiuè Tropologicus eſt, cùm ea quæ à Chriſto, vel per Chriſtum facta ſunt, ſignificant, ſeù repræſentant, & applicantur ad ea, quæ nos agere debemus. *Senſus moralis quid.*

76 Notandum tamen eſt, quòd omnes prędicti quatuor ſenſus in eadem ſententia Scripturę inueniri poſſunt, vt in his verbis verſ. 2. cap. 1. Geneſis *Fiat Lux*, ſi intelligantur de Luce corporali eſt ſenſus Literalis, ſi verò de Chriſto, & exponatur, *Fiat Lux*, hoc eſt naſcatur Chriſtus, qui eſt Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eſt ſenſus Allegoricus: Si verò ſignificet lumen æternæ gloriæ, & lucem inacceſſibilem, & exponatur, *Fiat Lux*, hoc eſt, per Chriſtum introducamur ad cæleſtem gloriam, eſt ſenſus Anagogicus; ſed si exponatur, *Fiat Lux*, hoc eſt per Chriſtum illuminemur in intellectu, & inflammemur in affectu, & voluntate, eſt ſenſus moralis, ſiuè Tropologicus. Non eſt tamen neceſſe in omnibus ſententijs Sacrę Scipturę hos quatuor ſenſus inueniri, ſeù omnes ſententias ſecundùm quemlibet quatuor ſenſuum exponere, & interpretari, ſed aliquando ſecundùm vnum tantùm, aliquando, ſecundùm duos, aliquan-

quando ſecundùm tres, & aliquando ſecundùm omnes.

CAPVT VII.

De Moyſe.

77 IOchabet mulier Leuitica ex Amram viro Leuitico in Ægyptia captiuitate filium peperit anno bis milleſimo quadringenteſimo tertio ab initio mundi, eumque contra Pharaonis regis edictum tres menſes occultum habuit; ſed cùm amplius occultare non poſſet, ciſtæ iunceæ, bitumine, & pice oblitæ impoſitum, in papyro ad ripam fluminis expoſuit. At Pharaonis Filia Thermutis, quę in flumen ad lauandum deſcenderat, ciſta aperta, & infantis, vagitibus mota, eum educandum ſuſcepit; & cùm nutricem quæreret, diuinitus pueri matrem mercede conduxit. Et ſic in patris ædibus educatus, iamque grandiuſculus factus, Moyſes appellatus fuit, eò quod ex aqua (quam Aegyptij *Moy* vocant) fuiſſet extractus, ſic Ioſeph. lib. 1. contra Appionem. Anno octogeſimo vitæ ſuæ ſuſcepit iuſſu Dei Principatum hebræorum, ideſt, anno mundi 2483. Vixit annis centum viginti. Obijt anno mundi 2523. Fuit vir doctiſſimus non ſolùm in omni ſapientia Aegyptiorum, vt dicitur; à Sancto Stephano Act. Apoſt. cap. 7. verſ. 22. *Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Aegyptiorum.* Sed etiam in arte Hiſtorica, Poetica, Oratoria, Morali, & Theologica, hinc ſcripſit Pentateuchum, ideſt quinque volumina, quorum nomina ab hebræis ſumuntur à primis verbis librorum. Itaque

quando Moyſes natus fuerit, & tota eius Vita

Primum vocant בראשית *Bereſcit*, ideſt In principio Secundum ואלה שמות *Ve elle Semoth*, ideſt, hęc ſunt nomina Tertium ויקר *Vaiyera*, ideſt, Vocauit autem Quartum וידבר *Vaieddaber*, ideſt, Locutuſque eſt. Quintum אלהדברים *Elleaddebarim*, ideſt, hæc ſunt Verba. Hoc eſt Primus Liber, Geneſis, Secundus Exodus, Tertius Leuiticus, Quartus, Numeri. Quintus Deuteronomium.

78 Quòd etiam Moſes fuerit Poeta inſignis, teſtantur duo Cantica ipſius. Vnum, Exod. cap. 15. verſ. 1. quod incipit. *Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt, &c.* Alterum, Deuteronom. cap. 32. verſ. 1. Quod incipit. *Audite Cæli, quæ loquor; audiat terra verba oris mei.* De arte ipſius Oratoria, teſtatur oratio, quam ſcribit ſub nomine Iudæ ad Ioſeph, Geneſis cap. 44. & alia ipſius Moyſis ad Deum, Numer. cap. 14. & exhortationes, vel reprehenſiones ad populum. De ſcientia morali, & peritia legum condendarum, non tam proprio ingenio, quàm inſpiratione diuina, teſtis eſt magna pars Exodi, Leuitici, & Deuteronomij. Denique de myſterijs Theologię, ſub figura Arcæ fęderis, & veſtium Sacerdotalium, & totius tabernaculi, teſtis Philo hebręus, qui has Allegorias ſubtiliſſimè explanauit.

Moyſes fuit Poeta

Fuit Orator

Fuit Theologus

79 Vitam Moyſis ſcripſerunt Philo ex Iudæis, & S. Gregorius Nyſſenus ex Chriſtianis, inſuper, & vitæ compendium Robertus Cardinalis Bellarminus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis impreſs. Colon. Agripp. pag. 1. Sed totam Moyſis Vitam ſi noſcere cupis hanc Exegeſim Nota.

Vita Moyſis quis ſcripſerit.

MOSES
LEVI NEPOS

80 Hactenus homines Natura genuit, nunc Deos.
Prouectiori Mundo ingenium creuit.
Noui Regni odio flagrante,
Noua Hebræorum ſpes naſcitur Moſes.

Exod. cap. 2. v. 2. Moſes naſcitur.

Ortu, Vita, Obitu,
Intra fidem, ſupra opinionem.
Vtero exactus flumini traditur;
Vt Lethes eſſet pro lauacro.

Exod. cap. 2. v. 3. exponitur in carepto ripæ Fluminis intus fiſcellam ſcirpeam bituminatam.

Sed iactura caruit hic iactus.
Mergi non poteſt ſpectata pulchritudo.
Inter papyros hærentem ac biblos
(Iam tum Biblia meditabatur)
Regia ſpect ans Puella,
Optat, educit; adoptat, educat.

Ibidem verſ. 5. à filia Pharaonis videtur, & accipitur ibid. v. 9. & 10. fit educari, & in filium adoptatur.

Sed lubricum Aulę cultum ingenuis.
Fratres Oſores peroſus,
Ægyptio confoſſo, Ægyptum deſerit.
Obſcuro ſeceſſu, ſucceſſu illuſtri;
Nam Ouium Paſtor, mox Hominum,
Dilecto Populo deligitur Princeps.

Ibid. v. 11. & 15. Ægyptium occidit, & fugit in Madian.

Exod. c. 3. v. 1. Oues paſcit ibid. v. 10. Mittitur ad Pharaonem.

Primus Moſi labor, Hebræorum libertatem rogare:
Sed à Tyranno.
Fruſtra nimirum rogantur, quibus aures in oculis.
Manu igitur, quàm lingua, facundior,
Vt aures audiant, oculos terret:

Exod. c. 5. Fruſtra rogat Pharaonem.

At quos Deus obfirmat, plectas faciliùs quàm flectas.

Exod. c. 6. 7. & 8. 9. 10 & 11. Plagis ipſum percutit.

Hebræos cedente Mari incedentes,
Vado ſequitur Pharao.
Sed in vndis demerſus; memori elemento pœnas dedit,
Quas naſcenti Moſi decreuerat.
Sic in ſuis artibus pereunt Tyranni.

Exod. c. 14. verſ. 27. Pharaonem in mari rubro demergit.

Tanta pro ſuis fecit Moſes, plura pertulit à ſuis.
Nam ſternax Vulgus promiſſas ad ſedes eductus,
Angitur dum agitur;
Sanctumque ductorem, vt ſeductorem criminatur.
Adeo nec per Probi immunes à probis.

Exod. c. 16. verſ. 2. Cōtra Moyſem murmurat Populus.

Profuit Moſi Paſtoritia;
Didicerat cum Brutis viuere.
Quanta in contumaces miſſa beneficia, & amiſſa?
Liquitur inuito de Pumice non ingratus ingratis liquor;
Virga lapides molliente, non Homines.

Num. c. 20. v. 11. Percuſſa petra aquā Populo murmuranti donat.

Sapit ſiti admonitis amarus nuper aquarum hauſtus:
Nec linguæ amaror melle depellitur
Tota condiendis altilibus ancillatur Natura:
Sed rabida ora, munus mandunt, munificem mordent.
Caneſcunt dulci rore concreta gramina:
At delicata mancipia incipiunt faſtidire delicias.
O veſtro luto lutulentiores!

Exod. c. 16. Coturnicibus, & manna Iſraelem cibat.

Nil diſſolutiùs ſeruo recens ſoluto.
Nam ſeruitutis impatiens , libertatis incapax ,
In ſeruitio libertatem amat , in libertate ſeruitium .
Duras igitur vt ceruices emolliat Moſes,

Exod. c. 20. Legem in Monte ſina accipit.

Ad Tonantem ſcandit per fulmina ;
Leges rogaturus, quas irroget.
Sed diuino è cultu Deo ſimilis reuerſus,

Exod. c. 34. Facies eius gemino ſplendore fulget.

Geminas facie faces eiaculatus ,
Iumenti Cultores Iumento ſimiles reperit :
Qui paſſim ſtrati ,
Legem detrectant, obtrectant Legiſlatori.
Adeò periculoſum Antiſtiti gregem deſerere ,
Etſi Deum adeat.
Iam verò iteratis oraculis,
Ter alius , & ter idem ,

In Leuitico varios ritus , & ordines docet .

Ciuile , Militare , Pontificium ius edens ;
Proceres , Duces , Pontifices ,
Foro , Caſtris, Templo conſtituit .
Omnium ditiſſimus ,

Exod. c. 37. Arcam fœderis format .

Deum in Arca poſſedit.
Omnium Doctiſſimus ,

Scribit Pentateuchum.

Diuina geſta Commentarijs excepit.
Omnium ſtrenuiſſimus ,
Stationes quaterdenas annis totidem metatus :

Exod. c. 35. Quaterdenas instituit ſibi ieiunas.

Viam per auia , vel inuenit , vel fecit.
Quin ipſe Belli Dux , & bellica machina ,
In Monte fixus

Exod. c. 17. verſ. 11 Manibus ſubleuatis Amalec ſuperat.

Hoſtem deijcit, dum manus erigit .
Populo denique tot per clades traducto,
Primum ac poſtremum optati ſoli conſpectum rapiens,

Deuteron. c. 34. Videt promiſſionis Terram, & ibi in monte Nebo moritur. Ibid. v. 6. Sepulchrum eius neſcitur .

Patriam amiſit , cùm vidit .
Hoc tantum Humanum fecit , quod defecit .
Morientem nemo vidit ,
Mortuum nemo inuenit ,
Tumulum nemo erexit :
Si Deus moreretur , ſic moreretur.

Exod. c. 7. v. 1. Deus Pharaonis vocatus fuit.

Quis Moſem neget Pharaonis Deum ?

CAPVT VIII.

De Geneſi.

81. Geneſis , ideſt rerum generatio , vel creatio , primus eſt Sacræ Scripturæ liber , ita appellatus , quia in eo , de Antiquorum Patriarcharum genealogijs agitur : & continet eius hiſtoria (vt docet Georgius Ederus in Oeconomia Bibliorum lib. 2. in fine) duo mille , tercentos & nouem annos à Mundi exordio , vſquè ad mortem Ioſeph. Ex quo libro Chriſtus Dominus , & Apoſtoli in nouo teſtamento viginti ſeptem teſtimonia ad verbum citarunt , ad ſenſum verò pluſquàm triginta , & octo . Et in ſpeciali declarat Athanaſius in Synopſi Scripturarum , agens de Pentateucho.

Geneſis quid ſit.

82. Ad indagandum verò tempus , quo liber iſte ſcriptus fuit , neceſ-

neceſſariò de auctore erat dicendum, quia ex illo dependet; hinc de Moyſe præmiſi caput 7. nam communis conſenſus eſt, non ſolùm Geneſis; ſed etiam Pentateuchi omnes libros à Moyſe primò fuiſſe conſcriptos. Sic affirmant S. Hieronymus contra Heluidium, & S. P. N. Auguſtinus de mirabilibus Sacræ Scripturæ libro 3. cap. 33. Euſebius lib. de præpar. Euang. 7. Theodor. quæſt. 1. in Geneſ. Lyra. in Geneſim. Toſtatus, Venerab. Beda. Pereira in præfat. Cardinalis Bellarminus de Scriptor. Eccleſiaſt. Sixtus Senenſ. Caietanus. Lyppomanus. Salianus. Eſt communis Ioſeph lib. 1. contra Appianum. Colligitur hoc etiam ab ipſa Scriptura; nam Deuteron. cap. 31. verſ. 9. dicitur: *Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit Sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fæderis Domini.* Et infrà verſ. 24. vſquè ad 26. *Poſtquàm ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fæderis Domini, dicens. Tollite librum iſtum, &c.*

Geneſim quis ſcripſerit.

83 Quo Tempore ſcriptus fuerit à Moyſe Geneſis dubitatur: & vt hoc percipiamus: ſupponendum eſt quòd tota Moyſis vita in tres quadragenas diuiditur, quarum prima fuit in Ægypto cum eſſet in domo Pharaonis, & ab infantia literas didicit, vt ſupra dictum eſt. Secunda quadragena fuit in Terra Madian, vbi contemplationi deditus, octuageſimo ætatis anno Deum vidit clariùs, quàm vlli hominum contigit, ſicut ſcribit S. Baſilius initio ſui Hexameron. Tertia quadragena fuit in deſerto poſt Ægyptum dimiſſum, ità docet S. P. N. Auguſtinus lib. 1. de mirabilibus Sacræ Scripturæ.

Vita Moyſis diuiditur in tres quadragenas annorum.

84 Euſebius lib. 7. de Præparatione Euangelica c. 2. (cui ſubſcripſit Pereira Præfatione in Geneſim) docet, ſecunda quadragena Moyſem ſcripſiſſe Geneſis librum, cuius Auctoris hæc ſunt Verba: *Primus apud Hebræos eximius ille Theologus Moſes ſcripta reliquit, qui diuinitus antequam leges poneret, maiorum vitas animis hominum impreſſit: ita bonorum præmijs, & impiorum ſupplicijs ad amplexandam virtutem, & fugiendam impietatem exhortatus, legem tandem in medium propoſuit, iudicauit etiam ne fortè difficillima legis præcepta Iudæi ducerent, atque ab illis reſilirent, Priſcorum exempla eſſe proponenda, vt omnibus pateret abſque legis mandatis ſola ratione nixos optimè Iudæorum maiores vixiſſe, atque adeò non fore illis difficile vitas illorum imitari, ſi paria diuinitus præmia conſequi deſiderarent.*

85 S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 7. ad Populum Antiochenum, dicit, non in principio, neque ſtatim poſt Adam, ſed poſt multas generationes à Moyſe fuiſſe librum Geneſis ſcriptum. S. P. N. Auguſtinus lib. quæſtionum veteris teſtamenti cap. 3. cit. à Ludouico de Tena in ſua Iſagoge pag. 56. col. 3. tunc fuiſſe, ait, iſtum librum ſcriptum, cùm error eorum, qui de Mundi creatione dubitabant, cæpit creſcere. Vndè iuxtà mentem horum duorum Eccleſiæ Luminum, & Doctorum, Tempus quo ſcriptus fuerit Geneſis determinatè & præcisè incertum eſt, quæ ſententia mihi amplectenda videtur præ alijs; cum tempus determinare in hac re diuinare potiùs eſt, quàm verum dicere; Adde, cum hoc ſit negotium ad fidem pertinens, parum refert aſſignare tempus primæ, ſecundæ, vel tertiæ quadragenæ, dum ſcriptor Moyſes huius libri confitetur.

Tempus quo Geneſis liber fuit ſcriptus determinatè, eſt incertum.

86 Hinc habes cum Meremb. lib. 2. de origine Sacræ Scripturæ, Moyſem primum fuiſſe literarum inuentorem. Ita Rupertus clarè id teſtatur lib. 3. de Victoria

Moyſes primus Literarum inuentor.

ria

ria cap. 22. dicens: *Ipſe Deus literas, ideſt ipſas elementorum figuras primas per ſemetipſum conſcripſit, & ei qui primus ex omnibus hominibus ſcribere meruit, ſcilicet Moyſi, ſcriptas tradidit*. Eupolæmus qui præiuit Rupert. vetuſtiſſimus auctor in lib. de Iudæ regibus, ait; *Sapientiſſimus homo Moyſes fuit, & literas Iudaeis primùm tradidit, & à Iudæis Phœnices acceperant, Græci verò à Phœnicibus*. Et recentioribus Antonius Poſs. 1. lib. Bibl. Sanctæ, & cap. 13. *Moyſes*, ait, *primus Grammaticæ Scriptor, ſi Grammaticam vocare licet elementorum deſignationem*. Ioannes Mar. in præfat. annot. in Geneſim; *Moyſes*, inquit, *Primas literas prolationis notas, dedit magno miraculo viginti duabus Literarum notis comprehenſas, voce omnes, quæ innumeræ ſunt*. Et ratio euidens eſt. Si vſus Literarum antiquior eſſet Moyſe, antiquiores poſſideremus hiſtorias, ea quam Moyſes nobis reliquit, ſed aliam non habemus priorem ipſa hiſtoriam ergo &c. Vnde S. Iuſtinus Martyr in exhort. ad Gentes ait: *Modis omnibus perſpicuum eſt omnibus hiſtorys Moſaicam hiſtoriam eſſe antiquiorem. Sola Moſis præceſſit hiſtoria, quam diuino Spiritu afflatus ille ſcripſit literis Hebraicis*. Neque enim erant adhuc Græcæ Literæ.

87 Ipſe verò Geneſis liber à Moyſe ſcriptus continet verſus 1534. quorum med. eſt in cap. 27. verſ. 40. vbi ſic legitur. *Erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo ſerues: Tempuſque veniet, cum excutias, & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis*.

Quot verſus Geneſis contineat.

CAPVT IX.

An Geneſis ſit liber Canonicus, & cur libri Sacri canonici appellentur.

88. PRimus itaque Sacræ Scripturæ liber iam vidimus Geneſim eſſe, in quo obiecto habes omnium creaturarum natalitia; hominis lapſum, fœdus, & reſtitutionis promiſſionem, diuinæ iuſtitiæ magnitudinem, & erga Eccleſiam amorem, in eaque extruenda, ac regenda ſolicitudinem. Terræ diluuium, linguarum, ac Gentium diuiſionem, Patriarcharum res geſtas vſquè ad Ioſephi obitum. Hiſtoriam ſcilicet annorum plus duorum millium, ac ducentorum (vt ſupra num. 81. diximus) Hebræi ritu patrio à prima Libri voce eum בראשית *Bereſcit*, Septuaginta à materia, de qua agit, *γενεσιν* vocitant. Latini idem nomen retinent, quo ſignificatur rerum omnium creatarum generatio. Hoc ſuprà etiam dicto.

89 Videndum eſt, an Geneſis ſit liber Canonicus, & quare libri Sacri, Canonici appellentur. Certum eſt à Canone ſacros libros dici Canonicos. Sic paſſim vocitantur, & à S. P. N. Auguſtino lib. 2. contra Creſconium cap. 31. & à Iunilio lib. 1. de partibus diuinæ legis, & cap. 3. & 6. Canon autem Græcè idem eſt quòd Latinè regula. Ipſe verò Canon duplicem ſignificationem habet. Vel eſt regula quam ſequimur, aut Cathalogus, ſeù numerus aliquarum rerum. Vtroque ſenſu

Quare libri Sacræ Scripturæ Canonici appellentur

libri

libri Sacræ Scripturæ Canonici appellantur. Primò ſenſu, quia ſunt norma benè credendi, & viuendi. Secundo ſenſu, quia indiculo, vel Cathalogo, aut Canone Eccleſiæ recepti ſunt: Vel dic quòd libri Canonici dicuntur illi, qui ſunt infallibilis auctoritatis, vtpotè à Deo dictati, licèt medio hominum miniſterio.

90 Notandum eſt Caietanum in fine Comentariorum libri hiſtoriæ veteris Teſtamenti malè ſcripſiſſe, cùm dixit; Hieronymum eſſe regulam fidei, in libris Canonicis conſtituendis, & quæ ab alijs Doctoribus, Pontificibus, & Concilijs ſcilicèt Carthaginenſi tertio (vel potiùs quinto, aut 6. vt ex Baronio tomo 5. notat Serarius quæſt. 9. citata, quia Concilium Carthaginenſe tertium fuit celebratum anno Domini 397. at iſtud ſub Bonifacio Papa celebratum viginti duobus annis poſt; ſcilicèt, anno Domini 419. qui poſt Conſulatum Honorij fuit duodecimus, & Theodoſij octauus) Laodiceno, & Florentino dicuntur, iuxtà illius ſententiam debere regulari; Nam, licèt S. Hieronymus ſit magnæ auctoritatis, non tamen infallibilis, quia illi non fuit promiſſus Spiritus Sanctus, ſicut ſummis Pontificibus, & Generalibus Concilijs eſt datus. Quare ille per hæc, non verò ècontra debent regulari. Fundamentum autem Caietani credo quòd potuit eſſe, quia S. Gelaſius Canone: *Sancta Romana*, diſtinctione 15. ait, ſe recipere, & reijcere libros, quos S. Hieronymus reijcit, & recipit. Verùmtamen ibi S. Pontifex Gelaſius non agebat de libris Canonicis conſtituendis; ſed tantùm de quibuſdam, quorum auctores fuerant in fide ſuſpecti, & traditi Hieronymo, vt eos examinaret. Eccleſia autem Catholica, vel in Concilio Generali congregata, vel medio ſuo ſupremo capite, eſt regula infallibilis in diſcernendo, quot, & qui libri ſint Canonici.

Quæ ſit Regula diſcernendi libros Canonicos.

91 Vnde cum iam ſupra num. 10. diximus ex Sacri Concilij Tridentini decreto ſeſs. 4. librum Geneſis (inter 44. ex veteri Teſtamento primum) canonicum eſſe, non eſt modò dubitandum an ſit, vel non ſit; & quòd ſit Canonicus, Teſtes ſunt omnes Summi Pontifices, omnia Concilia, omnes Patres, qui quacumque de Cauſa primi quidem ordinis libros in Eccleſia Catholica diuinam auctoritatem ſemper habuiſſe, enumerare ſtuduerunt. Vide ex Pontificibus Innocentium I. epiſt. 3. ad Exuperium cap. vlt. Gelaſium I. in decreto de libris Sacris, quod extat in ſecundo tomo Conciliorum. Ex Concilijs, Laodicenum can. 59. Carthaginenſe III. can. 47. Florentinum in inſtitut. Armeniorum, iuxtà fidem ſummæ Conciliorum. Tridentinum ſeſs. 4.

Geneſis eſt liber Canonicus primi ordinis.

92 Ex Græcis Patribus Origenem apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 18. Ipſum verò Euſebium lib. 3. hiſt. cap. 25. S. Athanaſium in Synopſi. S. Gregorium Nazianzenum in lib. de genuinis Scripturis carmine conſcripto. S. Epiphanium in lib de menſuris, & ponderibus. Item eundem aduerſus hæreſim Anomæorum. S. Cyrillum Hieroſolymitanum Catecheſi 4. S. Ioannem Damaſcenum lib. 4. de fide cap. 18.

93 Ex Patribus Latinis, S. Hieronymum, tùm in Prologo Galeato, tùm in epiſtola ad Paulinum de ſtudio Sanctarum Scripturarum, Ruffinum in explicatione Symboli. S. P. N. Auguſtinum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana capite octauo. S. Iſidorum lib. ſexto Etymologiarum capite primo. His adde tres alios Scriptores. Ioſephum lib 1. aduerſus Appionem, Melitonem Sardenſem

apud

apud Euſebium lib. 4. hiſtor. cap. 26. Et S. Hilarium præfatione in Pſalmos.

94 Porrò cæteri Patres Iuſtinus, Irenæus, Baſilius, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, omneſque alij, tum Græci, tum Latini, quamuis diuinorum librorum ſeriem non deſcribant; paſſim tamen eorum teſtimonijs, ſic vtuntur, vt eos omnes in Sacris diuiniſque libris à ſe habitos non obſcurè teſtentur.

CAPVT X.

In qua lingua fuerit ſcriptus Geneſis.

95. SErarius in prolog. Bibl. cap. 3. quæſt. 2. Dicit omnes veteris Teſtamenti libros lingua Hebraica ſcriptos fuiſſe: & ad tollendam omnem diſſenſionem linguę, vel Chaldaicæ, vel Syriacæ, quæ cum Hebraica conueniunt, dico, Geneſim lingua purè Hebraica ſcriptum fuiſſe, illa nempè Hebraica lingua, qua Adam, & Eua, & Patriarchæ omnes loquuti ſunt: Quod manifeſtè colligitur ex nominum propriorum Etymologia, quæ ſępè non inuenitur in vlla alia lingua.

Geneſis lingua purè Hebraica primùm ſcriptus.

Sed vt pauca exempla de multis adducamus. Dixit Adam de vxore ſua recens creata, Gen. cap. 2. verſ. 23. *Hæc vocabitur virago,* Hebraicæ אשה *quia ſumpta eſt de viro,* qui in Hebræo dicitur איש. At in nulla alia lingua vir, & mulier habent hanc nominis ſimilitudinem; Nam Chaldaica lingua, quæ Hebraicæ eſt affinis, *Vir* dicitur נעל: *Mulier* איתתא, quæ vnam ne quidem Literam communem habent. Pari ratione Græca vocabula ἀνὴρ, & γυνὴ, & Latina vir, & mulier, nullam inter ſe habent ſimilitudinem literarum; aut igitur non dixit Adam ea verba, quæ ſupra poſuimus, & Prophetarum eximius mentietur; aut fateamur neceſſe eſt, ea lingua diuinos libros ſcriptos eſſe, qua primi homines vtebantur.

96 Similia ſunt, quæ dicuntur in Geneſi de ratione nominis Euæ, Cain, Abel, Seth, Noè, Phaleg, Abraham, Iſaac, Iacob, & omnium eius filiorum; nec non montium, fluminum, vrbium, aliarumque multarum rerum. Siquidem in Hebraica lingua ſemper alluſiones illæ ſimilium vocum reperiuntur, in cęteris linguis, aut nunquam, aut raró. Denique linguam Hebraicam, qua Sacros libros ſcriptos eſſe videmus, antiquiſſimam, atque adeò primam omnium linguarum eſſe teſtatur, tum ipſius breuitas, & ſimplicitas, tum auctoritas doctiſſimorum hominum. Vide Euſebium lib. 10. præparationum Euangelicarum capite Secundo. S. Ambroſium in caput 3. ad Philippenſes. S. Hieronymum in Epiſtola ad Damaſum de viſione Eſaiæ, & S. P. N. Auguſtinum lib. decimo ſexto de Ciuitate Dei cap. vndecimo.

97. S. Hieronymus primus, & ſolus ex antiquis tranſtulit ex Hebræo in latinum Teſtamentum Vetus & conſequenter Geneſim; Quòd S. Hieronymus tranſtulerit ex Hebræo, ipſe teſtatur lib. de viris illuſtribus extremo. Quòd ipſe primus ex antiquis, patet ex S. P. N. Auguſtino in epiſt. 8. & 10. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 43. Et omnibus S. Hieronymi præfationibus, in quibus ſemper deprecatur calumniam, quod auſus ſit ex Hebræo transferre. Hinc Italam interpretationem S. P. N. Auguſtinus lib. 2. Doct. Chriſtianæ cap. 15. Omnibus alijs anteponit, cùm ait, *In ipſis interpre-*

Itala ideſt vulgata Sacræ Scripturæ interpretatio cæteris præfertur.

tatio-

tationibus Italà cæteris præfertur; nam eſt verborum tenacior cum perſpicacitate ſententiæ.

98 Dices: num Hebraicus Sacræ Scripturæ textus qui nunc extat ſincerus ſit, & incorruptus? Reſpondeo haud dubium, quin in Hebræo textu (qui in omnibus Scripturis vſu venit, seù calamo exaratis, seù prælo cuſis) mendà per incuriam aliquando irrepſerint, præſertim cùm in huius linguæ alphabeto aliquæ Literæ ſint inter ſe valdè ſimiles, nempè, ב *Bet* כ *Caph* ג *Gimel*, & נ *Nun*: ד *Daled*, & ר *Reſc*: ה *He*, & ח *Cheth*: ו *Vau*, & ז *Zain*: ט *Tet*, & ם *Mem finale*: ו *Vau*, & ן *Nun finale*. ס *Samech*, & ם *Mem finale*. Addo exiguam huius linguæ peritiam deſcribentibus facile anſam errandi exhibere potuiſſe, præſertim ſi quis ex alterius ore quæ dictantur, calamo excipiat.

Num textus hebraicus qui nunc extat ſit incorruptus?

Corruptus per incuriam.

CAPVT XI.

De numero Literarum Hebraicarum in tota Sacra Scriptura.

99	De א Aleph ſunt in tota Sacra Biblia	42377
	De ב Bet	38218
	De ג Ghimel	29537
	De ד Daled	32530
	De ה Hè	47754
	De ו Vau	76922
	De ז Zain	22867
	De ח Cheth	23447
	De ט Tet	11052
	De י Iod	66420
	De כ Caf	37272
	De ך Caf finali	10981
	De ל Lamed	41517
	De מ Mem	52805
	De ם Mem finali	24973
	De נ Nun	32977
	De ן Nun finali	8719
	De ס Samech	13580
	De ע Nghain	20175
	De פ Pe	20750
	De ף Pe finali	1975
	De צ Zade	16950
	De ץ Zade finali	24872
	De ק Kaf	22972
	De ר Reſc	32147
	De ש Scin	2148
	De ת Tau	36140
	De ת Tau finali	23203
	Omnium Summa	815280

CAPVT XII.

De Tredecim modis, quibus explicari poteſt S. Scriptura facilem Totius Pentatheuchi explanationem reddentibus,

Ex varijs Rabbinorum libris, ac præſertim Talmud, Miſchuah, Siphra, & Ialkut Deſumptis.

רבי ישמעל אומר בשלש עשרה מדות התורה נדרשת:

מקל וחומר: א

Verſi Ad Verbum.

100 *Rabbi Iſmael dicit, Tredecim modis lex explicari poteſt.*

Primus, *Vocatur, à leni graue.*

מגזרה שוה: ב

Secundus, *à decreto æquali.*

מבנין אב מכתוב אחד ובנין אב משני כתובים: ג

Tertius, *ab ædificio patris ex vno Scripturà textu, & ædificio patris ex duobus Scripturæ locis.*

מכלל ופרט: ד

Quartus, *à generali, & particulari.*

מפרט וכלל: ה

Quintus, *à particulari, & generali.*

Sex-

ו כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט:

Sextus, *generale, & particulare, & generale. Non potes iudicare niſi ratione particularis.*

ז מכלל שהוא צריך לפרט ומפרט שהוא צריך לכלל:

Septimus, *à generali, quod eget particulari: & à particulari, quod eget generali.*

ח כל דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד לא ללמד עצמו יצא אלא ללמד על הכלל כלו יצא:

Octauus, *Omnis res, quæ erat in generali, & exiuit è generali ad docendum, non ad docendum ſuper ſeipſam exiuit, ſed ad docendum ſuper generale tota ea exiuit.*

ט וכל דבר שהיה בכלל ויצא לטען טען אחר שהוא בעניינו יצא להקל ולהחמיר:

Nonus, *& omnis res, quæ erat in generali, & exiuit ad ratiocinandum rationem alteram, quæ eſt ſecundùm negotium (ſeu ſubiectum) ſuum, exiuit ad leuius, non autem ad grauius faciendum.*

י ואם לטען טען אחר שלא כעניינו יצא להקל ולהחמור:

Decimus, *& ſi ad ratiocinandum rationem alteram, quæ non eſt ſecundùm ſubiectum ſuum exiuit ad leuius, & grauius faciendum.*

יא וכל דבר שהיה בכלל ויצא לידון בדבר חדש אי אתה יכול להחזירו לכללו עד שיחזירנו הכתוב לכללו בפרוש:

Vndecimus, *& omnis res, quæ erat in generali, & exiuit, vt iudicetur de re noua, non potes tu eam redire facere ad illius generale, donec redire eam fecerit (ſeu reuocauerit) Scriptura ad generale perſpicuè.*

יב דבר הלמד מעניינו ודבר הלמד מסופו:

Duodecimus, *Res quæ docet ex ſubiecto ſuo, & res quæ docet ex fine ſuo.*

יג ושני כתובים המכחישין זה את זה: עד שיבא הכתוב השלישי ויכריע בינידם:

Decimus tertius, *Duo loci Scripturæ inter ſe repugnant, donec veniat tertius Scripturæ locus, & ſoluat (ſeu iudicet) inter eos.*

CAPVT XIII.

De primo modo.

101 Modum primum, quem in explicanda lege Rabini obſeruant, his duobus vocabulis exprimunt, קל וחומר *Kal vahomer*, verbum è verbo veteris, Lege, & Graue: Dialectici exponetent locum à comparatione Minorum, vel Maiorum. Nam hac formula Rabini vtramque enunciationem à Minori nimirum ad Maius; aut contra, à Maiori ad Minus complexi ſunt. Sed ab ea quæ frequentiùs in Sacris paginis occurrit, nomen impoſuere. Res iſta quanquam per ſe ſatis nota; quò tamen notior fiat, hoc exemplo illuſtrari poteſt. Si lembus geſtando oneri 100. pondo ſufficit; multò magis oneraria nauis eidem oneri 100. pondo geſtando ſufficiet. Aut ſic inuerſa enunciatione. Si geſtando oneri 100. pondo nauis oneraria non ſufficit, multò minus ſanè lembus ſufficiet. Ex Sacris paginis Rabini exempla nobis proponunt. Ac prioris quidem Enunciacionis, qua nimirum à Minori ad maius concluditur, eſt illud ex cap. 12. Numerorum verſ. 14. Dixit Dominus ad Moſem. *Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius* (ideſt Mariæ) *Nonnè debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur.* Ideſt ſi Soror tua Maria à patre reprehenſa deberet rubore ſuffundi, & per ſeptem dies fugere patris aſpectum: quantò magis illa, inquit Deus, à me obiurgata, præ verecundia Maieſtatem meam, quæ ſub ſpecie nubis in Caſtris apparet, extimeſcere debet. Eijciatur ergo ſeptem diebus extra caſtra.

Comparatio à minori ad maius.

102 Poſterioris autem, quæ à Maiori ad minus inducit, exemplum petitur ex cap. 4. Geneſis verſ.24. *Quia ſeptemplicicer vindicabitur Cain, & Lamech ſeptuagies ſepties.* *Comparatio à maiori ad minus.* Cuius loci ex Rabinorum interpretatione, hæc eſt ſententia. Si Cain, qui fratrem per ſummum inuidiæ ſcelus interfecit, iſtius facinoris pęnas nonniſi poſt ſeptem generationes dedit. Ego, ait Lamech, qui Cain quidem occidi, ſed imprudens, & nihil tale cogitans, non luam pęnas niſi poſt 77. generationes.

103 Notandum quòd inter plures *Kal vahomer* modos, quos Rabini agnoſcunt duos eſſe, qui familiam ducunt. Alterum appellant מפורש קל וחומר *Kal vahomer mephoras*, ideſt, dilucidum. Alterum verò קל וחומר סתום *Kal vahomer ſatam*, ideſt, obſcurum. Dilucidi exemplum habetur Ieremiæ cap. 12. verſ. 5. *Si cum peditibus currens laboraſti, quomodò contendere poteris cum equis?* Obſcuri autem Pſal. 15. verſ. 24. *Iurauit affligens ſe, & non mutauit*. In Midras Samuel hic locus enarratur, quem vide. Vno verbo ex auctore iſto ſic interpretare: Si in ijs, quæ lędunt, homo iuſiurandum conſeruauit; quantò magis in ijs, quæ non lædunt, conſeruabit?

CAPVT XIV.

De ſecundo modo.

104 Secundus modus גזרה שוה *Gezera ſcaua* dicitur (ſignificant hæc verba decretum æquale) Aliter etiam ab Hebræis appellatur מסיני למשה הלכה *Halaca lemoſe mi Sinai*, ideſt, Traditio Moſis è monte Sinai. *Argumentum à pari.* Reſpondet Argumentum, quod à Pari dialęctici vocant. Elici verò è Sacris paginis hac ratione præceperunt Rabini. Cùm in duobus Scripturæ locis eædem dictiones repetuntur, quas tamen ad ſententiam nihil facere, planèque ſuperuacaneas eſſe animaduertas, tùm aiunt iſti Rabini, ex his, velut ex quibuſdam ſignis, & notis, coniectari te poſſe latere ibi *Gezera ſcaua*, ideſt argumentum à pari. Exemplum proponitur ex cap. 22. Exod. verſ.7. *Cùm dederit quiſpiam proximo ſuo argentum, vel Vaſa, ad cuſtodiendum, & furto ablatum fuerit è domo ipſius, ſi inuentus fuerit fur, reddet duplicia: ſi non inuentus fuerit fur, accedet Dominus Domus ad Iudices,* אם לא שלח ידו *SI NON MISIT MANVM SVAM in opus ſocij ſui*. Et paulò poſt eodem cap. v.10. *Si dederit quis ad ſocium ſuum, vel bouē, vel aſinum, vel agnum, & omne animal ad cuſtodiendum, & mortuum fuerit, vel confractum, vel abactum nemine vidente, iuramentum Domini erit inter ambos eos* אם לא שלח ידו *SI NON MISIT MANVM SVAM in opus proximi ſui.*

105 Horum locorum ſententia, ſi attentè ponderatèque expendatur, dictionibus iſtis (*ſi non miſit manum ſuam in opus proximi ſui*) planè redundat: nam ſi illę è medio tollantur, integra nihilominus ſemper remanebit. Et hìc obſeruant, quòd niſi iſtæ dictiones eſſent ſuperfluæ, oratio malè cohæreret, ac ſibi ipſi repugnaret. Conſequeretur enim, vt vna, & eadem res à fure, neſcio quo, & ab eo homine apud quem depoſita fuerat, diceretur ablata; quod ſanè abſurdum videtur. Igitur ſi ſuperfluæ ſunt, & redundant; indicant ex hoc textu erui poſſe argumentum à pari. Quod etiã Rabini ſic eruũt; quemadmodũ boũ, aſinorum, &c. animalium cuſtos, tenebatur, vt lex expreſſis verbis iubet, iurare eiuſmodi animalia, vel mortua, vel abacta fuiſſe; ita depoſitarius, etſi lex expreſſis verbis non præcipiat, eadem iuriſiurandi pœna, ſiue religione tenetur,

Mo-

106 Monent autem iſti Rabini quoties in vtroque Scripturæ loco ſuperuacaneæ ſunt dictiones, ita neceſſariò colligi rationem à Pari, vt doctrinam hanc nemo poſſit refutare. Quod idcircò monent: quia ſi contingat, vt dictiones in vno loco ſint ſuperfluæ, in alio verò neceſſariæ; docent eiuſmodi argumentum à Pari ex his colligi quidem, ſed poſſe refutari. Huius generis exemplum ex Leuitico habetur cap. 7. Verſ. 18. *Si comedendo comeſtum fuerit de carne Sacrificij pacificorum eius in die tertia non reputabitur illi. Corruptum erit, & anima comedens ex eo: INIQVITATEM SVAM PORTABIT.*

107 Et ex cap. 19. verſ. 7. Leuit. *Si comedendo comeſtum fuerit in die tertio corruptum illud non acceptabitur, & comedens illud INIQVITATEM SVAM PORTABIT; quia Sanctitatem Domini polluit, & excidetur anima ipſa è populis ſuis.* In vtroque loco eaſdem dictiones obſeruant, ſed ea diſtinctione legunt: vt in priore agnoſcant illas omninò neceſſarias, in poſteriore non item. Hinc ergo à pari concludunt. Quòd mortis pœna æquè intelligenda eſt in priore textu, vbi non expreſſa, ac in poſteriore vbi expreſſa. Hic tamen ſi quis acumine ingenij præditus validis rationibus oſtendat ineptè id concludi, ille erit audiendus, & eius rationes expendendæ.

108 Dices: Si illæ eædem dictiones in vtroque loco fuerint neceſſariæ, quid ex ijs conſequetur? Reſpondent Rabini, nihil vbi fuerint ſic neceſſariæ ex ijs conſequi, concludiue. Notarunt autem duo diligenter obſeruanda. Primùm enim tradunt non fieri: *Gezera ſcaua*, niſi cùm de eadem materia agitur; vt patet ex propoſitis exemplis. Vnde etiam fit, vt idem feratur iudicium. Deinde ſi in foro iudiciali res aliqua diſceptanda eſt, aſſerunt non aliam *Gezera ſcaua*, ideſt, rationem à pari fingere, vel excogitare licere ab ea, quæ à Moſe per manus ad nos peruenit.

CAPVT XV.

De Tertio Modo.

109. Tertius modus vocatur: אחד בנין אב כתוב *Binian ab micatub echad*, ideſt, Ædificium patris ex vno Scripturæ textu: cuius quidem nominis ratio facilè ex ijs, quæ ſequuntur intelligetur; Nam Rabini hunc modum formant ex obſeruatione vnius loci, ex qua aiunt colligere ſe, quemadmodum alios locos, qui in eodem ſubiecto, ſeu materia verſantur, oporteat explicare. Eſt enim celebre apud eos axioma; S. Scripturam non vti repetitione; ſed vt plurimùm breuitate gaudere; ita tamen, vt ſi plures fuerint loci, ob rem de qua tractant, inter ſe affines, vni ex illis id apponat, quod omnibus debeat inſeruire. Exempli gratia. In pluribus locis Moſes hanc, vel illam rem igne abſumendam præcepit: nec tamen iſtud noctu ne, an interdiù faciendum eſſet in ſingulis declarauit, ſed tantùm in vno, nempè Leuit. cap. 4. verſ. 17. vbi ſic ſcriptum. *Et reſiduum de carne Sacrificij in DIE tertia igne comburetur.* Rabini annotata, quæ hoc loco expreſſa eſt temporis circunſtantia, concludunt, quamcumque vſtionem à Moſe iuſſam interdiù faciendam eſſe. Ex his aperta eſt ratio nominis iſtius *Binian ab michatub echad*. Nam vt ſic, pingui Minerua, loquar; hic textus, *Et reſiduum de carne, &c.* parat ædificium, ad quod alij textus ſeſe recipiunt,

Sacra Scriptura breuitate gaudet

piunt, ibique quam interpretationis formam debeant inducere ab eo, vt à parente filij, accipiunt.

110 Cæterum, vt ex vno textu modum hunc colligis, ſic ex duobus, atque etiam de re diſpari tractantibus, colligere te poſſe ijdem Rabini contendunt; & ob eam cauſam illum appellant; בנין אב משני כתובים *Binian ab miſne chetubim*, ideſt, ædificium patris ex duobus Scripturę locis. Sed tùm in iſtis duobus locis præcipuum quoddam vocabulum requirunt, quo veluti communi vinculo illi iſti loci coniugantur. Deindè diligenter attendunt illud, quod cuique textui ſiuè loco peculiare eſt; poſtea ſimul componunt; coniunguntque: & ex illa coniunctione tanquam pronunciatum aliquod efficiunt, quo; & vtrumque locum, & cæteros, in quibus præcipuum illud vocabulum reperietur, exponunt. Tota iſta res exempli appoſitione clarior reddetur: Audias igitur ex Numeror. cap. 5. verſ. 2. *Præcipe filijs Iſrael emittant è caſtramentatione omnem leproſum, & omnem fluentem, & omnem immundum. Et fecerunt ſic filij Iſrael.* Et ex Leuit. cap. 24. verſ. 2. *Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum oliuæ purum, contuſum pro luminari ad accendendam lucernam, &c.* Statutum pręceptum perpetuum erit in generationibus veſtris.

111 Primùm tradunt Rabini, in his duobus Scripturæ locis diuerſis de rebus tractari. Deindè præcipuum illud verbum, quo velut nodo loci iſti connectuntur, iubent attendi; atque illud eſt (*Præcipe*) Hebraicè צו *tſau*. Tertiò in priore loco, quod obſeruant Peculiare, illud eſſe dicunt; Et fecerunt ſic; quibus verbis tempus præſens ſignificari aiunt, & ea ipſa hora, qua datum eſt à Moſe præceptum, huic filios Iſrael obtemperaſſe; & è papilionibus nulla interpoſita mora leproſos, & immundos eieciſſe interpretantur. In poſteriore verò quod annotant peculiare, illud eſſe aſſerunt, Præceptum perpetuum erit in generationibus. Quibus verbis futurum tempus intelligunt: dicunt enim ex ſacris paginis argui probarique non poſſe eo ipſo tempore, quo Deus mandauit, accenſum fuiſſe candelabrum. Hæc ergo Duo, quorum alterum tempus præſens, alterum futurum reſpicit, ſimul coniungunt; & ex coniunctione illa iſtum modum, *Binian ab miſne chetubim*, componunt, quo docent non tantùm iſta duo præcepta, ſed & alia, quæ per præcipuum illud verbum *tſau*, ideſt, *Præcipe*, data fuere, Populo Iſraelitico propoſita fuiſſe, cùm in præſens, tùm in futurum tempus obſeruanda. Eadem via procedunt in alijs exemplis colligendis, dicuntque iſta, quæ fortaſſe videbuntur ſubtiliora, eorum tantùm palatum ferire; qui Hebraicæ linguæ delicatiores epulæ quantum ſapiant, probè norunt.

CAPVT XVI.

De quarto Modo.

112. QVartus modus nominatur; כלל ופרט *Chelal Vperat*, ideſt, generale, & particulare. Hoc enim modo illud, quod genus eſſe videtur (vt vtar Dialecticorum verbis) ad eas tantùm partes, ſeu ſpecies, quæ in textu nominatæ ſunt reſtringunt: nec ad alias extendi poſſe dicunt. Exemplum ex Leuit. cap. 1. verſ. 2. obſeruant. *Loquere* (inquit Deus) *ad Filios Iſrael, & dices ad eos, Homo cùm obtulerit ex vobis oblationem Domino de ANIMALI,*

MALI; de BOVE; & de PECVDE offeretis oblationem. Hoc loco, nomen בהמה quod Latinè Animal vertitur, genus agnoſcunt; quod in Sacris paginis, tàm de domeſticis beſtijs, quàm de feris dicatur. Bouem, & Pecudem iſtius generis partes eſſe, ſiuè ſpecies nemo negauerit. Ergo docent Rabini pręceptum iſtud Moyſi datum intelligendum tantùm eſſe de his ſpeciebus, quæ nominatæ fuerunt, & ad eas reuocandum *τὸ* בהמה, ideſt Animal Generis nomen. Vnde per iſtum modum contendunt è feris, ſiuè belluis Sylueſtribus non licuiſſe rem ſacram facere. Vt ex illis reuera nullum fiebat Sacrificium. Quòd ſi obieceris immolato hædo rem ſacram feciſſe veteres: Reſpondent Rabini, pecudis nomine hædum contineri.

De Genere, & ſpecie.

CAPVT XVII.

De Quinto modo.

113 QVintus modus ſuperiori contrarius vocatur בפרט וכלל *imperat velal*, ideſt, Particulare, & Generale. Fit autem, cùm ſpecies ſuum genus in oratione præcedunt. Vt autem in ſuperiore modo nominatæ poſt genus ſpecies illud circumſcribunt, & ad alias extendi non patiuntur; ita ex aduerſo nominatę ante genus ſpecies hanc illi hunc modum vim (vt ſic loquar) dant, atque imprimunt; vt extendatur, quàm latiſſimè poteſt extendi. Exemplum Rabini ſuppeditant ex cap. 22. Exodi verſ. 9. *Si quis dederit Socio ſuo ASINVM, vel BOVEM, vel AGNVM, & OMNE ANIMAL ad cuſtodiendum &c.* Hìc *Aſinus*, Bos, *Agnus*, ſpecies ſunt: & priùs nominantur, quàm *omne animal*, quod eſt genus. Vnde nulla, aiunt Rabini, anima quadrupes excipitur, ſed quęlibet intelligitur, ſiuè munda illa fuerit, ſiuè immunda, cicur, aut fera. Senſum ergo huiuſce textus illum eſſe dicunt. Quodcumque animal dederit quis ſocio ſuo ſeruandum, tenetur ille ſocius iurare, ſi mortuum fuerit, vel abactum, &c. vide locum.

De ſpecie in oratione genus præcedente.

114 Sed obijcies, ſi ſimpliciter Scriptura dixiſſet, omne animal, nonnè complexa fuiſſet animalia munda ęquè, ac immunda? Hoc ita habere reſpondent Rabini, ſed admonent, cùm ſimpliciter genus ponitur fieri nonnunquam, vt aliqua ſpecies excipiatur per quemdam modum ex iſtis XIII. vt patebit ex ſequentibus. At verò cùm ſuum genus pręcedunt ſpecies; duę videlicet, tres, &c. Ita illud potens reddunt, eiuſque ius ſic aſſerunt; vt ab eo nulla ſpecies ſubtrahi poſſit, quęcunque tandem regula (ſiuè modus) proponatur.

CAPVT XVIII.

De Sexto modo.

115 SExtus modus nominatur כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא בעין הפרט *Celal uperat velal, e ata dan elaceen baperat:* ideſt Generale, & Particulare, & Generale; & habet locum, cùm, quod Generale eſt, declaratur per Particulare, & iſtud Particulare rurſus explicatur per aliud Generale. Res meridiana luce clarior tibi erit ab exemplo. Datur iſtud pręceptum Deuteron. cap. 14 verſ. 26. *Pecuniam dabis in OMNI quod auebit anima tua. In BOVE, in PECORE, in VINO, & in SICERA, & in OMNIBVS quæ poſtulauerit anima tua, & come-*

De Generale declarato per Particulare, & econtrà.

& comedes ibi coràm Domino Deo tuo, & latabèris tu, & domus tua Hìc, *In omni quod auebit, &c.* Habes vnum Generale, vt & alterum ibi (*in omnibus, quæ poſtulauerit*) inter vtrumque autem poſitum eſt, in Boue, & Pecore, in vino, & ſicera, quod quidem particulare eſt. Præcipiunt igitur Rabini hoc loco, & ſimilibus, duo illa generalia ad ſingulare eſſe reuocanda, ideſt, ſi præter ſingulare illud, quod in textu expreſſum eſt, aliquid aliud vis addere quod ſub duobus illis Generalibus contineatur, docent neceſſum eſſe, vt quod addituruses, ea ſit affectum qualitate, ſeù proprietate, qua ſingulare iſtud affectum videtur. Vt, ſi præter Bouem, & Pecus, Vinum, & Siceram, vis aliam eſcam, aut potionem adijcere, animaduertere debes, vt in illa eſca, aut potione, quam adiecturus es, illa qualitas deprehendatur, quæ in boue, pecore, in vino, & ſicera, deprehenditur.

116 Hæc autem bouis, & pecoris, vini, & ſiceræ qualitas in eo conſiſtit, vt ſit ילד ילדות דארץ ideſt filius filiorum terræ, ſeù, res nata de rebus in terra natis. Sunt enim, aut eſse poſsunt in rerum natura Taurus, & Vacca; ex quibus bos iſte (de quo in noſtro exemplo) genitus eſt: quod ſi non ſint, eſt illius ſaltem ſpecies: vt exiſtuut, aut exiſtere poſſunt vites, vnde vinum collectum: & arbores ex quarum fructu ſicera expreſſa.

117 Doceut igitur Rabini potuiſſe te alterius animalis, Mundi nimirum (vt eſt Bos) carnem menſæ apponere, puta ceruiuam; Quia ceruus ילד ילדית, ideſt. Filius Filiorum, &c. cenſetur. Ita, & apponere ceraſa, nuces, oliuas, & alias pomorum baccarumque ſpecies: quarum arbores non ad bimeſtre aut trimeſtre ſpatium, ſed ad plures annos in terram radices agunt. Fructus enim, qui ex his colligitur, quemadmodum vua ex vite, reputatur ילד ילדית, ideſt Filius Filiorum, &c. Hinc legumina, cucumeres, pepones remoueri facilè intelligas: non enim eorum plantæ annum excedunt, ſed ſępius vna cum ſuo partu auelluntur, aut certè paulò poſt marceſcunt, atque moriuntur.

CAPVT XIX.

De Septimo Modo.

118 Modus Septimus his concipitur verbis: מכלל שהוא צריך לפרט ומפרט שהוא צריך לכלל: ideſt, à Generali præcepto, quod eget particulari, & à particulari, quod eget Generali. Hunc modum vt intelligas, Rabini præbent tibi exemplum petitum ex cap. 13. Exodi verſ. 2. & Deuteron. cap. 15. verſ. 19. In Exodo Legitur: *Sanctifica mihi omne primogenitum quidquid primùm aperit vuluam in filijs Iſrael, & in homine, & in animali*. In Deuteronomio. *Sanctificabis Domino Deo tuo omne primogenitum, quod naſcetur in boue, & pecore maſculum*. In præcepto Generali. *Sanctifica mihi, &c.* Fœmina potuit intelligi: Ea propter in particulari appoſita voce hac זכר, ideſt, maſculum, dubitatio omnis ſublata eſt. Ergo Generale præceptum, vt intelligatur, eget particulari. Iam verò quia Maſculus ille, potuit intelligi is; qui poſt abortiuum, aut etiam poſt filiam vnam, duas, aut plures naſcebatur, opus fuit, vt dubium illud omninò remoueretur alia nota Generali. Idcircò in Generali dictum eſt פטר כל רחם, ideſt, apertione vuluæ. Ergo particulare, vt clarè exponatur, eget

A Generali præcepto, quod particulari, & econtra.

ſuo

ſuo generali. Ex his, ni fallor, ſatis apertus eſt iſte modus.

CAPVT XX.

De Octauo modo.

119 OCtauus modus his concluditur verbis; כל דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד לא ללמד על עצמו יצא אלא ללמד על הכלל כלו יצא: ideſt, vt *κατὰ πόδα*, & *κατὰ λέξιν* vertam; omnis res, quæ eſt in Generali, & exiuit è generali ad docendum, non ad docendum, ſuper ſeipſam exiuit, ſed ad docendum ſuper generale tota ea exiuit. Hac regula, ne longum faciam, quod dicitur de vna ſpecie, dicitur de omnibus: Placeat illud ex Poetarum Principe,

Crimine ab vno diſce omnes

Exemplum colligunt Rabini ex duobus locis ex cap. 22. Exodi verſ. 18. *Præſtigiatricem non ſines viuere*: Et ex Leuitici cap. 20. v. 27. *Et vir ſeu mulier, cùm fuerit in eis Pytho; vel diuinus, moriantur, & obruent eos.*

120 In textu Exodi ponitur, quod hìc generale dicimus, in voce מכשפה, ideſt, Præſtigiatrice, ſub qua continentur omnes ſpecies Genethliacorum, Diuinorum, Mathematicorum, & Magorum, quos è medio tolli ſiuè interfici lex iubet. In textu Leuit. exprimitur Particulare in voce אוב, ideſt, Pytho, quod quidem Particulare è ſuo Generali, velut è communi ſede egreditur, non tantùm vt diuino, vel Pythonem habenti mortem interminetur (nam id fecit Generale præceptum) ſed vt genus pœnæ, ex qua mors conſequatur, dictet, nempè lapidationem. Ergo concludunt Rabini lapidationem illam generali præcepto accommodandam eſſe, & Deum iuſſiſſe, omnes, qui magicas artes tractant, lapidibus eſſe obruendos.

121 Agnoſcunt Rabini hìc alium modum, per quem dicunt ideò particulare præceptum à generali ſeparatim exprimi, vt & pro illo, & pro ſuo generali concludendũ aliquid Scriptura S. doceat. Verbi gratia: Iubet Deus; Sabatho ne vllum fiat opus, vt habetur Exod. cap. 35. verſ. 2. idem verſ. 3. Prohibet, ne Iudæi Sabatho faciant ignem in habitaculis: Quid neceſſe erat (dicet aliquis) particulare iſtud præceptum dictare? Nam cùm facere ignem opus ſit, ſub generali ſine dubio intelligebatur. Cùm ergo ſeparatim datum ſit, argumento tibi eſt, & pro illo, & pro Generali aliquid concludendum. Pro illo igitur, quoniam prohibitum eſt, ne fiat ignis in habitaculis, Scriptura vult vt concludas, alicubi Sabatho licitum fuiſſe ignem facere, vt reuera Sabatho in templo fiebat ex Leu. cap. 6. Pro generali verò vult, vt concludas in Templo nullum aliud opus præter ignem Sabatho cuiquam facere licuiſſe.

CAPVT XXI.

De Nono modo.

122 NOnus modus his deſcribitur verbis: אחר שהוא להקל להחמיר כענינו יצא בכלל ויצא דבר שהיה למען, ideſt. Cùm res aliqua, quæ ſpeciei naturam induit ſub genere contenta, ab eo ſeparatim exprimitur, idque vt quidpiam ſtatuat, quod ſit eiuſdem ſubiecti cum illo ſuo genere; exprimitur ad minuendum, non autem ad augendum.

123 Hoc certè modo particulare præceptum nihil diſtinctum habet à generali, ſed eorum, quæ gene-

generale iubet, partem retinet, partem verò relinquit. Vnde minuendi cauſa proponitur, ideſt, proponitur, vt quod faciendum impetat, alio à ſe non extendat, & ad ſuum generale non referat. Hunc modum declarant Rabini ex Leuitic. cap. 13. vbi נגע, ideſt, plaga, Generale nomen eſt, quod continet omnes ſpecies Lepræ: Cùm autem Deus huiuſce נגע, ideſt plagæ, generale præceptum proponebat, id iuris dabat ſummo Pontifici, vt ſecundùm accidentia, quæ leproſi plagæ contingerent; leproſum iſtum per quatuordecim dies poſſet includere, aut propter מחיה, ideſt, viuacitatem, immundum pronuntiare: Et hæc videbatur eſſe Leproſi pœna. De illa igitur pœna מחיה, & שחין, ideſt, aduſtio, & inflammatio, quæ erant lepræ ſpecies, & ſub נגע, ideſt, plaga, continebantur, detrahebant; Sehin quidem, quia qui ea affectus erat, Septem diebus includebatur; non enim legitur poſt illud temporis ſpatium à ſummo Pontifice potuiſſe includi, & licet Mehia huic accideret, non tamen Immundus ab eodem Pontifice iudicabatur: hæc enim Mehia non continetur in textu.

Leproſi pœna, quæ.

124 Micna verò, quia qui ea laborabat, non poterat includi pluſquàm ſeptem diebus. At verò ſi Mehia accideret, poterat immundus pronunciari. Et in eo diſtinguitur Micna, à Sehin, quæ in textu expreſſa eſt. Apponam totum Sacræ Scripturæ locum, vt videas velut in appenſa Tabula modi iſtius rationem. Leuitic. cap. 13. verſ. 2. *Homo cùm fuerit in cute eius tumor, vel inhærentia, vel candor, & fuerit in cute carnis eius, in tactum Lepræ. Et aditur ad Aaron Sacerdotem.* (verſ. 10.) *Et videbit Sacerdos, & ecce tumor albus in cute, & ipſe vertit pilum album, & viuacitas carnis eius* &c. verſ. 4. *Et Claudere faciet Sacerdos tactum ſeptem diebus. 5. Et claudere faciet eum Sacerdos ſeptem diebus. 11. Lepra inueterata ipſa in cute carnis eius, & polluit eum Sacerdos, nec claudere faciet eum, quia immundus. 18. Et caro cum fuerit in ea, in cute eius inflatio, &c.*

CAPVT XXII.

De Decimo modo.

125 DEcimus modus his pronuntiatur verbis: אם לטען טען אחר להקל ולהחמיר ׃ שלא כענינו יצא ideſt, & ſi res illa ſeparatim exprimitur ad ſtatuendum aliquid aliud, quod non ſit eiuſdem rationis cum ſuo genere, ea de cauſa exprimitur, vt pro ſe aliquid, & minuat, & augeat. Modum hunc eiuſmodi exemplo enarrant Rabini ex Leuit. 13. verſ. 2. *Homo cùm fuerit in cute carnis eius tumor, &c. Et fuerit pilus in plaga verſus albus*, &c. Item verſu 29. *Et vir, ſiue mulier, cùm fuerit in eo plaga in capite vel in barba: & videbit Sacerdos plagam; & ſi aſpectus eius profundus præ cute, & in ea pilus flauus.*

126 Aduerte autem, quòd *Ly* Genus in primo textu his verbis, (*in cute carnis eius*) continetur. Cutis enim, & caput, & barbam includit. In ſecundo verò, & barba, & caput ſpecies reputatur. Exprimitur ergo ſpecies ſeparatim, vt aliquid noui indicet, quod qualitate differat à ſuo genere. Nam pilus flauus non eſt eiuſdem qualitatis cum pilo albo, de quo in genere: Minuit igitur, quia licèt vir aut mulier pilum album habuerit, non iudicabitur per eum, vt iubebat generale præceptum: auget autem, quia per pilum ruſum iudicabitur. Ita tradidere Rabini, quæ ſi obſcuriora videntur, vno verbo ſic explico.

Per

127 Per generale præceptum, quacunque tandem in parte cutis, homo lepræ plaga laborans, habuiſſet pilum album, videbatur à Sacerdote iudicari potuiſſe immundus. Per particulare excipit Deus ab illo colore caput, & barbam, & in ijs alterius coloris pilum requirit; Vt enim quis dicatur immundus ex barba aut capite, debet hic habere pilum rufum. Igitur particulare iſtud præceptum à ſe remouet qualitatem pili albi, & ſibi imponit qualitatem rufi. Ergo minuit, & auget.

CAPVT XXIII.

De Vndecimo modo.

128 VNdécimus modus his explicatur verbis: דבר שהיה בכלל אי אתה יכול ויצא לידון בדבר חדש לכללו הכתוב להחזירו לכללו עד שיחזירנו בפרוש idest, Particulare præceptum quod continetur in Generali, & ſeparatim exprimitur, vt de noua re iudicet, non poteſt reuocari ad Generale, donec illud ipſa Scriptura clarè, & apertè reuocarit. Exemplum huius modi proponitur ex Leuitic. cap. 7. vbi agitur de præcepto Aaſam האשם idest, de delicto. Quo vt patet ex verſ. 2. iubetur Sacerdos Sanguinem ſpargere ſuper altare in circuitu, & totum adipem, &c. Et fibram incendere; atque illa omnia ſuffire in altari. Item ex Leuit. cap. 14. vbi ſic ſcriptum. *Et capiet Sacerdos de Sanguine Aaſam, idest, delicti; & dabit Sacerdos ſuper aures cartilaginem mundantis ſe, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.*

129 Notabis præceptum generale datum eſſe cap. 7. verſu ſecundo, in nomine Aaſam, idest, delicti: Quo in genere Sacrificij totus victimæ ſanguis in altari ſpargendus erat, vt & adeps, & fibra, cæteraque quæ hic recenſentur incendenda.

130 Particulare verò datur cap. 14. & ſeparatim à generali exprimitur, rem nouam vt inſtituat; quia nimirum per illud iubetur Sacerdos ſanguine tingere leproſi mundantis ſe auris cartilaginem: item pollicem dextrum, & manus, & pedis. Itaque ex vi alicuius modi ex ijs, quos expoſuimus, argumentari potuiſſes, & dicere, cùm præceptum iſtud Particulare à ſuo Generali deflectat, non fuiſſe Sacerdotem obligatum ad alias res offerendas: vt puta, ad reliquum ſanguinem per altare ſpargendum; adipem, fibram, & alia igne comburenda. Et certè valeret tuum argumentum, niſi Scriptura ad generale reduceret, quod facit verſ. 13. eiuſdem capitis 14. his verbis: *Et mactabit agnum in loco, quo mactabit oblationem pro peccato, & holocauſtum in loco Sanctitatis. Quia* כאשם קדש קדשים הוא כחטאת idest, *Sicut oblatio pro delicto Sacerdoti Sanctitas Sanctitatum eſt.* Nam nomen iſtud Haaſam ה demonſtratiuo affectum indicat præceptum illud generale, de quo iam mentio facta eſt; vt & repetitæ iſtæ voces: קדש קדשים הוא idest, *Sanctitas Sanctitatum.* Vndè concludunt Rabini, quòd cùm rem Sacram pro leproſo faceret Sacerdos, præter ea quæ nominatim præſcripta ſunt, iubebatur reliquum ſanguinem, adipem, & fibram (vt fieri ſolebat ex præcepto generali) Deo Optimo Maximo offerre, & incendere. In alijs exemplis idem eſt obſeruandum.

CAPVT XXIV.

De Duodecimo Modo.

131 DVodecimus modus his declaratur verbis דבר הלמד כעניינו ודבר הלמד מסופו ideſt; Res quæ docet te quidnam de ea ſentire debes, è materia de qua Scriptura tractatur: item & res, quæ idem te docet ex fine ſuo, ideſt, ex vltimis verbis ſui tractatus. Duo habet membra vt vides, Prioris exemplum eſt petitum ex cap. 20. Exodi vbi textu 14 Deus præcipit; *Non occides, non adulterabis, non furaberis, non reſpondebis in ſocium tuum teſtimonium falſitatis* Non apparet hoc loco, de quo FVRE legem tulerit Scriptura. An de eo, qui vltimo capitis ſupplicio eſt afficiendus, an verò de eo qui pecunia tantùm mulctatur. Nã vox iſta גנב, *goneb*, de vtroque dicitur, vt patet ex Geneſis cap. 22. verſ. 1. Ex Deuteron. cap. 24. verſ. 7. Hac ergo priori parte regulæ præcipitur, vt rei ambiguæ fiat iudicium כעניינו, ideſt, ex ſubiecto de quo tractatur. Quamobrem cùm hìc agatur de criminibus capitalibus, de eo FVRE *goneb* eſt intelligendus, cuius crimen vltimo ſupplicio punitur.

132 Poſterioris autem exemplum ſumitur ex Leuitic. cap. 14. verſ. 34. vbi ſic legitur, *Et dabo plagam lepræ in domo terræ poſſeſſionis veſtræ, &c.* Item ex verſ. 45. *Deſtruetque domum, lapides eius, & ligna eius, & vniuerſum puluerem domus*. Id clarè ſic explicatur. Iubet Deus domum lepra affectam deſtrui; neſciebatur de qua domo præceptum eſſet intelligendum, Intelligitur ergo מסופו, ideſt ex fine iſtius rei, de qua agitur, qualis ſit illa domus, quam Deus vult deſtrui, quæ nimirum ædificata fuerit ex lapidibus, lignis, & luto: itaque monent Rabini huic legi obnoxiam non fuiſſe domum illam, cui vna res ex tribus iſtis deeſſet, vt puta ſi fuiſſet ſimilis paſtorum mapalibus, aut Troglodytarum cauernis, aut Gedroſorum ædiculis, quarum fores erant ex belluarum maxillis, & tecta ex oſſibus.

CAPVT XXV.

De Decimo tertio Modo.

133 DEcimus tertius, & vltimus modus his effertur verbis; שני כתובים המכחישים זה את זה עד שיבא הפסוק השלישי ויכריע ביניהם. Ideſt duo loci Scripturæ inter ſe contrarij videntur, donec accedat verſus tertius, qui inter eos excitatam velut litem dirimat.

134 Cùm in Sacris paginis occurrunt duo verſus, qui pugnare inter ſe videntur, noli ſtatim exiſtimare eſſe contrarios, ſed animum aduerte ad ea, quæ poſtea eadem de re ſcribuntur. Nam locum aliquem tibi Scriptura ſuppeditabit, qui litem, & controuerſiam dirimet. Ex eoque diſces, quemadmodum vterque locus ſit exponendus.

135 Tradunt enim Rabini nefas eſſe exſtimare in Sacris paginis legi, repeririue quidquam, quod ſibi repugnet. Huiuſcemodi exemplum ſumunt ex Numeror. cap. 7. verſ. vlt. *Cùm veniret Moſes in tabernaculum conuentus*. Et ex cap. 40. verſ. 34. Exodi, *Non poterat Moſes ingredi ad tabernaculum conuentus*.

Hìc

Hic, vt vides, Moſes dicitur ingredi, & non ingredi tabernaculum: quæ duo pugnare videntur. Propterea addidit Scriptura, quia habitauit ſuper illud nubes. Quæ verba contrarietatem dirimunt, ita vt ſit iſte ſenſus. Moſem intraſſe quidem in tabernaculum: cùm nubes illud non occuparet; aut cùm occuparet, non potuiſſe intrare.

Aduerte quòd omnes iſtæ ex Pentatheucho citatæ ſententiæ ſunt iuxtà Hebraicam veritatem.

CAPVT XXVI.

De Antilogijs ex toto Geneſis libro compoſitis, & moraliter explanatis.

136 ANtilogia ἀντιλογίας, ſeù vt alij vocant ἀντικείμενα idē eſt, ac contradictio, vel quaſi contraria oratio. Ipſæ autem Antilogiæ, ſeù apparentes contradictiones innumeræ ſunt in Sacris literis. Quamplurimas primus omnium annotauit, & compoſuit S. P. N. Auguſtinus, ſed ex ſolis quatuor Euangeliſtis. Alteras ex vtroque Teſtamento colligit Richardus Monachus Cluniacenſis anno Chriſti 1160. Plures Seraphinus Cumiranus Feltrenſis Minoritæ Familiæ impreſſ. Pariſijs anno 1559. Et neſcio quis alius ſub falſo nomine Saluiani Maſſilienſis: Acceſſerunt inde Andreas Altamerus, qui anno 1531. Norimbergæ prodijt, & Plures alij, qui prolixè hoc ſequuti ſunt intentum. Ego autem hìc Antilogias illas inſero, quæ ex toto Geneſis libro colliguntur, & iuxtà capitum ordinem explanatas, & Tropologicè compoſitas pono.

Antilogia, quid ſit.

Antilogiæ ex Capite primo Geneſis.

137 D*Ixitque Deus: Fiat lux.* verſ. 3.
Et facta eſt lux:
Factumque eſt vespere, verſ. 5.
& mane dies vnus
Fecitque Deus duo luminaria magna. verſ. 16.
Et factum eſt vespere, & mane dies verſ. 19.
quartus.

Si Lux facta fuit primo die, & eodem tempore, quomodò in die quarto fecit luminaria? *Antilog.*

Respond. Primo die quantùm ad ſubſtantiā, & lucem facta fuere Sol, & luminaria; quæ lux ſolaris prima die facta, adhuc fuit informis quantùm ad aliqua, vſquè ad quartum diem, in quo fuit formatum hoc lumen; quia tunc accepit à Deo virtutem influendi ad varios effectus in inferioribus, ſenſibiliter enim percipitur, quòd radij diuerſorum luminarium cęli habent varios effectus, & diſtinctos circa inferiora. Sic affirmat D. Dionyſius cap. 3. de diuinis nominibus; Lyranus, & alij annuunt poſt eum.

138 *Moraliter.* In peccatore, quando conuertitur, dici poteſt primo die, ideſt primò, fieri in eo Lux gratiæ, deindè, ipſo cooperante, fiunt duo luminaria magna in cęlo animæ eius, ideſt intellectus, & voluntas reſplendent, quæ duo dicuntur Luminaria Animæ; intellectus, vt præſit diei, ideſt virtuti; Voluntas, vt præſit nocti, ideſt vt lumen faciat, ne in nocte vanitatis huius mundi cadat, cum quibus diuidit lucem à tenebris, ideſt opera bona ab operibus malis; amorem Dei ab amore mundi, & viam gloriæ à ſemita gehennæ.

Intellectus, & voluntas duo Luminaria Pænitentis.

Dubium.

Lux prima, & ſingularis erat typus Iudaicæ fidei.

139. CVr cùm lucem primo die feciſſet Deus non dixit; *Fiat lux, vt luceat ſuper terram*: maximè cùm illa lux ſit mater, & genitrix vniuerſorum, quæ ex ipſa illuxerunt eiuſdem eſſentiæ in Cœlo luminarium, ſicut in quarto die dixit *Fiant luminaria, vt luceant* (verſ, 15. Gen. 1.) *in firmamento Cœli, & illuminent terram?* Reſpondetur, juxtà mentem S. Anaſtaſij Sinaitæ lib. 4. in Hexaemeron; quòd illa lux ſingularis, & ſimplex, erat typus Monarchiæ, & Iudaicæ fidei, eiuſque, quæ fuit ante legem, & eius, quæ poſt legem; quæ quidem non potuit illuminare vniuerſam terram, propterea quòd ea adhuc operta eſſet, quando Deus illam oſtendit lucem, aqua, & tenebris erroris (quæ ſunt terreſtre operculum ſuper cor hominum) donec Deus fecit duo luminaria, quæ ſunt magna, lucentia ſuper terram. Dico autem aduentum increati Verbi Dei, & Lunam, nempè Eccleſiam ei deſponſam; & luminare magnum, nempè Chriſtum Solem, in principatu diei (hoc eſt, qui exortus in principio prædicationis) & Lunam in principatu noctis; hoc eſt, quando naſcentium infantium acceptura erat principatum, quæ erat in ipſis incredulitas, protinus oriri facit ſuam illuminationem, quę apud nos Luna eſt Eccleſia,

Sol, & Luna ſunt figura Chriſti, & Eccleſiæ

verſ. 26. 140 *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Iſaiæ cap. 40. verſ. 18. *Quam imaginem ponetis ei?* ideſt Deo. Solus filius (ſic habetur ex cap. 7. Sapientiæ verſ. 26. Et ex D. Paulo ad Hebręos cap: 1. verſ. 3.) vocatur, *Figura ſubſtantiæ, & ſpeculum maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Si ſolus filius eſt imago Dei ſpeculum illius infinitę maieſtatis, & figura ęternę eius ſubſtantię, quomodò poteſt homo eſſe imago, & ſimilitudo Dei?

Antilog.

Reſpond. Non carnale hoc indumentum imaginem Dei debemus accipere, ſed cæleſtis hominis ſpiritalem; quam nobis plenitudinis ſuæ pio de fonte largitur, Quam rationem S. Paulus euidenter prodidit dicens in 1. ad Corinth. cap. 15. verſ. 49. *Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis*; quam qui ſanctè portauerint, ſicut Apoſtoli, omneſque iuſti; non tantùm imaginem, ſed ipſum quoque Deum portabunt, Sicut ſcriptum eſt ab Apoſtolo 2. ad Corinth. cap. 6. verſ. 16. *Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis.* Hoc totum confirmat eleganti Calamo S. Zeno Veronenſis Serm. 2. & 4. de Geneſi: ſoluit etiam hanc quæſtionem S. Thomas 1. parte quæſt. 93. artic. 4. ad primum, Aliter ſoluit eandem difficultatem Abraham Ecchellenſis vir profundæ eruditionis in hiſtoria Arabum cap. 14.

141 Moral. Prælatus eſt homo qui debet fieri ad imaginem, & ſimilitudinem Dei; ad imaginem per ſapientiam, ad ſimilitudinem per virtutem,

Prælatus debet eſſe ad imaginem, & ſimilitudinem Dei.

Dubium.

142 CVr Deus ad tantum honorem euehit hominem, vt in ipſo ſuam ponat imaginem? Altiſſima fuit diuina ordinatio, vt ex imagine impreſſa in homine alliceretur, ac veluti pignoraretur Deus, vt imagini ſuæ propria viſcera non clauderet, illique quodammodo ex immenſa ſua pietate miſericordiam denegare non valeret. Satis ad rem accedit acumen Drogonis Ho-

Deus imaginem ſuam impreſſit in homine, vt illi ſuā non deneget miſericordiam.

Hoſtienſis, qui Serm. de Sacramento Paſſionis expendens illa verba Sancti Latronis Lucæ cap. 23. verſ. 42. *Domine, memento mei:* ſic ait, *Imaginis tuæ, Deus, miſerere. Sed in quo agnoſcam, miſereri? In eo, quod imaginem meam in te video*, Maximè enim decet, vt ſimilis conſimili miſereatur.

verſ. 28. 143 *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*. Matth. cap. 19. v. 10. *Non expedit nubere*; & S. Paulus ad Corinth. 1. cap. 7. v. 40. *Beatior erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium*.

Antilog. Si non expedit nubere, & iuxtà prudens Apoſtoli conſilium, Beatior erit (mulier abſquè viro, & econtrà) ſi ſic permanſerit, quomodo iubet Dominus creſcite, & multiplicamini? & ſi hoc debet adimpleri præceptum, quomodo Veritas æterna locuta eſt, non expedit nubere?

Nuptiæ terram replent, virginitas cælum. Reſpond. Primò, Nuptiæ publicantur, vtporè neceſſariæ ad multiplicandum genus humanum, & ad replendam terram eius dominio ſubiectam: poſtea verò commendatur virginitas, nam; *Nuptiæ terram replent, Virginitas Cælum* ſcripſit ibidem Interlinearis, & Iunilius citatus à Lopez in ſua Menſa Spirit. pag. 924. nu. 1. dicit: *Non ergo damnandæ ſunt nuptiæ, quas gratiâ benedictionis Dei inſtituit, ſed magis honoranda, maiorique digna benedictione virginitas, quæ, poſtquam impleta eſt terra hominibus, caſta mente ſimul, & corpore agnum quocumque ierit, ideſt, Dominum Ieſum in cœleſtibus ſequi deſiderat. Idem, qui nuptias benedixit, veniens in Mundum carnem de Virgine aſſumpſit, vt virginitatis ſe gloriam potiùs quàm nuptias diligere probaret.*

Cur Deus de virgine carnem aſſumpſit.

Canon ad intelligendas Scripturas 144 Admoneo hic Lectorem cum D. P. Auguſtino lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 17. Aliqua præcepta tradi abſolutè in ſcriptura, quæ ſolùm per aliquos ſunt adimplenda, non verò per omnes: vt iſtud Geneſis *Creſcite, & multiplicamini*. Cùm tamen maximè laudabilis ſit Virginitas: præceptum ſolùm reſpicit aliquos, vt ducant vxores ad propagandum genus humanum. Sic & illud Chriſti Domini Matth. cap. 6. verſ. 6. *Tu autem, cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito*. Et tamen oratio publica maximè laudabilis eſt in Eccleſia.

Regulares, & iuſti ad quid teneantur. 145 Moral. *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, vox Domini eſt iſta ad omnes iuſtos, & vitam Regularem ſectantes; iis dicitur: Creſcite in gratia, multiplicamini in bonis operibus, & replete terram ideſt, Eccleſiam doctrina, & exemplo.

Fæcunditas flatur virginalis. Vel dic. Creſcite, & multiplicamini; & non expedit nubere. Tot religionum cælebs ſtatus non obſtat mundi multiplicationi.

Dubium.

Deus vult multos, quibus benefaciat. 146 Cur hominum multiplicationem, quos peccatores futuros benè nouerat, ſic Deus exoptat, dicens: *Creſcite, & multiplicamini?* Nonnè ſat erat, primos Parentes creare? Ad quid vult eorum filiorum generationes, cum ex eis multi peccatores eſſent prodituri? Ideò totius humani generis multiplicationem determinat, vt pluribus eſto iniquis, poſſet ſua dona elargiri, eleganter ſic Ferus: *Hoc verbo, ait, oſtendit, ſibi non ſatis eſſe, vni homini benefacere, ſed plures habere vult, quibus benefaciat.*

Antilogiæ ex capite ſecundo Geneſis.

147 *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum*. Ioan. cap. 5. verſ. verſ. 2.

verſ. 17. *Pater meus vſquè modò operatur.*

Antilog. Si Æternus totius terrarum orbis Creator compleuit die ſeptimo primordialis Mundi opus ſuum, quomodo etiam nunc operatur?

Reſpond. S. Thomas in Cathena aurea in hunc ſupracit. S. Ioannis locum. *Poteſt intelligi, Deum requieuiſſe à condendis generibus creaturæ, quia vltra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vſque nunc, & vltrà operatur eorumdem generum adminiſtrationem, quæ tunc inſtituta ſunt, non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius à Cœli, & terræ omniumque rerum, quas condiderat gubernatione ceſſaret, alioquin continuò dilaberentur. Creatoris nanque potentia cauſa eſt ſubſiſtendi omni creaturæ, quæ ab eis, quæ creata ſunt regendis ſi aliquando ceſſaret, ſimul, & eorum ceſſaret ſpecies, omniſquè natura conciderет. Neque enim ſicut ſtructuram ædium cum fabricauerit quis abſcedit, atque illo ceſſante ſtat opus eius. Ita Mundus vix ictu oculi ſtare poteſt, ſi ei Deus regimen ſuum ſubtraxerit, proinde quidem Dominus:* ait, Pater meus vſquè modo operatur, *continuationem quandam operis eius, qua vniuerſam creaturam, atque adminiſtrat, oſtendit.*

Quomodò Deus ceſſauit die ſeptimo ab opere ſuo, & nunc operatur.

148 *Moraliter.* Septem dies poſſunt aſſignari reparationi, quæ fit in anima per ſeptem dona Spiritus Sancti. Prima dies Sapientiæ comparatur. Sapientia enim animam illuminat, quia coniungit eam ſummæ luci, & Deus prima die lucem fecit. Secunda intellectui. Intellectu enim verum bonum à non vero bono diuidimus, & firmamentum, quod eſt opus ſecundæ diei, aquas ſuperiores ab inferioribus diuidit. Tertia, qua congregantur aquæ inferiores in locum vnum, Conſilio, quo omnes aquę huius ſęculi congregantur in vnum. Quarta Fortitudini, & ſic de alijs.

Septem dies poſſunt aſſignari reparationi quæ fit in anima per 7. dona Spiritus Sancti.

149 *Vel dic*: Septem dies ſeptem virtutes ſunt, tres Theologicæ, & quatuor cardinales quibus iuſtus coniungitur ſummæ quieti amoris Dei; ſed cum ad hanc perueniat, debet perſeuerantia, vſquè modo, ideſt vſquè ad finem laborarę; nam dixit veritas æterna Lucæ cap. 17. verſ. 10. *Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.*

Quamuis iuſtus per Charitatem vnitus ſit Deo, tamen, vſque ad vitæ terminu debet perſeuerare.

Dubium.

150 CVr dicitur Deus requieſcere, cùm fatigatus non ſit? Non ſcribitur, quòd requieuerit Deus, tanquam fatigatus, ſed pro noſtro documento, quòd ille, qui die ſeptimo, Sabbatho nempè glorię vult requieſcere in ęterna gloria, prius debet, pręmittere operationem, vt mereatur gaudere in perpetua felicitate. Vndè Origenes contra Celſum ſic profundè ſcripſit: *Neſcit quiſnam ſit ille, poſt ſex dies à mundo condito ſecuturus dies Sabbati, in quo cuncti, qui ſex illis diebus opera ſua perfecerunt, nihil eorum prætermiſerunt, quæ pertinent ad ſuum officium; cum Deo feriabantur aſcendentes ad ſpectacula, & iuſtorum, & beatorum celebritatem, quaſi diceret, qui benè operabantur.*

Requies Patriæ poſt operationes.

151 *Lignum ſcientia boni, & mali.* verſ. 9.
Cap. 3. Gen. verſ. 7. Poſt comeſtionem fructus eiuſdem ligni, *aperti ſunt oculi amborum cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.*

Antilog. Si erat lignum ſcientię, quomodò ignorantię, confuſionis, & tenebrarum cauſa, & origo fuit?

Reſpond. Hęc arbor, quę erat in medio paradiſi, ſic dicta fuit, non quòd comedenti de fructu eius verè tribueret aliquam ſcientiam (niſi quòd Adamo, & Euę practicam, & experimentalem notitiam dederit magni mali, &

reipſa

reipſa docuerit quantùm interſit inter bonum, & malum, obedientiam, & inobedientiam, inter meritum, & pœnam; inter felicitatem, & miſeriam:) ſed quòd mendax dæmon fallaciter promiſiſſet tranſgreſſoribus datum iri ſcientiam boni, & mali; & quidem ſcientiam non communem aut vulgarem, ſed excellentiſſimam, humana maiorem; ſimilem diuinæ. Patet ex cap. 3. verſ. 5. *Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum*. Et Deus ibidem verſ. 22. tranſgreſſori Adamo, ſcientiam, qua Deo ſimilis fieret fruſtrà expetitam, pulchra ironia, & ſarcaſmo exprobrat: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*. Vndè etiam hìc à Moſe arbor hæc ironicè vocatur *Scientia boni, & mali*, quaſi diceret. Arbor illa egregia ſcilicet, quam mendax Dæmon promiſerat daturam ſcientiam quaſi diuinam, omnis boni, & mali.

152 *Moral.* Peccator in experientia boni, & mali, ideſt amoris, & iuſtitiæ, gloriæ, & gehennæ cognoſcere poteſt quid ſit Dei præcepta violare, iuſtitiæ, & rectitudinis ſemitam relinquere. Et S. Bonauentura ſuper 2. Sententiarum explicans hæc verba: *Lignum etiam vitæ in medio Paradiſi lignumque ſcientiæ boni, & mali*. Dixit: *Poſuit Deus hæc duo ligna in medio paradiſi iuxtà ſe inuicem, vt ex vno, vt potè ex ligno vitæ conciperet homo affectum amoris, ex alio verò affectum timoris.*

Timor à Deo volitus.

Dubium.

153 CVr lignum ſcientiæ boni, & mali non in parte, vel angulo conſtituitur, ſed in medio? Arbor erat in qua primum, cęterorum exemplar, dabatur præceptum; ideò in medio; quia Regis, ac Principis ſeu ſuperioris Prælati mandata pro loco, & tempore debent mediocritatem ambire. Sic eleganter affirmat Mellifluus Doctor Epiſt. 7. dicens: *Sunt media quædam, quæ pro modo, loco, & tempore, vel perſona, & mala poſſunt eſſe, & bona; & in his ſors poſita eſt obedientiæ tamquam in ligno ſcientiæ boni, & mali, quod erat in medio paradiſi.*

Præceptum pro loco, & tempore, mediocritatem habeat.

154 *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* At cap. 5. verſ. 5. *Omne tempus, quod (ſuper) vixit Adam anni nongenti triginta, & mortuus eſt.* verſ. 17.

Si Adam poſtquam comederat ligni vetiti fructum vixit annos nongentos, & triginta, quomodò adimpletum fuit verbum Domini, vt in quocumque die comediſſet, morte percuſſus eſſet? *Antilog.*

Respond. Quòd ly *morte morieris* à Symmacho vertitur θνητὸς ἔσῃ ideſt *mortalis eris*: Adam ergo peccans quoad corpus mox mortis neceſſitatem, quoad animam verò actu, & re ipſa mortem incurrit, quæ mors non erat illi immediatè infligenda, ſed poſtquam vixiſſet annos nongentos, & triginta. Hinc patet, mortem homini in hoc ſtatu quo à Deo conditus eſt non naturalem eſſe, vt falsò voluit Cicero, & Philoſophi; immò & dixerunt Pelagiani; ſed eſſe pœnam peccati, vti definit Concilium Mileuitanum cap. 1. & docet S. P. N. Auguſtinus lib. 1. de Peccat. merit. cap. 2. Licèt enim, ſpectando naturam, & elementa contraria, ex quibus compoſitus eſt homo, mori debuiſſet, fuiſſetque, mortalis: tamen ſpectando Dei decretum, opem, & conſeruationem perpetuam ſi non peccaſſet, mori non potuiſſet, & immortalis fuiſſet. Vndè ſubtiliſſimè magiſter Sent. in 2. diſt. 19. docet, in Paradiſo hominem habuiſſe *poſſe non mori*, quia po-

Mors corporis, & animæ eſt pœna peccati.

Adam in Paradiſo habuit poſſe non mori. Et in cœlo homo habet non poſſe mori.

poterat homo non peccare, itaque non mori; in cœlo habiturum *non poſſe mori*; quia ibi per gloriam, & dotem impaſſibilitatis, erit moriendi impoſſibilitas: in hac vita poſt lapſum, habere *poſſe mori, & non poſſe non mori*; quia iam in eo eſt moriendi neceſſitas. Ad mortem ergo damnati naſcimur. Memento ò homo, quia morte morieris, & id breui.

Ex inobedientiæ fructu cognoſcitur quam ſit comendabilis obedientia.

155 *Moral.* Vide quomodo fructus obedientiæ erat vita, ſi inobedientiæ pomum fuit mors. O' quã comendabilis eſt obedientia! Hinc S. Ambroſius in ſuprad. Gen. locum dicit: *Mors non ſuperuenit Adæ nec à Deo: Deus enim mortem non fecit; nec à natura ligni; ſed à ſe ipſo: Sui ipſius inobedientia mortis cauſa fuit; & ideò homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa. Medicus enim præſcribens ægrotanti, à quibus videatur cauendum, ſi ille ab interdictis non abſtinuerit, cauſa mortis ei non medicus eſt, ſed ipſe ſibi reus mortis propriæ. Itaque Deus quaſi bonus medicus prohibuit, ne Adam nocitura guſtaret.*

Dubium.

Qui non timet, præcepta non ſeruat.

156 CVr Deus, qui Adamo ſuper omnia dominatum dedit, & poſuit in paradiſo deliciarum; inter hæc, mortis pœnam ei imponit, *morte morieris*? Quomodo conuenit tàm terribilis mortis timor, cum tanta affluentia donorum; cum tanta, & tàm benefica liberalitate in hominem; vt ſanè nulla maior videatur poſſe excogitari? Impoſuit Deus legem Adamo: *Ne comedas de ligno Vitæ.* Et vbi lex erat impoſita; exigebatur, vt ad illius cuſtodiam eſſet timor pœnæ. Vnde ad rem acutè Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 13. Scripſit. *Quis illud appeteret, quod impunè contemneres? Quis illud cuſtodiret, quod ſinè periculo amitteret?*

157 *Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* S. Paulus 1. ad Corinth. cap. 7. verſ. 26. *Bonum eſt homini, ſic eſſe.* verſ. 18.

Antilog.

Si Deus dixerat non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, quomodo Apoſtolus econtrà ſcribit bonum eſt homini ſic eſſe? Deus hominem vxoratum bonum eſſe iudicat, Paulus verò Virginem, bonum eſſe prædicat.

Adæ bonum erat matrimonium, iam melior eſt continentia.

Reſpond. Dixit Deus: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*; Quia ſi Adam fuiſſet ſolus, ſpecies humana in eo interiſſet: & quia homo eſt animal ſociabile; itaque mulier neceſſaria eſt ad ſobolis propagationem: poſtquam peractam, poſtque orbem iam hominibus refertum, cæpit bonum eſſe homini mulierem non tangere, hinc Apoſtolus dicit: *Bonum eſt homini ſic eſſe*: cæperuntque laudari eunuchi ſpirituales. Vndè S. Cyprianus lib. de habitu virginum dixit: *Prima Dei Sententia creſcere, & generare præcepit: Secunda continentiam ſuaſit, cùm adhuc rudis Mundus, & inanis eſt, copia facunditatis generatur, propagamur, & creſcimus ad humani generis augmentum: cùm iam refertus eſt orbis, & Mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes, caſtrantur ad regnum.*

Quanta infælicitas hominis Deum non habentis.

158 *Moral.* Malum, & peſſimum eſt hominem eſſe ſolum, ſine Deo ſuo, conditore ſuo, cum eſt homo, miſera iacet in ſolitudine, miſera ſub captiuitate; nam S. P. N. Auguſtinus in Pſal. 75. dicit; *Tandiù eſt aliquid homo, quandiù hæret illi, à quo factus eſt homo.* Vndè, ſicut omnium bonorum cumulus in eo eſt, cum quo, & Deus eſt, ita, & omnium malorum congeries in illo erit, à quo Deus aberit, in quæ mala enim incidit, qui à Deo deficit, hinc propter Dei abſentiam (intellige) dictum fuit non eſt bonum hominem eſſe ſolum.

Præſentia Dei bonorum cumulus.

Du-

Dubium.

159 CVr, ſi erat homo tot in paradiſeis delicijs conſtitutus, de illo affirmat Dominus; quòd *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum?* Non equidem bonum, ſed moleſtum, & durum putabat homo eſſe in deliciarum cumulo, & carere conſortio, comparis, cui communicet illas. Meritò inquit S. Baſilius Seleucus orat. 2. *In tota bonorum affluentia agens Adamus, non habebat; qui cum felicitatem communicaret: carens autem voluptatis ſuæ conſorte, imperfectiori lætitia ſenſu capiebatur. Cum enim alterius generis haberet ſeruitia, à congeneri natura ſolatium in vniuerſo non videbat. Errabundus erat hoſpes; Dominus in medio Paradiſo palabundus de ſolatione paris ſocietatis affligebatur.* Et deliciæ, & diuitiæ erant rationali homini, afflictioni, & moleſtiæ, dum ſolus in illis eſt, dum tantorum bonorum conſorte caret. Nunquam enim non moleſtum erit, & durum homini, quod ipſe ſolus ſit in bonis; nec habeat, cui ſaltem oſtendere poſſit ſuam felicitatem.

Moleſtiſſimum eſt homini carere conſortio comparis, cui bona communicet.

Antilogiæ ex capite tertio Geneſis.

verſ.5. 160 A*Perientur oculi veſtri*, (verſ.6.) *Vidit Mulier lignum*. (verſ.7.) *Aperti ſunt oculi amborum.*

Antilog. Si mulier vidit lignum, ergo oculos habebat apertos: quomodò igitur anteà dictum fuit aperientur oculi veſtri, & indè ſecutum eſt, nam dicitur aperti ſunt oculi amborum. Ergo erant cæci, & non cæci?

Reſpond. Hoc dictum eſt, vt intelligamus eis oculos apertos fuiſſe, poſtquam de fructu comederunt, quibus ſe nudos videbant, & diſplicebant, ideſt, oculos aſtutiæ quibus ſimplicitas diſplicet. Vnde ad *Ly Vidit igitur mulier* (dicit Rupertus Abbas lib. 3. in Geneſim cap. 9.) *Quaſi nondum vidiſſet, & reuera nondum eo modo viderat, quia cū hac præſumptione, qua nunc intuita eſt, nec dum conſiderauerat diligenter, intuita eſt curioſius, attendit, & iudex eorum quæ ipſa viderat, eſſe voluit. At illi qui de hac iudicare poterant interiores oculi, exterioriorum iam erant oculorum concupiſcentia præpediti.*

161 *Moral.* Verè cæcitas cenſenda illa, qua prohibitum aſpectatur hinc cæcus qui prohibita aſpectat. Vel dic. Non enim omnibus aperire oculos vtile. Nam ipſi ſceleſti, & impij: *Videntes turbabuntur timore horribili; & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis*: Sapientiæ cap. 5. verſ. 2.

Cæcus eſt, qui prohibita aſpectat, omnibus aperire oculos non vtile.

Dubium.

162 CVr, & quomodo ex pomi comeſtione aperiuntur oculi eorum? Fortè in eorum bonum aperti ſunt oculi eorum: *Aperti ſunt*, ait S. P. N. Auguſtinus cap. 31. Gen. ad lit. *Oculi ad aliquid intuendum, & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant.* Et quid rogo illud? Quid eos in tanta rerum cognitione latebat? *Aperti ſunt* (inquit S. Pater lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 17.) *Oculi amborum non ad videndum: nam, & antea videbant, ſed ad diſcernendum inter bonum, quod admiſerant, & malum, in quod inciderant.* Itaque modo diſcernunt inter bonum, & malum. Modò cognoſcunt quod ante hac non cognouerunt. Modò aperti ſunt oculi eorum, & vident, & contemplantur. Quid rogo? *Primum*, ait S. Gregorius Nazianzenus orat. 2. in Paſch. *turpitudinem ſuam, infamiamque cognoſcunt.*

Quo pacto primorum parentum aperti oculi.

O quanto eorũ bono aperti ſunt oculi eorum, iam incipiunt ediſcere, quæ calamitoſiſſimum erat ignorare. Iam audit à Domino Gen. ibid. verſ. 22. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*. Ergo iam ſcit, iam Literas didicit, quas antea neſciuit. Iam ergo ſcit bonum, & malum, quaſi quidam cæleſtis homo in cæleſtem admiſſus ſcholam. Humilis enim factus, Dei diſcipulus eſt effectus. Imò Deus imitatione quidem, & ſcientiæ æmulatione: *Tanquam vnus ex nobis*, ait Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 35. *De futura ſcilicet adlectione hominis in Deum*. Humilitatis enim diſciplina in Dei euehetur dignitatem, & magiſterium, & doctrinam.

Adamus ex humilitate factus Dei diſcipulus.

verſ. 14. 163 *Et ait Dominus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

Antilog. Si Dæmon ipſe deliquerat, quomodo ſerpens pœna tàm acri mulctatus?

Respond. Quia ſicut Diabolus per ſerpentem locutus eſt, ita, & per ſerpentem maledictus.

164 *Moral.* Conſilia praua ſunt fugienda; nam inquit S. Ioannes Chryſoſtomus in hæc ſupradicta verba: *Serpens tantam expertus eſt indignationem, vt futuri homines erudiantur, non accedendum ad Diaboli conſilia, nec illius fraudes accipiendas ne in eaſdem incidant pœnas.*

Conſilia praua fugienda.

Dubium.

165 CVr tàm rigida ſententia promulgatur in brutum animal iudicio, ac ratione carens, potiùs in Dæmonem totius malignitatis auctorem fulminanda videbatur ſententia, vt rectè ponderauit Moſes Bar-cepha lib. 1. de Paradiſo cap. 27. *Cur angui*, ait, *maledixit Deus, qui nullum ſcelus patrarat; Satanæ verò flagitij reo, noxioque nihil mali imprecatus ſit; neque verò libero vtebatur anguis arbitrio, vt poſſet ſe Satanæ pro inſtrumento non præſtare*. Deus pedibus, ac lingua mulctauit Serpentem, vt rigidiſſimè Dæmonem referiret. Serpens in dolis texendis extitit inſtrumentum aptiſſimum, & ad diffundendum peccati venenum, ad mulierem pedibus acceſſit, & linguam Dæmoni commodauit, hinc Deus ad acerbum Dæmoni ſupplicium inferendum, ſerpentem pedibus, ac lingua mulctauit, vt diabolus aptis inſtrumentis ad ſuam malignitatem exercendam careat, & hoc illi grauiſſimus dolor; altoque dictamine res ſic diſpoſita; nam leuiùs cum Dæmone ageretur, ſi ipſe percuſſum ſceleris inſtrumentum illæſum relinqueretur: duriùs ergo cum illo actum eſt, quando doloſa lingua mulctatus, & apta præparandis dolis ſerpentina aſtutia interdicitur, tantòque delinquendi ſtudio æſtuant maligni, vt opportuno inſtrumento ſceleris priuari rigidum ſit illis ſupplicium; indèque leuiùs ſe punitum reputaret Diabolus, ſi ſententia contra illum eſſet prolata, quàm dum contra ſerpentem ſuæ malitiæ inſtrumentum profertur. Sic pergit citatus Bar-cepha: *Ad hæc dicimus deteſtatum eſſe anguem, vt hoc ipſum Satanæ moleſtum accideret, qui illo vtebatur inſtrumento, velut ſi quis muſicum inſtrumentum confringat, quo eum, qui illo canebat, excruciet.*

Punitur Diabolus, cùm opportuno medio tentandi priuatur.

Antilogiæ ex capite quarto Geneſis.

166 E*Nos ipſe cœpit inuocare nomen Domini.*

Si de Solo Enos dicitur *Antilog.*

citur ipſe cœpit inuocare nomen Domini, ergo nec Seth parens eius, nec Auus Adam inuocauerunt nomen Domini? Et ſi Seth, & Adam inuocauerunt (quod dubitandum non eſt) quonammodo de Solo Enos cœpiſſe inuocare nomen Domini dicitur?

Reſpond. Quia Enos auctor fuit, vt homines publicè congregati cœpiſſent Deum colere per ſacrificia, alioſque ritus, & cæremonias. Addit, & Hugo Cardinalis: *Quia primus inuenit imagines quaſdam per quas excitaretur deuotio orationum*; Vel vt vult Euſebius Emiſſenus: *Quia hic ſperauit inuocari nomini Domini, hoc eſt, Deus dici, & Filius Dei.* Soluit etiam hanc quæſtionem Rabbi Salomon, quem ſequitur Rabbi Iſaak Abrauanel, ſed noſtræ reſponſioni concordat explicatio Rabbi Manaſſes Ben Iſrael in ſuo Conciliatore.

Enos primus imaginum inuentor.

Enos dictus Deus.

167 *Moral.* Qui cœlum ſperat, Deus dici ob multiplicitatem virtutum debet. Et rectè etiam L X X. Enos ſperaſſe primum dicunt, quia futurorum bonorum ſpes, ſolum in illum poteſt omninodè cadere; qui dici meruit Deus, aut filius Dei, de quo Anaſt. Nice. in quæſt. Super Scripturam, quæſt. 25. hæc ait: *Quoniam omni virtute ornatum ipſum Deum nominabant quidam vtique ex probis ſummo honore eum ornare ſtatuentes. Admirantes enim iuſtitiæ, quæ ei inerat magnitudinem, Deum potius eum nominabant viri virtuti exiſtimantes maximum conuenire cognomen.* Ergo Enos, qui ſperare cœpit ex virtutis magnitudine iudicatur Deus ab illius ſæculi viris, ne aliquis poſſet exiſtimare ſpem tutam eſſe poſſe, aut certam Dei regni, niſi inter virtutum copiam Dei propriam. De quibus dictum exiſtima illud Pſal. 81. verſ. 6. *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Qui namque virtutum excellentia, & pietatis abundantia Deum ipſum non refert, quomodo ad vitam intrare poterit, in quem admittuntur ſolummodo Dij? Et quemadmodum rari ſunt qui Dij dici, aut videri potuerint ob virtutum magnitudinem, & feracitatem, ita rari ſunt, qui illius felicitatis participes eſſe poſſint; Deus enim ſtat in Sinagoga Deorum, à cuius omnes, qui non fuerint Dij, excluduntur regno, & hæreditate.

Qui cœlum ſperat, Deus dici ob multiplicitatem virtutum debet.

Dij ſolum admittuntur in Regnum Dei.

Dubium.

168. CVr de ſolo Enos dicitur hìc ſperauit inuocare nomen Domini? Meritò ſanè, ex eo enim quòd ipſe tantum obſequium Deo præſtitit, vt Auctor fuerit alicuius inſignis cultus diuini honoris inde promeruit, vt ſperaret inuocare nomen Domini, vt ſibi propitium, ac beneuolum: *Hic*, affirmat S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 18. dicens: *Hic ſperauit inuocare nomen Domini, vt oſtendat, quòd non in ſe ipſo ſpem ponere debeat, ſed in illa immortali ciuitate beatitudinis ſempiternæ.*

Solus qui habet merita dignus eſt ſperare.

Antilogiæ ex capite quinto Geneſis.

169 H*Enoch non apparuit, quia tulit eum Deus.* S. Paulus ad hebræos cap. 11. verſ. 5. *Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortem.* Et Eccleſiaſticus cap. 44. verſ. 16. dixerat: *Tranſlatus eſt in Paradiſum, vt det gentibus pænitentiam.* Si tranſlatus eſt ne videret mortem, & vt det gentibus pænitentiam, ergo amplius apparuit. verſ. 24.

Antilog.

Reſpond. Tunc quando tulit eum Deus non apparuit amplius; ſed in fine mundi redibit, vt det gentibus pænitentiam: Non gentibus,

intelligendum eſt, quæ ſunt in Paradiſo, ſed quæ degunt in hoc ſæculo vt conuertantur à vijs ſuis peſſimis. Hinc loquitur Scriptura, *& non apparuit*, vt eius non mortem, ſed translationem indicaret.

Perſeuerãtiæ fructus gloria æterna.

170 *Moral.* Hic eſt perſeuerantię fructus *Tulit eum Deus*: Ambulauit Henoch cum Domino in bono ſemper perſeuerando, hinc Dominus in Paradiſum rapuit *Neque paruo tempore*, inquit inibi S. Ioannes Chryſoſtomus, *in virtutum meditationę perſeuerat Henoch. Ecce hic eiuſdem natura eſt cuius, & nos ſumus, & nec lex tradita erat, nec Scriptura docebant, nec aliud quicquam ad honeſtatis, Sapientiaque ſtudium impellebat. Ex voluntate ſua profectum eſt, quod Deo placuit, vt vſque hodie ſibi ſufficiat, ne vſque nunc mortis guſtum experiatur.* Et Alcuinus: *Tanto autem tempore Henoch ſeruatur à morte, vt in eo oſtendatur, quia homo ſemper viueret, ſi non peccaſſet.*

Henoch perſeuerantiæ exemplum.

Homo ſemper viueret ſi non peccaſſet.

Dubium.

Henoch quia Doctorum primus, in cælum viuus translatus.

171 CVr in Paradiſum tranſumptus eſt Henoch, nec mortis expectatus terminus? Num ob ſanctitudinem, & exquiſitam morum honeſtatem? Verùm & inſigniter iuſtus extitit Abel, qui non modò ſublatus ex hac vita ante obitum, ſed paſſus à fratre inhumaniſſimè occidi: Religione etiam, & pietatis notis conſpicuus Enos, qui cæpit inuocare nomen Domini, ſed nec hic de mortalium concilio ſurreptus, & ad regiones amænæ benignitatis translatus: Helias quidem conſequutus vt igneo vectaretur curru in eadem loca: quidam Virginitati tribuunt, quæ fuit ante Euangelium rariſſima dos, quidam ardentiſſimo zelo diuini honoris: nihil autem ex his in Henoch eluxit, & vt zelum Dei habuiſſe non denegemus, ſed fuit communis Sanctornm zelus, non ſpecialis ardor vt in Helia; quam igitur inueſtigabimus Priuilegio cauſam? Græcus Anonymus apud Lippomanum ad cap. 5. Geneſis: *Hic verò primus didicit literas, & ſigna cæli, & conuerſionis temporum, & menſes literis mandauit*; Imò & ſcriptorum Patriarcha fuit Henoch, cuius ex monumentis allegat Beatus Iudas Apoſtolus, quem codicem Sacræ, & Canonicæ authoritatis multi exiſtimarunt. Igitur cùm is primus extiterit, qui Homines docuerit, quemadmodum ingenij partubus extincti, quamuis apud hominum memoriam viuere poſſint in finem ſæculorum, probè admodum comparatum eſt, vt ipſe de mortalium corruptione ſubductus, in eas tranſierit ſedes, apud quas iucundus, & hilaris à diuinarum rerum ſpeculatione, viuat vſquè ad metam conſumendi orbis: nam velut maior quodammodò Humanæ conditionis infirmitate, dignus iudicatus eſt, qui Angelicis exercitationibus ſimile percurreret æuum.

Henoch ſcriptorum Patriarcha

172 *Mathuſala poſtquam genuit La-* verſ. 26.
mech vixit ſeptingentis annis.

Antilog.

Si tot numerantur Mathuſalem anni, ergo vixit vſquè ad finem diluuij; ſed quare in arcam non ſe recepit?

Reſpond. S. P. N. Auguſtinus audiendus eſt, qui initio quæſt. in Geneſ. *Quæri*, inquit, *ſolet, quomodò Mathuſalem ſecundum annorum computationem, viuere poſt diluuium potuerit, cum omnes, præter eo, qui in arcam ingreſſi ſunt periſſe dicantur? Sed hanc quæſtionem, plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolum quippè in Hebrais aliter inuenitur, verùm etiam in ſeptuag. interpretatione, Mathuſalem in codicibus paucioribus, ſed veracioribus ſex annos ante diluuium reperitur fuiſſe defunctus.* Quod etiam affirmat, & explicat Sanctiſſimus Parens in lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 13.

Mathuſalem obijt 6. annos antè diluuium.

13. Aliter explicant Hebræi, & præcipuè Rabbi Salomon, ſicut fatetur Rabbi Nehenias in Rabot. cap. 32. ſe didiciſſe à Rabbi Iuda.

Mathuſala interpretatur mortis ſpolium.

173 *Moral.* Quia Mathuſala interpretatur *Mortis ſpolium* benè igitur ſpolia mortis victæ reportat, qui longam ducens vitam longa virtute coronat.

Dubium.

Res meritorum non ex diuturnitate temporis, ſed ex corde metienda eſt.

174 CVr Dominus Mathuſalæ dedit nongentos annos, & ſibi (humanitate aſſumpta) tàm paucos ſumpſit quòd vis impleuit triginta, & quatuor annos? Vt oſtenderet meritorum culmina non indaganda ex annis, ſed ex corde puro, & feruente voluntate. Ait enim Algerus lib. 2. de Sacrament. cap. 7. *Ne minutio temporalis laboris, aliquod æterni præmij videretur diſpendium, ſui ipſius vitam, quæ ſupra omnes eſt, triginta duorum, & ſemis annorum numero conſumauit, vt quia Deus non curat ex quanto tempore, ſed ex quanto corde ſibi ſeruiatur, perfectionem meriti, non tempori adſcriberet, ſed virtuti. Ecce enim in tantillo tempore obedientiam Patri perfectè ſeruauit, quod nullus ab origine mundi facere potuit.*

Antilogiæ ex capite ſexto Geneſis.

verſ.2. 175 V*Identes filij Dei filias hominum, &c.*
verſ. 4. *Ingreſſi ſunt Filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt.*

Antilog. Si ex Iob, cap. 38. verſ. 7. vbi dicitur: *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*, colligitur quòd Angeli ſint filij Dei, quomodò intelligitur illud: *ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum*, cùm Angeli non nubent neque nubentur?

Reſpond. Quòd iſti filij Dei non fuerunt Angeli, ſed filij Seth, dicti *filij Dei*, ob ſanctitatem ſuam, iuſtitiam, temperantiam, cæteraſque virtutes, per quas Dei imago in eis, quaſi filijs ſuis reſplendebat. Sic S. Ioannes Chryſoſtomus. S. Cyrillus. S. Hilarius in Pſal. 132. Theodoretus, Rupertus, & alij affirmant.

Filij Seth cur dicti Filij Dei.

Filij Dei ſunt Religioſi.

176 *Moral.* Iſti *filij Dei* à Domino dicebantur, quia erant illius temporis Religioſi, Dei ſpecialiter inter reliquos cultores. Hi ergo dum à Dei Religione deficiunt, filiabus hominum copulantur. *Filij Dei*, inquit Diuus Eucherius, *in mores ſocietatis terrigenæ defluxerunt, deſerta pietate, quam in ſancta ſocietate ſeruabant.* Item, & Lippomanus. *Primo corruptelæ cauſa fuit eorum, qui Dei filij habebantur, cum illo genere peſſimo, ſceleratiſſima nationе admiſtio.* Quid aptius ijs, qui deſerra Dei ſocietate, & Religione admiſcentur ſæculo, erant enim Dei filij, & facti ſunt caro, & ſanguis. Audi S. Ambroſium in Pſal. 118. conc. 4. *Qui non ducunt vxores, & quæ non nubunt, erunt ſicut Angeli Dei, qui ergo cùm Angeli videantur (nempe filij Dei) capti decore fœmineo, hi caro ſunt, & merito libidinis expertes Angelis comparantur, caro non ſunt, quia non ſunt in carne, ſed in ſpiritu, quales erant illi, qui doctorem Apoſtolum ſequebantur, quibus ait, vos autem non eſtis in Carne, ſed in Spiritu.*

Filij Dei, ideſt Religioſi, dum Religionem deſerunt diligunt filias hominum.

Religioſi ſunt Angeli, fiunt caro dum deficiunt à Religione.

Dubium.

177 CVr tantum huiuſmodi homines luxuria notantur (*ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum*) cum alijs multis peccatis eſſent infecti, vt furto, homicidio, & ſimilibus, ſicuti notant Lyranus, Lyppomanus, & alij? Quare ſolùm libidinoſa cupido exprimitur? Lyppomanus dubium

Luxuria ſecum omnia mala adducit. bium ſoluit dicens: *Deſcripturus Moyſes vniuerſale diluuium, illius potiſſimam cauſam præmittit, luxuria videlicet peccatum.* Vtpotè in eo omnia alia vitia contenta, ac conglutinata; tale enim eſt luxuriæ imperium, vt omnia per eam abominatione repleantur.

verſ. 3. 178 *Dixitque Deus: Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum; quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum.*

Antilog. Quomodo verificatum hoc Dei dictum, ſi plurimi homines pluribus annis poſtea vixere?

Reſpond. Hic numerus 120. annorum non fuit terminus vitæ humanæ poſt diluuium, vt credunt aliqui; ſed fuit terminus vſquè ad inundationem diluuij, infrà quem poterant pænitere. Vndè dicit S. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis. *Ne videretur, in eo eſſe crudelis, quòd peccantibus locum pænitentiæ non dediſſet, adiecit; ſed erunt dies eorum centum viginti anni:* Hoc eſt, habebunt centum viginti annos; ad pœnitentiam agendam. Vide Ioſephum, Lactantium, & Procopium apud Salianum.

Deus ſupplicia differt, vt det locum pænitentiæ.

Procaſtinata pænitentia Deū irritat. 179. *Moral.* Procraſtinata pænitentia; Deum quamuis pium, tempus indulgentem, & miſericordiam exhibentem irritat.

Dubium.

180 CVr indicitur Spatium centum, viginti annorum ad homines ſceleſtos vniuerſali diluuio de terra delendos; ne dum tamen fuerat annus centeſimus euolutus, cùm aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram? Ad dubium occurrit S. Hieronymus in quæſt. Hebraicis dicens: *Quia homines pænitentiam agere contempſerunt, voluit Deus expectare decretum, ſed viginti annorum ſpatijs amputatis, introduxit diluuium anno centeſimo agenda pænitentiæ deſtinato.* Odit enim Deus quos in agendæ negotio pœnitentiæ deprehendit cunctantes, & de *Hodie* ad craſtinum diem nunquam illis venturum ſalutis ſuæ remedia protrahentes.

Negligens pænitentiā peccatorum ingratus, celerem præſtolatur de cælo vindictam.

Antilogiæ ex capite nono Geneſis.

181 A*Rcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram.* verſ. 13.

Antilog. Si arcus iam ante diluuium erat in nubibus quomodo dicit Dominus ſe poſiturum inde arcum ſuum in nubibus?

Reſpond. Ante diluuium erat Arcus ſignum tantùm naturale pluuiæ, præſertim ſi matutino tempore apparebat: poſt diluuium verò aſſumptus eſt à Deo in ſignum fœderis ex beneplacito nunquam ampliùs futuri diluuij.

182 *Moral.* Arcus fit ex repercuſſione radiorum ſolis, in nube aquoſa. Nubes eſt omnis peccator, criminum, ſcilicet, multitudine obſcurus. Fit aquoſus, quando lachrimæ ſunt panes eius die, ac nocte: Radijs ſolis eſt repercuſſus, quia gratia Dei, reſpergitur; & ſic fit arcus bicolor quidem: igneus per gratiæ repercuſſionem, aqueus per lachrymarum effuſionem; ponendus indè in nubibus cœli, ideſt inter ſanctos, vt fit fœdus inter nos, & Deum.

Pœnitens arcui fœderis ſimilis.

Dubium.

183 CVr Noè Arcus ſignum in nubibus datur, ſi Dei promiſſio ſufficiens erat, vt ſanctus ſenex in fide data firmus eſſet? Noè, quantum conſtat ex Sa-

Dominus honorantes ſe honorat.

Sacris literis (vt ſapienter notat Benedictus Pererius) fuit primus qui in Dei honorem altare ædificauit, celeberrimumque ei de cunctis pecoribus holocauſtum obtulit. Cùm ergo Sanctus Senex in Dei gloriam, exaltationem externum ſignum ſuper terram permanens, nempè altare, primus poſuerit, meritò Deus quoque in nubibus cœli ad maiorem iuſti ſplendorem, & honorem poſuit ſignum. Sic eleganter affirmat S Ioannes Chryſoſtomus homil. 28. in Geneſim dicens: *Vide quanto honore iuſtum dignatur, ita cum eo paciſcitur, quaſi homo homini loquens.* Semper Dominus eximio fauore honorantes ſe honorat.

Noè primus Altarium ædificator.

verſ.25. 184 *Maledictus Chanaan, Seruus Seruorum erit fratribus ſuis.*

Antilog. Chanaan filius erat Cham, qui cùm vidiſſet verenda Noè patris ſui nudata deriſit eum, propter quòd euigilato Noe ait maledictus Chanaan, &c. ſi Pater Cham irreuerentiæ paternæ reus erat, quomodo à Noe, non Cham ipſe, ſed eius Filius Chanaan maledicitur?

Respond. Chanaan filius Cham hìc primus fertur vidiſſe Aui nuditatem, & patri Cham indicaſſe, itaque in eum fertur maledictio, non odio perſonæ, ſed ſpiritu prophetico, quid futurum eſſet, prænunciante. Hæc autem à Moſe dicuntur propter Chananæos à Iudæis ſuis ſedibus expellendos. Punitur autem Cham, & Chanaan in ſuis poſteris, qui maiorum ſuorum impietatis fuerunt imitatores, & hæredes.

Maledictio Noe de Chanaan fuit Prophetica.

185 *Moral.* Conſtat patrem Cham deliquiſſe, non Chanaan. An delinquente parente, filius innocens puniendus? Quam ſæpè. Sic ob parentum delicta Filij temporarijs ſupplicijs vulnerantur.

Sæpè ob parentum delicta filij ſupplicijs vulnerantur.

Dubium.

186 CVr non execratur Cham, qui peccauit, ſed filium eius Chanaan? S. Ambroſius *lib. de Noè cap.* 32. arbitratur, à Sancto Sene filium, & nepotem ſimul maledici, cùm in eis improbitatis commune eſſet conſortium. Sed iam creſcit dubium; quare nō Cham delinquens, ſed Filius Chanaan nominatur? Carthuſianus: *Cham prauus, ingratus, indiſcretus patrem contempſit.* Cham cùm parentis tantorum beneficiorum obliuione laboraret, ideò eius nomen ſilentio inuoluitur: ingratus innominatus eſt, & tàm execrabilis apparuit Cham coram Sancto Sene, vt, ne ipſum nominaret, pro Filio, nepotem dixerit.

Ingrati ſine nomine.

Antilogiæ ex capite Decimoquinto Geneſis.

187 S*Cito praenoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.* Et S. Paulus ad Galatas cap. 3. verſ. 17. mentionem facit peregrinationis 430. annorum, dicens: *Poſt quadringentos, & triginta annos facta eſt lex.* verſ. 13.

Antilog. Si Deus afflictionem poſterorum Abrahæ prædixerat futuram per quadringentos annos, quomodò Apoſtolus dicit 430. annos.

Respond. Hi 400. anni non referuntur ad ſolum *affligent*; Sed ad omnia tria præcedentia, ſcilicet, *peregrinum erit ſemen tuum, & ſubjicient eos ſeruituti, & affligent.* Hæc enim tria, dicit Tirinus, durarunt ſimul 400. annis. Nam ex

quo

quo ſemen Abrahæ cæpit extare, puta ab ortu Iſaac, cæpit peregrinari in terra non ſua. Et hæc peregrinario vſquè ad egreſſum ex Ægypto durauit præcisè 400. annis. Vide Rabbi Salomonem, & Rabbi Iſaac Abrauanel.

Fortitudo patiens, ſeu patientia fortis neceſſaria in aduerſitatibus.

188 *Moral.* Fortitudo patiens, ſeu patientia fortis neceſſaria eſt in calamitatibus. Tribulatis, & afflictis igitur datur hoc loco Patriarcha in exemplum, de quo ſcripſit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 37. in Geneſim pag. 203. Lit. A *Niſi generoſum, & fortem animum, & optimis moribus præditum habuiſſet Patriarcha tanta erant hæc, vt perturbare potuiſſent.*

Dubium.

189 CVr dixit Deus Abramo poſteros ſuos fore affligendos quadringentis annis? Quia nullum Deo gratius ſpectaculum quàm dilecti hominis tribulationem animo, menteque verſare, quemadmodum gratiſſimum illud extitit Apoſtolorum, de quo S. Paulus 1. ad Corinth. cap. 4. verſ. 9. *Spectaculum facti ſumus Deo*: Vbi Græca translatio, *Theatrum facti ſumus*. Id expendit aureus Doctor cauſam inquirens, quàre Deus incolumem in tot calamitatibus à Dæmone immiſſis, Iobi animam eſſe præceperit: Iob cap. 2. verſ. 6. *Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua*; ſic facit ſatis dicti enuntiati textus expolitione: *obſerua ne quid in vita vitioni patiatur, etenim ſi de medio illum ſuſtuleris, Theatrum nobis non plaudet ampliùs.* Hinc Tertullianus lib. de Patientia cap. 14. diuina in Iobi calamitatibus ſolatia graphicè deſcribit dicens: *Ridebat Deus diſſecabatur malis, quoniam Iobus immundam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringeret, cùm erumpentes beſtiolas, inde in eadem*

Nullum Deo gratius ſpectaculum quã iuſti tribulatio.

Dum Iobum Satan affligebat, ridebat Deus.

ſpes, & paſtus foraminoſæ carnis ludendo reuocaret.

Antilogiæ ex capite Decimo ſeptimo Geneſis.

190 M*Aſculus, cuius præputij caro circumciſa non* verſ. 14.
fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. Ioſue cap. 5. verſ. 5. *Populus autem qui natus eſt in deſerto* (verſ. 6.) *Per quadraginta annos itineris latiſſimæ ſolitudinis, incircumciſus fuit.*

Antilog.

Circumciſio octaua die fieri debebat, & Populus in deſerto per quadraginta annos incircumciſus fuit; quonam modo ergo lex apud vniuerſam Synagogam ſtabat?

Respond. Octaua die debebat circumcidi puer, quia ante hunc nimis adhuc tener, nec ante ſeptimum diem completum, certitudo vlla eſt vitalem fore. Si ante octauum diem infans periclitaretur, poterat æquè ac fœminæ ſaluari remedijs, ac ritibus legis naturæ. Iuſta etiam de cauſa poterat vltra octauum diem differri, vt in deſerto dilata eſt per quadraginta annos; & ratio fuit. Populus mouebat caſtra, quacunque hora nubes mouebatur, præbens eis ducatum: & quia incertus erat eis motus nubis, ideò diſpenſatiuè factum eſt, quòd illi, qui fuerunt nati in deſerto, remanſerunt incircumciſi vſquè ad tempus iſtud, quia periculoſum eſſet de nouo circumciſos itinerare, ſeu portari in itenere.

Cur pueri Hebræorum in deſerto fuerunt incircumciſi per 40. annos?

191 *Moral.* Maſculis, non fœminis datum fuit præceptum de circumciſione. Per ſexum maſculinum intelligitur fortitudo. Sexus enim muliebris inconſtans

eſt,

Spiritualiter eſt circumciſus, qui fortiter contra vitia pugnat.

eſt, & fragilis. Per hoc igitur deſignatur, quòd illi qui ſunt contra vitia fortes, & in virtute ſtabiles ſunt ſpiritualiter circumciſi; molles autem, & inſtabiles ſunt effœminati; hinc Apoſtolus de Spirituali circumciſione ad Rom. cap. 2. verſ. 28. *Non enim qui in manifeſto, Iudaus eſt: neque qua in manifeſto, in carne, eſt circumciſio:* (verſ. 29.) *Sed qui in abſcondito, Iudaus eſt; & circumciſio cordis in Spiritu, non Litera; cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.*

Dubium.

Perfectio in toto conſiſtit.

192 CVr Deus pro filijs Abrahæ tantùm partem legis mandat, circumcidere ſcilicet particulam præputij? Cur eis non datur ſtatim tota lex, vt poſtea factum eſt cum Moyſe in Sinai, in deſerto? Perfectio, non in parte, ſed in toto integro compoſito conſiſtit. Vide magnum diuinæ ſapientiæ oraculum. Erant illi homines valdè rudes, & imperfecti; ideò non ſtatim omnia eis amplectenda proponuntur, ſed paulatim per quaſdam virtutum partes ad maiorem perfectionem ducuntur. Regulariter enim ita accedit: ad altum cacumen non peruenit, qui omnia ſimul intendit, ſed qui paulatim, ac veluti per partes ſcandit. Pulchrè Sanctus Ambroſius libro primo de Abraam cap. 4. ſic ſcripſit: *Pars mandata eſt ſecundùm legem populo Iudaeorum illi infirmo, illi, qui Deum ſuum non cognouit: Vt ſi puerulum Literis imbuas, à ſingulis Literarum elementis inchoandum eſt tibi, vt à ſingulis apicibus ad ſyllabas; à ſyllabis eum per ordinem ad nomina, orationemque deducas. Nec poteſt mare quiſquam nauigare intrepidus, niſi qui ante in fluminibus nauigauerit.*

Paulatim ad perfectionem accedendũ.

Antilogiæ ex capite Vigeſimoſecundo Geneſis.

193 D*Ixitque ad pueros ſuos: expectate hic cum aſino: ego, & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* verſ. 5.

Abram (ex verſ. 2. vt coſtat) immolaturus erat Iſaac: quomodo ergo aſſerit famulis ſuis ſe cum Iſaac reuerſurum? *Antilog.*

Reſpond. Abram, vt patet ex Epiſtola ab Hebræos cap. 11. verſ. 19. credens, *quia, & à mortuis reſuſcitare potens eſt Deus*, certò ſibi perſuadebat, quòd Iſaacum, vel non pateretur occidi, vel occiſum reſuſcitaret. Sciebat enim fallere non poſſe, qui promiſerat ex Iſaac naſciturum Chriſtum, & innumerabilem poſteritatem. *Sicut ſtellas cæli, & ſicut puluerem terra*, ideò dixit, *Poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos*. Ita S. P. N. Auguſtinus, Origenes, & alij.

Certè ſpes iuſti nunquam euaneſcit.

194 *Moral.* In ſolitudinis loco, & in monte ad ſacrificandum, & ad adorandum pergit cum Iſaac Abramus: quia cum ad orandum progreditur iuſtus debet corpore firmari in ſolitario loco, & ſpiritu ad montem Cœli conſcendere. Nam dicit S. Laurentius Iuſtinianus lib. de perfectione Monaſtica cap. 15. *Quemadmodum ignis, quantò magis in vnum colligitur, tantò amplius nutritur; & flammas euaporans rurſum impetuoſius erumpit: ita, & mens cum diutius intra ſe commorata fuerit, & ardentiùs per amoris incendium vrit in ſe, & per deſiderium eleuatur in Deum. Sed ſi tunc verba quædam protulerit, tota ignita ſapientia nectare condita, veritatis ſplendore irradiata, & diuinarum laudum ſuauitate plena erunt.*

Vera oratio ſolitudinem, & mentis eleuationem expoſtulat.

Dubium.

CVr, ſi Abram mactare debebat Iſaacum, vt holocauſtum Deo offerret, dixit ad pueros ſuos, expectate hìc poſtquam ego, & puer adorauerimus reuertemur ad vos? Hinc grande litigium nimis, quod nemo hactenùs compoſuit, an verè ſeruis ſuis dixerit, ſe cum Iſaaco ad illos reuerſurum? *Sed dic mihi Abraham* (ait Origenes ibidem) *verum dicis ad pueros, quod adores, & redeas cum infante, an fallis? Si verum dicis ergo non facies holocauſtum. Si fallis; tantum Patriarcham non decet fallere. Quid enim animi in te indicat hic ſermo?* Quo autem *animo*, id eſt, qua mente, voluntate, & propoſito ierit, idem Origenes tradit, exponens quare tridui iter immolationi præmittatur: *Per triduum*, inquit, *ambulat Abraham, vt per totam viam cogitationibus diſcerpatur; hinc vrgente præcepto, illinc Filij affectu reluctante: vt per omnia hæc ſpatium certaminis accipiant hinc affectus, inde fides; hinc amor Dei indè amor carnis.* Hoc eſt filij non mactandi. En duplicem Abrami voluntatem, alteram mactandi filium, quam ex Dei amore exequi efficaciter, intendebat: alteram quæ ex blando Filij amore illum diu ſuperſtitem, ac felicem ardenter exoptabat. Hoc *animo* forſan Abrahamus pueris dixit? Ambo: *Reuertemur ad vos*, Id valde cupio, ò vtinam id ex voto ſuccedat | potens eſt Deus id facere, eſtque eius promiſſis conſentaneum. Hanc autem Abrahami voluntatem præſtitiſſe Deum, luculenter inibi S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 47. in Geneſim adnotauit, ſic fatus Dei nomine: *Ego enim*, inquit, *voluntatem coronare ſoleo, & propter mentem præmia præſto. Opere enim impleri congruit quæ à te dicta ſunt, & pueris tuis, & Iſaac: illis enim promiſiſti, cùm adorauerimus redibimus, Ecce hoc nunc erit; & puero tuo rogante. Vbi ouis eſt ad holocauſtum? Deus videbit ſibimetipſi, de oue ad holocauſtum dixiſti.* Addit ad rem tempeſtiuè; *Vidi Religioſam tuam mentem, ecce id quod prius dixiſti puero, hoc tibi præparaui.* Vide hìc quam ſtudiosè Deus ſuorum præſtet *voluntatem*, & eorum *mentem* impleat, & *animum*. Audiuit Deus Abrahamum pueris ſuis, dicentem, poſtquam adorauerimus, *reuertemur ad vos*; & Iſaaco Filio, *Deus videbit ſibimetipſi de oue ad holocauſtum?* Vtramque ergo Abrahami ſponſionem incunctanter Deus adimplet; vetatque Iſaaci immolationem, quò Patriarchæ promiſſionem adimpleat. Exindè quod animitùs cupiebat Abraham, & quod forſan inſcius promiſerat, ſtudiosè Deus implere ſatagit; vt qui ſuam voluntatem negligat propter diuinam, diuinam ſibi voluntatem velut obſequentem inueniat. Quid Abrahamo, quid viro perfecto adulantius, quam hìc Diuinæ cum humana voluntate nexus? Hinc Eſaiæ cap. 62. verſ. 4. dixit Deus: *Vocaberis voluntas mea, in ea*: ideſt explicat Hugo. *Quaſi dicat: Ex me nomen habebis: voluntatem enim meam facies, & propter hoc dicetur de te; Hæc eſt quæ voluntatem Dei facit.*

Vetat ut Iſaac immolatio, vt Abrahamus, quod ſuis ſeruis promiſerat adimpleat.

Conformitas diuinæ voluptati.

Antilogiæ ex capite Vigeſimoquinto Geneſis.

195 QVi primus egreſſus eſt, *rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus: vocatumque eſt nomen eius Eſau.* verſ. 25.

Da mihi de coctione hac rufa, quia verſ. 30.
oppidò laßus ſum. Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom.

Si

Antilog. Sì iſte filius Iſaac vocatus eſt Edom à rufa coctione, ergo non quod rufus eſſet. Quomodo igitur Sacra Scriptura dicit vocatum eſt nomen eius Eſau, eo quod rufus eſſet; & totus in morem pellis hiſpidus?

Eſau quid interpretatur.

Reſpond. Eſau interpretatur *Factus perfectus*; idcircò vocatum eſt nomen eius Eſau; quia cum toto corpore piloſus eſſet, & hirſutus, non tam tener infantulus, quam vir perfectus, videbatur. *Edom* inde dictus fuit; ideſt *Rufus*, tum à rufo pilorum colore, vt hoc veriu dicitur, tum à *coctione lenticrufa*, pro qua vendidit primogenita ſua.

196 *Moral.* In Eſau piloſo, rubeoque, carnis negotia depingi, tradunt Patres: *Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus vocatumque eſt nomen eius Eſau.* Accipe D. Gregorium apud Gloſſam: *Eorum Vitam ſignificat, qui exterioribus voluptatibus fuſi carnem ſequuntur.* Parentum animos exulcerauit intemperantia: quia otioſa detinebatur inertia. Audi S. Ambroſium lib. 3. epiſtolarum epiſt. 25. non longè à fine: *Non otio, non ſomno merces paratur, nullum opus dormientis eſt, nullus fructus otij; immò magis diſpendium: otioſus Eſau amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quàm quærere: laborioſus Iacob apud vtrumque parentem inuenit gratiam.* Dum Eſau otioſus, & otioſis ſolùm oblectamẽtis addictus refertur, & ſchema libidinis declaratur: quaſi hæc duo non ſolùm ſibi fuerint connexa; ſed quodammodò concarnata, otioſitas videlicet, & voluptas. Ergo fuge otium, ni velis voluptaris incurriſſe delirium.

Eſau moraliter quid ſignificet.

Otium eſt voluptatis fomentum, vt honeſtus labor exilium.

Dubium.

197 CVr Eſau à cibo rufo, quem comederat, dictus fuit Edom? Sic in Scriptura: *Dà mihi de coctione ac rufa, quia oppidò laſſus ſum. Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom.* Quæ verba ſic exponit S. Hieronymus in quæſt. Hebraicis: *Rubrum vel fuluum lingua Hebraica dicitur Edom. Ab eo igitur quòd rubeo cibo vendidit primogenita ſua, fului, ideſt, Edom ſortitus eſt nomen.* Mirùm ſanè eſt, quòd Eſau appelletur Edom, ideſt, rufus; non quia rufus erat, ſed quia rufum comedit cibum. A cibo potiùs quàm à natura præſtat nominari? Itaque Eſau homo agreſtis, inter feras in ſiluis habitans, à cibo deuorato nomen traxit; & barbaræ, & pugnacis naturæ nomen expreſſit. Sat eſt (audi) ad Euchariſticas dapes digitum intendiſſe, vt Sacri nominemur.

A cibo potiùs quã à natura, & moribus nomen mutuamus.

Antilogiæ ex capite Trigeſimoprimo Geneſis.

198 EO tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata eſt idola patris ſui. verſ. 19.

Antilog. Quonammodo furata, cum hac via accepta ſponſi à ſocero damna, licitè ſcilicet, compenſarit? Secundò quomodo furata idola dicuntur à Rachel, ſi ipſa ſimulachra non tam patris erant, quam ſua?

Reſpond. Verum eſt quòd idola non tàm patris, quàm ſua erát, quæ ſecum quaſi Deos penates abſtulerat abſconsè, (vt vult Arab. ideò dicitur ly *Furata*) eò quòd Rachel ijs dedita eſſet, ab ijſque felix iret, omneque bonum ſperaret; nam pater Laban, eiuſque domus, ac conſequenter, & Rachel, cum Deo vero etiam idola, more gentis ſuæ colebat, vt patet ex verſ. 2. cap. 35. vbi demum hæc idola aboleuit Iacob.

Sic S, Ioannes Chryſoſtomus homil. 57. in Geneſim, Rupertus Abbas, Caietanus, Oleaſter, & alij.

199 *Moral.* Scribit S. Gregorius apud Gloſſam: *Poteſt per Laban Mundus exprimi, qui cum furore Iacob ſequitur.* Adijcit moraliſſimè: *In idolis auaritia ſignatur, quæ eſt idolorum ſeruitus: Laban veniens apud Iacob idolum non reperit: quia oſtenſis Mundi diuitijs Redemptori noſtro Diabolus veſtigia concupiſcentiæ non reperit: ſed quæ Iacob non habuit, Rachel ſedendo operuit, quæ interpretatur ouis.* Profectò Rachel ouis ad inſtar à ratione deſciſcere videbatur, dum credidit ſe poſſe inhiare auro, & carere diſſidio; quam in auro colit, diuinitas eſt mentita, & quam patitur ob aurum, diſcriminis pœna eſt vera. Ergo qui tranquillè deſiderat conuerſari idola Labani imò nihil Labani, hoceſt, Mundi geſtiat præripere: & meliùs nec deſiderare.

Idola auaritiam ſignant.

Rachel quid interpretatur.

Dubium.

200 CVr Rachel furata eſt idola patris ſui? Reſpondet Lyranus: *Ad retrahendum patrem ſuum ab Idololatria.* Sed dubium creſcit, Cur Rachel non contriuerit, cùm Moyſes in pulueres minutiſſimos vitulum aureum (Exod. cap. 32. verſ. 20.) redegerit, & Iacob eademmet idola ſubter therebintum (Gen. cap. 35. verſ. 4.) infoderit? Ad hæc cur alia è paterna domo non abſtulit: ſed idola? Putauerim inhiaſſe auro, religioniſque prætexuiſſe delicto; idola abſtulit, quaſi veræ Religionis curam agens; non tamen comminuit, cupiditati deſeruiens; Iacob Zelo inflammatus idola obliuioni tradidit, Moyſes fluentis commiſit; at Rachel contecta diſſimulauit, & fortaſſis, ob id ſacer Textus furatam prodidit; *Furata eſt idola patris ſui*, innues, & furti ſtudium; & Religionis mentitum Zelum. Adeſt Hugo Cardinalis: *Per hoc ſignificantur quidam, qui ſecum in clauſtrum deferunt de anathemathe Iericho habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & huiuſmodi idola.* Videbatur Rachel abſtuliſſe idolum? ſed ſuffurata fuit aurum; imò vt ſuffuraretur aurum, Religionis ad ſpeciem oſtendit Zelum. Et quidem ſi alia ſecum detuliſſet, meri argueretur furti, dum tamen idola ſubripuit, cupiditatem ad ſpeciem honeſtauit, quia videbatur Religionis Zelo inflammata, cùm fuerit cupiditate irretita. Videbatur ab impietate reuocandi parentis Zelo abſtuliſſe idola, ſed cupiditatis vrebat præcordia flamma. Itaque cor ardebat auri cupiditate, & mentita manus armabatur religione. Ad ſpeciem videbatur bellum intuliſſe idolo, cum reuera inhiauerit auro. *Deferunt habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & huiuſmodi idola.*

Nonnulli, vt quæ ambiunt, dignitatem, vel opem præripiant.

Religionem ſe ſtudiosè curare affectant.

Hypocriſis teſſera.

Antilogiæ ex capite Trigeſimoquarto Geneſis.

201 IAcob (poſt percuſſionem Sichem) *dixit ad Simeon, & Leui: Turbaſtis me.* verſ.30.
Propter hoc Gen. cap. 49. verſ. 5. dixit. *Simeon, & Leui fratres. Vaſa iniquitatis bellantia* (verſ. 6.) *In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt Virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum* (verſ. 7.) *Maledictus furor eorum quia pertinax, &c.* Iudith cap. 9. verſ. 2. *Domine Deus patris mei Simeon,*

meon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem.

Antilog.

Quomodo Simeon, & Leui turbant Iacobum Prophetam, & afficiuntur maledictione ob facinus admodum commendatum à Iudith?

Iuſtum cruciari Deus vult, ſed vulnerantem punit.

Respond. Vult Deus iuſtos laboribus honeſtari, ſed væ gladium ſtringentibus ad vulnerandum iuſtos. Hinc Lyppomanus expendens illa verba Exodi cap. 17. verſ. 16. *Manus Solium Domini, & bellum: & Dei bellum erit contra Amalech à generatione in generationem. Quid ſibi vult*, ait, *tanta Seueritas? Vt oſtendat quàm graui, & quàm horribili ſupplicio puniendum ſit, ſi quis miſero, & afflicto in vocatione Dei ambulanti addat nouam miſeriam, & afflictionem.*

Iuſtos proſequi grauiſſimũ crimen.

202. *Moral.* S. P. N. Auguſtinus citatus ab Hugone Cardinali in hunc locum pag. 48. col. 3. Lit. A. dicit. *Zelus filiorum Iacob in vltionem ſororis, moraliter commonet paſtores, fidelium curam habere animarum ſibi commiſſarum, ne violenter corporali delicto, aut fornicatione ſpiritali quis lapſus fuerit eis reſiſtat, ſed vlciſci debent diſciplina enſe inobedientiam, & excommunicationis gladio feriant ſtupratorem ne impunis euadat.*

Zelus filiorũ Iacob in vltionem ſororis, quid ſignificet moraliter.

Dubium.

203 CVr Iacobi ſolummodo ad Simeonem, & Leui dirigitur obiurgatio, cùm filij omnes facti fuerunt illius criminis patratores? Iuſtè duos illos tantummodò pius, & ſapiens pater obiurgat filios: non verò eiuſdem criminis reliquos fratres reos, & ſocios, quia illi fuere huius peccati primi duces, & inuentores. Vti notat Abulenſis ibid. *Iuſtos duos*, ait, *principaliter redarguit, quia huiuſmodi duces, & inuentores fuerunt.* O quantum digni ſunt reprehenſione primi criminum inuentores & duces, cæteri, etſi eodem peccato fuerint obuoluti, nihilominus reprehenſione, & dura patris indignatione non fuere digni, quia in eo ſcelere fuere ſecundi. Illi, illi timeant, & timeant vehementer, qui talia peccata infeliciter inuenere.

Dux, & inuentor peccati vltima caſtigatione dignus apparet.

Antilogiæ ex capite Trigeſimo ſeptimo Geneſis.

204 QVod cum Patri ſuo, & vers. 10.
fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?

Antilog.

Si Rachel mater Ioſeph iam obierat, vti habetur in cap. 35. verſ. 19. *Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via, quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem.* Quomodò dicit Iacob num ego, & mater tua, adorabimus te? Iacob videns inuidiam, & odium filiorum ſuorum contra Ioſeph propter ſomnia prędicta, volens eos pacificare dixit: *Num ego, & mater tua, &c.* ac ſi diceret, mater tua iam mortua eſt, & per conſequens non poſſet te adorare, & ideò videtur ſomnium friuolum, quantum ad iſtam partem, & eadem ratione de adoratione fratrum tuorum. Lyranus, & Toſtatus dicunt aliter, nempè quòd hìc non loquitur de Rachele iam mortua; ſed de eius ancilla nomine Bela, quæ nutrix fuerat Ioſephi, ac in matris locum ſucceſſerat. Verùm in ſacris Literis ſæpè reperies tales mulieres vocari matres, vt eruditè notauit Rabbi Manaſſes Ben

Inuidia incentiua ſedanda.

Iſrael

Iſrael lib. 1. de Reſurrect. cap. 1. Vel hoc dixit Prudens Pater, vti adnotauimus ad quam noſtram Solomonem accedit Rabbi Salomon.

205 *Moral.* Dixit Iacob num ego, & mater tua, & tamen Rachel vxor eius mortua erat; ſic docent; quòd bono in marito vel defuncta ſemper viuit ſponſa; ſemper ſuperſtes degit dilectiſſima vxor.

Bono in marito vel defuncta ſemper viuit ſponſa.

Dubium.

206 CVr Iacob filium reprehendit cùm ſe adorandum dicit? Myſticè dubium ſoluens de Chriſto IESV rem explicat S. Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 2. *Obiurgatio Patris*, ait, *Significat duritiem Populi Iſrael, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, quem hodie Deum eſſe non credunt, nec volunt adorare, quia ex ſe natum eſſe cognoſcunt.* Expende hæc vltima verba. *Quia ex ſe natum eſſe cognoſcunt*: Nullus enim durior hoſtis, quàm conſanguineus, & nullus magis impatiens alterius præcellentiæ, ac gloriæ quàm frater, ac amicus.

Maiores hostes conſanguinei ſunt ad honores impedimentum.

verſ. 36. 207 *Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis magiſtro militum.*

Antilog. Si iſte Putiphar dicitur (Gen. 39. verſ. 7. & 19.) vxorem habuiſſe, & filiam, quomodo ergo Eunuchus: *Putiphari Eunucho?*

Reſpond. Eunuchus verè Putiphar non fuit, quia vxorem habuit, & (vt vult Tirinus) filiam, quæ poſtea Ioſepho nupſit, dicit Eſtius; ſed omnes, qui in aula, & obſequio Regum verſabantur Eunuchi dicebantur; fortaſſe quòd plerique Eunuchi eſſent illi, qui ijs officijs in aula Regia fungebantur: hinc nomine Eunuchorum poſtea dicti ſunt quotquot illa officia habebant, etſi veri Eunuchi, ſeù ſpadones non eſſent.

208 *Moral.* Habes hìc fratruum Ioſeph inuidiæ meta ſi hìc ſiſteret fortunatum infortunium. Per ſomnia fabricantur Ioſepho bona futura Iacob, & totius Domus ſuæ; per inuidiam fratres eius omnia, & Fratris, Patris, & Domus bona diſpergere ſtudent. Sic Inuidus cupit bona quæque peruertere; quòd cecinit Horatius Satyra 3. lib. 1. dicens.

Inuidus cupit bona quæque peruertere.

At nos virtutes ipſas inuertimus, atque
Syncerum cupimus vas incruſtare. Probus quis
Nobiſcum viuit, multum demiſſus homo, illi
Tardo cognomen pingui damus, hic fugit omnes
Inſidias, nullique malo latus obdit apertum;
Cùm genus hoc inter vita verſetur, vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina, pro bene ſano,
Ac non incauto; fictum aſtutumque vocamus.
Simplicior ſi quis, qualem me ſæpè libenter
Obtulerim tibi Mecænas, vt forte legentem,
Aut tacitum impellat, quouis ſermone moleſtus;
Communi ſenſu planè caret, inquimus.

Dubium.

209 CVr Ioſeph prænoſcens tantæ ſublimitatis gloriam, ſic ignorat præuiam venditionem, & præambulam ſeruitutem, quæ prior erat? An non ex futura ſublimitate, per virtutis conſequentias, ex patris ſui Iacobi gymnaſio, certis indicijs id colligere potuit? cui reuelatur futura ſubli miſſima gloria, innoteſcere debuit præuius calamitatum cumulus, per quas rectè ad gloriam itur. Vnde dum Ioſepho tanta faſtigijs

Sine præuijs calamitatibus non itur ad gloriam.

ſtigijs gloria reuelatur propè ſuperuacaneum foret, vt præuiæ calamitates reuelarentur. Nam in gloria certiſſimè nota, non valdè dubij ærumnarum characteres leguntur, quos dudùm Iacobus peritè legerat. Iacob enim dùm Gloriæ locum videt, pauidè timet; probè ſcius, quòd per præuias calamitates itur ad gloriam. Ioſeph autem in re cæleſtis œconomiæ adhuc tyro, gaudet de ſuæ exaltationis gloria, nec præambulas paueſcit ærumnas. Hinc S. Bernardus lib. de gradibus humilitatis adludens ad iſtud Geneſis 37. *Vendiderunt Ioſeph in Ægyptum*, ita ſcribit: *Igitur Ioſeph cùm præuidiſſet exaltationem ſuam, non tamen præſciuit ſui venditionem, quamuis prior eſſet venditio, quàm exaltatio.*

Antilogiæ ex capite Quadrageſimo Geneſis.

verſ.18. 210 R*Eſpondit Ioſeph. Hæc eſt interpretatio Somnij: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt.*

verſ. 19. *Poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.*

Antilog. Fatur Ioſeph piſtorum Præpoſito, & dicit ei, auferet Pharao caput tuum; & ſtatim addit ſuſpendet te in cruce. Sicuti ſuſpenſus fuit vt habetur verſ. 22. *Alteram ſuſpendit in patibulo: vt coniectoris veritas probaretur.* Quid ſuſpenſioni cum ablatione capitis?

Reſpond. Qui vitam homini aufert, hic aufert, & caput: quia in capite maximè viuit, & viget homo, quæ vita, & vigor tàm capiti, quàm homini, per laqueum, & mortem, æquè ac per gladium aufertur.

211. *Moral.* Hugo Carenſis ſagaciſſimus moralitatum indagator acutè perquirit, in quonam Ioſephus adſimilis Somnij, illi Pincernarum Præpoſiti, diſſimilem interpretationem fundarit; & his verbis tandem reſpondet: *Quod ſupra caput eſt, non videtur à portante. Sic mali grauantur ab oneribus ſuis. Boni è conuerſo, non in capite, ſed in pectore portant onera ſua, & vident quæ portant.* Nempè Præpoſitus pincernarum qui in ſuo miniſterio deliquerat (vt docent Hebrei) *videt coram ſe* id, in quo deliquerat. At piſtorum magiſter, non coram ſe, ſed *ſupra caput* habere offenſam, & indè nullatenùs viſioni idoneam: O' certum damnationis augurium! offenſa grauaris, & offenſam portas, vbi eam non videas? Proculdubio atrociter damnaberis. Non ita criminis ſocius, qui coram ſe habet offenſam. Eam in manibus portat, & ibi habet, vbi eam videt, quod liberationis indicium eſt, & remiſſionis auſpicium. Quaſi ſceleris cognitio, ſit immunitatis præſidium, atque delictorum aſylum: & cui de remiſſa offenſa propè gratulari poſſis: *Videbam coram me vitem* Gen. 40. verſ. 9. &c. *Boni non in capite portant onera, & vident, quæ portant. Quod ſupra caput eſt, non videtur à portante. Sic mali grauantur ab oneribus ſuis.* Eleganter quidem Hugo.

Qui peccare ſe noſcit, corrigi vult.

Qui peccare ſe neſcit, damnari vult.

Dubium.

212 CVr hæc duo Somnia adducuntur Ioſeph, in quorum vno oſtenditur regis ſeueritas ad puniendum, in altero verò clementia ad hominem in ſuo munere collocandum? Cur hæc ſomnia non ſunt eiuſdem ſpeciei, vt vel ſimul pertineant ad rigorem, vel ad clementiam, ſed ex vtroque mixtim ſe habent? Alto diuino afflatu factum eſt, vt hæc ſomnia adducerentur ad Ioſeph, quem

Deus

In rege ſit iuſtitia ad puniendum ac præmiandum.

Deus ad præclaram gubernationem totius Ægypti ordinabat, vt his informaretur, quòd optimus gubernator habeat, & manum ſeueritatis ad puniendos iniquos, habeat & manum iuſtitiæ remuneratiuæ ad ſubleuandos benemeritos ad honores; & dignitates. Sic Rupertus lib. 8. in Geneſim cap. 37. confirmat dicens: *In alterum iram, in alterum clementiam oſtendit. Nam ſicut clementia honoris eſt principis, ſic honor regis iudicium diligit*; ex Pſal. 98. verſ. 3.

Antilogiæ ex capite Quadrageſimo quarto Geneſis.

verſ. 5. 213 S*Cyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet*. Gen. cap. 42. verſ. 18. *Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo.*

Antilog. Quomodo cum Dei timore componitur magica auguratio? Si Ioſeph non ariolus, ergo mendax?

Reſpond. S. P. N. Auguſtinus explicat hæc non feriò, ſed ioco dicta eſſe, & proinde non habenda mendacia. S. P. N. Auguſtini ſententiæ ſubſcribit fideliſſimus eius diſcipulus S. Thomas in 2. 2. quæſt. 95. artic. 7. addens Ioſephum fortè ad hoc retuliſſe, quod vulgus de eo opinabatur: Tum ſenſus erit, an ignoratis, ideſt; an non vel ex publica fama de me cognoſcere potuiſtis, non eſſe mihi ſimilem in augurandi ſcientia?

214 *Moral.* Dum repertus fuit ſcyphus in Beniamin ſacco: qualiſnam omnium perturbatio? qualiſnam anguſtia, ac afflictio animum Beniamin cruciabat? Veluti reus aſtringitur, ſeuerumque ante iudicem defertur, ac in perpetuam damnatur ſeruitutem. Ad quid huiuſmodi rerum tragædia? Ad quid tot preſſuras, afflictiones, ac opprobria congerunt in dilectiſſimum iuuenem? Non ſanè vt opprobria, ac afflictiones, ſed vt certiſſimum gratiæ pignus, quam breuiter erga illos erat exhibiturus, vt fratres ſcilicet ſuos recognoſcens, eoſque apud ſe retinens, & honorificans. S. Ambroſius lib. 2. offic. cap. 16. *Reum ſtatuit rapina*, ait, *vt obſidem teneret gratia*. Et S. Gregorius homil. 22. in Ezech. *Mittit*, inquit, *vt reducantur addicti in ſeruitutem. O tormenta miſericordia!* Sic Deus erga iuſtos, & dilectos, &c. diſcurre.

Inducitur afflictio, vt conferatur gratia.

Dubium.

215 CVr dicitur à diſpenſatore domus Ioſeph, *Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet?* Pro *Scypho* Græcus *poculum* habet, Caldæus *Calicem* ſcribit. Arcanè quidem Euchariſticus *Calix*, ſeù cæleſte Euchariſtiæ *Poculum*, per hunc Scyphum, quo captari auguria ſolitant, præſignatur. Quaſi iſtiuſmodi *Scyphus*, ſeù *Calix* ſit augurium potatorum, aut æternaturæ felicitatis in Cœlis aut calamitatis æternæ in gehennæ barathro. Profectò Chriſti calix arcano quodam augurio deſeruire dicitur: dignè ſiquidem accipientibus empireæ gloriæ felix omen eſt: alijs verò perennantis gehennæ funeſtum infeliciter augurium. Hic calix eſt ineffabilis animarum incantatio, hominum fortuna, & mortalium conſultiſſimum fatum. S. Proſper de promiſſ. & prædict. Dei ita de hoc ſcypho ſcribit. *Poculum ſuum Ioſeph in ſacco Beniamin clàm iuſſit immitti: Quod requiſitum cùm fratres perturbaret ſuos, inuentum eſt in ſacco Beniamin.*

In Euchariſtico Scypho bona aut mala noſtra auguria captantur.

mis. Calix paſſionis Chriſti datus occultè per gratiam agnoſcitur. Pulchrè *ſcyphus*, ſeù *Calix* Auguriorum artifex; Euchariſticus Paſſionis Dominicæ *Calix* nuncupatur: Paſſio enim Chriſti in Calice repreſentata augurium hominum eſt, & mortalium omen. Tanquam cùm dilectiſſimo Beniamino nobiſcum agit Deus, quibus immittit paſſionis ſuæ calicem, quaſi fauſtum augurium, & proſperioris fortunæ felix prognoſticon; ſed caueant homines, ne hìc ſcyphus, quæ eſt beneficentioris beneuolentiæ nota, & eternæ proſperitatis omen, fiat ſcelerum conceptaculum, & damnationis character.

Antilogiæ ex capite Quadrageſimoquinto Geneſis.

verſ. 8. 216 N*On veſtro conſilio, ſed Dei voluntate hùc miſſus ſum.*

Gen.cap.50.verſ.19. *Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* verſ.20. *Vos cogitaſtis de me malum.*

Antilog. Si voluntate Dei præſtitum quod Ioſeph à fratribus venditus in Ægyptum pergeret, & Dei *non poſſumus voluntati reſiſtere* quomodò malitiæ fratrum hoc datur?

Respond. Non hìc Ioſeph peccatum fratrum ſuorum refert in Deum, ſed tranſitum ſuum in Ægyptum; nempè quatenus ex eo magnum bonum Deo prouidente conſecutum eſt, hinc ait, *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum*, quod declarauit inde, *Vos cogitaſtis de me malum*. Ergo veſtri conſilij non erat me exaltare: ſed ſolius Dei, qui tamen veſtro malo conſilio vſus eſt in bonum commune, & meum, & veſtrum. Ergo obiectum voluntatis diuinæ in hac Ioſephi tragœdia non erat peccatum fratrum, vt impiè blaſphemant Melanchthon, Caluinus, & alij hæretici: ſed tantùm bonum commune tot populis indè futurum.

217 *Moral.* In his verbis: *Nolite timere, nam Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Vos cogitaſtis de me malum, &c. oſtenditur Prælatorum diſcretio in vſu miſericordiæ, & rigoris: quod totum inibi Rupertus Abbas eleganter declarat dicens. *Attamen vbi mulcet pietas, illic pariter pungit veritas, nè ſic de remiſſione eius, qui læſus eſt, fratres gaudeant, quatenus à ſolicitudine iudicij Dei mentis oculos claudant*. Nolite, inquit, timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? *Hoc planè pietatis eſt*. Vos cogitaſtis de me malum, & Deus vertit illud in bonum. *Hoc aſperitatis eſt. Vtile omnibus qui præſunt hinc exemplum ſumendum eſt, vt cito quidem in ſe peccantibus dimittant, & inſuper bona pro malis retribuant, ſed de Dei iudicio peccatores nimium ſecuros eſſe non ſinant.* *Prælatus debet eſſe diſcretus in vſu miſericordiæ, & rigoris.*

Dubium.

218 CVr Ioſeph non intentat minas, in ſe commiſſas, non recordatur offenſas; imò Deo adſcribit exilium, ne aſcribat fratribus odium? Hoc totum ingenioſè expendens S. Baſilius Seleucienſis orat. 8. ſic aiebat. *Cùm in manibus haberet homines iniurios, & punire non fratres, ſed hoſtes potuiſſet, quid agit? Vide inuſitatam vltionis formam, inuidiam, venditionem, belluinamque immanitatem humanitatis obſequijs vlciſcitur*. Attentiùs audi, quæ annectit: *Iniuriarum defenſionem, qui eas patiebatur, quærit; & affectum animi exprimens ſyncerè fratres amplectitur, germaniſque labijs eos oſculatur, qui dentibus inclementer lacerauerunt*. Affectus delinquentium *Amor obliuiſcitur faciliè offenſæ; imò offendentis ſollicitat gratiam.* *Nobile vindictæ genus ignoſcere victo.*

tium ſuſcepit cauſam, & ſine mendacij crimine ab indignatione defendit culpam, Ioſeph ipſe venditoribus ſuis blanditur, & belluinis dentibus laceratus fratres charitatis brachijs complectitur. Non illis opus fuit commiſſam in Ioſephum culpam artificioſis excuſationibus minuere, aut de ignorantiæ erroribus alleuiare, ipſo namque offenſus patroni munus arripuit; & iniuriatum defenſorem eloquentia charitatis peregit, cæleſti attribuens conſilio, quod ferali demanarat ab odio: *iniuriarum defenſionem, qui eos patiebatur, quæris.*

Antilogiæ ex capite Quadrageſimo ſexto Geneſis.

verſ. 27. 219 O*Mnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſa ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta.* Actus Apoſtol. cap. 7. verſ. 14. *Mittens autem Ioſeph accerſiuit Iacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuagintaquinque.*

Antilog. Si ex Moſaica hiſtoria ſeptuaginta ſolùm fuerunt animæ, quomodò Sanctus Lucas addit quinque, dicens: ſeptuagintaquinque?

Reſpond. Annumerantur Ioſepho Manaſſis filius Machir, & nepos Galaad; Ephraimi filij, Sutalaam, & Iaam, ac nepos Edem, qui fuit filius Sutalaam, his enim additis (ad numerum, qui habetur in verſic. 26. ideſt. *Cunctæ animæ, quæ ingreſſa ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſa ſunt de femore illius abſque uxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex.*) ſunt ſeptuaginta quinque. Hi autem adduntur, quia hi nati ſunt viuente adhuc Ioſepho

An. 70. an. 75. Iſraelitæ ingreſſi ſunt Ægyptum.

auo, vt patet Gen. cap. 50. verſ. 22. Nam deſcenſus hic, & ingreſſus Iacobi in Ægyptum, extendit ſe vſque ad mortem Iacobi, & Ioſephi. Ita S. P. N. Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 40.

220 *Moral.* Proles numeroſa boni patris eſt fructus cæleſtis benedictionis Teſſera, seneſcentis parentis ſubſtentaculum. *Filij ſunt Dei Benedictio.*

Dubium.

221 CVr Sanctus Lucas, cùm eſſet Hebræus, radicem hebraicam relinquens, Græca exemplaria ſeptuaginta imitatur? optima ſanè ratione hoc fecit Sacer Euangeliſta: ſcribebat enim gentibus, apud quas ſeptuaginta tranſlatio erat valde celebris, & plauſibilis; & ita eorum propenſioni ſe accommodans, exemplaria Græca ſequitur, vt apud Gentiles lectione ſua delitiatos Actorum liber magnam fidem, ac authoritatem retineret. Audiamus ergo Rupertum Abbatem lib. 11. in Geneſim, cap. 16. *Quòd ſi quæritur,* ait, *cur Sanctus Lucas, qui ſupradictæ ſcriptor eſt hiſtoriæ, in Gentes Actuum Apoſtolorum volumen emittens, non ſecundùm Hebraicam veritatem, Septuaginta, ſed Septuaginta quinque animas, iuxtà Septuaginta Interpretum editionem, ingreſſas in Ægyptum eſſe dixerit, facilis excuſatio eſt. Non enim debuit aliquid ſcribere aduersùs eam Scripturam, quæ iam fuerat, aut Gentilibus diuulgata, & vtique maioris opinionis illo tempore duntaxat Septuaginta Interpretum habeatur authoritas, quàm Lucas, qui ignotus, & non magnæ fidei in nationibus habeatur. Hoc autem generaliter obſeruandum eſt, quòd vbicunque Sancti*

Vtendum teſtimonijs quæ iam authoritatem habeant.

Apoſtoli, aut Apoſtolici viri loquuntur ad populos his plerumque teſtimonijs vtuntur, quæ iam fuerant diuulgata in gentibus.

Antilogiæ ex capite Quadrageſimo ſeptimo Geneſis.

verſ. 31. 222 A*Dorauit Iſrael*, ideſt Iacob Deum, *conuerſus ad lectuli caput.* S. Paulus ad Hebræos cap. 11. verſ. 21. *Fide Iacob, moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit: & adorauit faſtigium virgæ eius.*

Antilog. Si Deum adorauit, quomodò faſtigium virgæ eius? An virgæ faſtigium Deus erat? Num poteſtatis inſigne velut Deus habendum?

Poteſtatis inſigne quaſi Deus

Reſpond. Diuerſitas hæc verſionis prouenit ex nomine Hebræo, כטה, cui ſi ſubſtituas *Chiric*, & *Camets*, legaſque מטה *Mitta*, ſignificabit *Lectulum*: ſin ſubſtituas *Patach*, & *Segol* legaſque מטה *Matte*, ſignificabit *Virgam*. Hebræi enim omnes ante tempora Chriſti, imò vſquè ad tempora S. Hieronymi ſcribebant ſolas conſonantes verborum, & nomina ſine vllis punctis, aut vocalibus, ita vt hoc nomen מטה Hebraicè ſcriptum, tàm *Mitta* quàm *Matte* legi poſſet. Nimirum vſus eſt Spiritus Sanctus hac linguæ Hebrææ amplitudine, vt plura iiſdem verbis ſignificaret. Indè enim prouenit diuerſitas verſionum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis; S. Hieronymi, & aliorum. Voluit ergo Spiritus Sanctus legi hìc tàm *Mitta*, ideſt, lectulum; quomodò legit, & vertit Noſter in Geneſi, cum Aquila, & Symmacho; quàm *Matte*, ideſt Virgam, quomodo legerunt Septuaginta, & ex ijs S. Paulus.

Matte *Hebraicè virgam, & lectulū ſignificat mutatis punctis.*

Vnde prouenit diuerſitas verſionum Sacræ Scripturæ.

223 Senſus ergo eſt, quòd Iacob adorauerit, ideſt, reuerentiam exhibuerit, & curuando ſe, honorarit virgam, ideſt, ſceptrum, & poteſtatem, ac principatum Ioſephi. Hebræum enim השתחוה *hiſtachaua*, propriè ſignificat ſe inclinare, & curuare deorſum, aut proſternere ſe alicui, reuerentię cauſa, quod Latini, vt Suetonius in Auguſto, vocant ſupplicare.

224 *Moral.* Ex hac adoratione Iacob reuertentis ſe ad Lectuli caput, dixit Hugo Cardinalis: *Sanctus enim vir Deo deditus ſenectute oppreſſus, ſic habebat lectulum poſitum, vt ipſe iacentis habitus abſque vlla difficultate ad orationem eſſet paratus.* Vide quomodo in ſenecta retinentur, quæ in iuuentute accipiuntur; habitus enim virtutis, & ſanctitatis ſemita in florida incepta ętate vſquè ad decrepitam terminatur.

Retinentur in ſenecta, quæ in iuuentute accipiuntur.

Dubium.

225 CVr Iacob adorauit faſtigium virgæ, ideſt ſceptri Ioſephi? Id fecit Iacob fide credens Chriſtum ex virga Ieſſæa, & Iſraelitica, puta B. Virgine MARIA, ac conſequenter ex ſeipſa naſciturum: huius ergo virgæ caput, ideſt, Chriſtum noſtrum, cuius typus erat Ioſeph, veneratus eſt Iacob. Ita Sedulus in hunc Apoſtoli locum, & Procopius in Gen. 47. atque hęc fuit potiſſima cauſa, cur Iacob Ioſephum adiurarit, vt ſe ſepeliret, in Chanaan: quia nimirum in ſpiritu præuidebat Iacob Chri-

Iacob in virga Ioſeph adorauit Chriſtum.

Chriſtum in Chanaan naſciturum, & reſurrecturum, ſeque in Chriſto in die paſchatis cum alijs Sanctis Prophetis, & Patriarchis ibidem reſurrecturum credebat, & ſperabat, iuxta id quod contigit Matth. cap. 27. verſ. 52. Vnde Abulenſis in hunc Geneſis Textum, *Ab omnibus*, inquit, *Catholicis creditur, quòd inter alios, qui cum Chriſto reſurrexerunt, etiam Iacob patriarcha reſurrexerit.*

226 Rectè ergo ex hac adoratione ſceptri Ioſephi Patres Concilij Niceni II. (in Epiſt. Hadriani Papæ ad Conſtant. & Irenem, & in lib. Leontis) probant adorationem, & cultum imaginum, cumque non in imagine hærere, ſed ad prototypum ſuum referri, & tranſire docent. Sicut enim Iacob incuruans ſe ſceptro Ioſephi, non ipſum ſceptrum, ſed Ioſephum principem (cuius Symbolum, & imago erat ſceptrum) adorauit; ita cùm veneramur imagines, non imagines, ſed Sanctos, quorum ſunt imagines, veneramur. Si enim hoc impium eſſet, aut ſuperſtitioſum, impius, & ſuperſtitioſus fuiſſet Iacob, qui ſceptrum Ioſephi adorauit; quod abſit. Sicut enim veneratio ſceptri, erat veneratio Ioſephi; ita veneratio imaginis, eſt veneratio Sancti, cuius ea eſt imago. Adde, quòd Iacob, vt dixi, in ſceptro hoc, non tantùm præſentem Ioſephum, ſed & Chriſtum longè abſentem, & poſt multa ſæcula naſciturum, quaſi in imagine ſua repræſentatum adorauit.

Cultus imaginum probatus in II. Concilio Niceno ex adoratione ſceptri Ioſeph.

Antilogiæ ex capite Vigeſimo octauo Geneſis.

227 DO *tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* verſ. 22.

Gen. cap. 33. v. 19. *Emitque partem agri in qua fixerat Tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem centum agnis.*

Quomodo dicit Iacob tuliſſe hanc agri partem de manu Amorrhæi in gladio, & arcu ſuo, ſi emerat à filijs Hemor patris Sichem? Num quod emitur pecunia, aut commutatione agnorum gladio, & arcu acquiritur? Certè aliqui venditores hoſtium pugnantium vices gerunt. Sed

Antilog.

Multi venditores potius ſunt hoſtes dimicantes.

Reſpond. Iacob agrum ſitum in Sichem prius emit pecunia ab Hemor; ſed cùm poſt ſtragem Sichimis à ſuis illatam, metuens ne Chananæi in ſe viciſſim irruerent, inde abyſſet, tunc agrum hunc Sichimenſem occuparunt vicini Amorrhæi; quos rediens Iacob vi, & armis expulit, ſuumque agrum in gladio, & arcu recepit. Hoc enim clarè hìc dicitur, licet alibi res geſta non narretur. Ita ex Andrea, Maſio, Peretio, Menochio, & alijs colligitur.

228 *Moral.* Vide quomodò prudentiſſimus Senex dat caſtiſſimo filio Ioſeph in poſſeſſionem ciuitatem, in qua ſtuprum, & libidinoſa cupiditas floruerat; quod magno conſilio factum eſt, vt vbi dominata erat luxuria, ibi regnaret, ac triumpharet caſtitas, *Hæredem ergo*, inquit S. Eu-

Vbi dominata eſt luxuria, regnet caſtitas.

S. Eucherius: *Bonorum operum Sanctum Ioſeph præ cæteris eligit, cuius opera fratres æquare non poterant; ideo locum ſtupris, & flagitijs vacantem ad incolatum Sanctorum verbis cæleſtibus, & gladio capiens Spirituali, vt vbi habitatores antea laſciuiæ, & principes Luxuriæ verſabantur; vbi fuerant incentiua libidinis, & fomenta nequitiæ; ibi nunc Sancti Sacerdotes magiſteria doceant caſtitatis, & plurima virginalis integritatis exempla, quodam ſupernæ lucis fulgore reſplendeant.*

In dignitate pondus imminet.

229 Inſuper. *Do tibi partem vnam* Sanctus Hieronymus relatus in Gloſſa legit. *Do tibi humerum vnum*. Quia cum pars illa armis Iacob acquiſita tantum honorem, & præeminentiam diceret, humeros etiam ad ſupportandum deſignabat. Carolus V. iam ſeneſcens, onerum Reipublicæ pertæſus, cum principatum in filium ſuum Philippum II. transferret, lachrymans dixit: *O fili, magnum tibi onus impono, Ego enim toto tempore principatus mei, nunquam quadrantem horæ magnis curis, & anxietatibus vacuum habui.*

Carolus V. lacrymans, regnum onus magnum vocauit.

Dubium.

230 CVr Iacob magis eligit agrum illum, vt tanquam rem magnam ſingulariter delegaret ſuo dilecto Ioſeph, quàm quodcumque aliud donum quibus multis abundabat, cum ipſe eſſet valde locuples? In agro illo prope vrbem Sichem ſepeliuit Iacob idola. (Gen. cap. 35. verſ. 4.) ibique inſudauit, cum ea infoderet; ac terra obrueret; imò, & Sichem laborem denotat (nempè Humerum) ſicut, & idola noſtros appetitus, ac concupiſcentias. Iacob ergo ſibi perſuaſit nullam pretioſiorem rem poſſe pro magno beneficio, ac amore filio ſuo Ioſeph in hæreditatem inſtituere; quam agrum illum tanquam laboris, ac ſudoris documentum, vt inordinatas appetitiones ſubtraheret, eaſque pedibus conculcaret. Nulla amplior hæreditas, quàm delegata inſtructio in agro Sichem, vt concupiſcentiæ idola noſtrorum affectuum conculcatione terra obruerentur, & ſub plantis proſternerentur. D. Nilus in Aſcet: *Beatus Iacob*, ait, *Deos alienos in Sichimis abſcondit. Porrò Sichima, quod eſt humerus, ſignificat laborem, qui in domandis cupiditatibus ſumitur, quare Iacob partem eximiam dat Ioſeph ipſa Sichima, quàm in arcu, & gladio ſuo ſe dicit acquiſiſſe; in quo demonſtrat, ſe certandum, & laborando vitia ſuperaſſe.*

Proprias concupiſcentias calcare magnum donum.

Antilogiæ ex capite Quadrageſimo nono Geneſis.

231 N*On auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat, qui mittendus eſt.* verſ. 10.

Antilog.

Sceptrum de Iuda ablatum fuit ſub Nabuchodonoſor, ſub Machabæis, ſub Herode; quomodo ergo dicitur non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat Meſſias, ideſt, Chriſtus qui mittendus erat; & ipſe venit extremis ſolùm annis Herodis?

Reſpond. Notandum eſt quòd, vſquè ad tranſmigrationem fuerunt Sexaginta Reges de Iuda,

exindè

Regni Iudæorum vſque ad Meſſiam variatum Sceptrum.

exindè fuerunt duces vſquè ad Ariſtobolum filium Hyrcani, ſiue Ioannis, qui primus mortuo patre ſuo, & incarcerata matre Syra, impoſuit ſibi Diadema, vt legitur in Eccleſiaſtica Hiſtoria rubrica de Reſtitutione regni Iudæorum: Et iterum fuerunt reges vſquè circa tempora Chriſti, & tunc defecerunt vtrique, reges, & duces, & regnauit alienigena, ſcilicet Herodes Aſcalonita filius Antipatris Idumæi: Et ita impletum eſt quod prophetatum eſt Daniel cap. 9. verſ. 25. 26. & 27. Ita quod circa aduentum Chriſti reſtitueretur regnum Iudeorum, & iterum in aduentu eius omninò deſtrueretur, quia poſt Herodem nullus regnauit de Iudæis. Ita ſenrit Hugo Carenſis, & Alij poſt ipſum.

Dignitas danda meritis, & non affectu.

232 *Moral.* Iacob inter omnes filios diligebat Ioſeph, & tamen Iudæ, non illi regale ſceptrum donauit; nam Sanctus ſenex diuino rectus Spiritu, attendebat non ad amoris affectum; ſed potius ad meritorum rationem, quàm plus reſplendeſcere in Filijs Iudæ, quàm Ioſeph certò præuidebat; & inde in illis, & non in his regiam coronam conſtituit. Sic Rupertus in lib. 7. de operibus Spiritus Sancti, cap. 10. dixit: *Quia in dandis benedictionibus, non ſuam, ſed Dei voluntatem debuit facere; non carnis affectum, ſed Spiritu Sancti instinctum ſequi dignum fuit.* Hinc habes; quod in conferendis honoribus; & dignitatibus merita non affectus te ducant. O prænobile moraliſſimum documentum!

Dubium.

233 CVr veniente Chriſto ablatum fuit ab Herode Regnum, quod ipſe iamà Iuda abriperat? Hugo Victorinus rem totam dilucidat lib. 4. inſtitut. Monaſt. dicens. *Venit Herodes, qui non erat de Iſrael, & arripuit ſceptrum dominationis in populum, vt ad exortum cæleſtis imperij carnale regnum deficeret; & promiſſus à ſeculis Rex Iſrael, cùm non eſſet ſceptrum de Iuda, æternum reciperet, quod temporale transierat.* Ante Chriſti exortum notatur Herodis regnum, quòd citò defecit, ac à Romanis extinctum eſt: Vt fiat manifeſtum, quòd ad præſentiam regni cœleſtis omnia bona temporalia diſparent. *Vt ad exortum cæleſtis imperij carnale regnum deficeret.* Deinde etiam vt cognoſceremus ſceptrum Iſrael Chriſto promiſſum eſſe æternum, cùm temporale eſſet in manu Herodis.

Ad præſentiam æterni Regni temporalia deficiunt.

234 *Donec veniat deſiderium collium æternorum benedictiones patrum* (Meorum) *fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi.* verſ. 26.

Ioſeph non fuit Nazaræus (vt habetur Gen. cap. 43. verſ. 24) & poſteri eius non durauerunt vſque ad Chriſti aduentum, ſed ſub Ieroboamo à cultu veri Dei deflexerunt, & Salmanaſare (4. Regum. cap. 17.) ante natum Chriſtum annis 687. perpetuum abducti ſunt in exilium, quomodò ergo verificatur Textus? *Antilog.*

Nazareus quid interpretatur.

Reſpond. Nazaræus *Separatus Conſecratus, & Coronatus*, interpretatur. Fuit autem Ioſeph à patre, & fratribus, ab aliorum conſuetudine ſegregatus, cum in Ægyptum venditus, & carcere con-

conditus fuit: poſteà coronatus ipſe in Ægypto, poſteri eius in Iſrael. Hinc ſeptuaginta Interpretes habent: ſupra verticem glorificatus in fratribus. Ita S. Ambroſius lib. de benedictionibus Patriarcharum cap. 11. & Rupertus. Indè certum eſt Ioſeph Nazaræus, expreſſus fuit typus Chriſti Nazaræi, ideſt, à Iudæis, & communi hominum vita, ſeparati, Deoque conſecrati, ac coronati in ſummum orbis regem, & Pontificem.

Ioſeph Nazaræus Chriſti Nazaræi typus expreſſus.

235 *Moral.* Benedictio capitis coronati datur Ioſepho, quia etsi Pharaoni in Ægypto vt inferior, & ſeruus miniſtrabat, tamen velut rex magnus coronatus vitijs imperabat, & nulli cupiditati inſeruiebat; & inde meritò caput eius regali diademate imminebat: Dicit S. Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 4. *Ioſephum: In ſeruitute dominari: Pharaonem in libertate ſeruire:* & proinde, *beatiorem fuiſſe Ioſeph ſeruitutem, quàm Pharaonis Regnum.* Habes hinc vitijs eſt ſeruire, vitia ſequi; vitijs dominari, vitia contemnere; & vbi virtus ibi regia dignitas. Adde etiam quòd, & ipſa Ioſephi futura dignitas iam in eius tunica polymita vel (vt cũ Symmaco loquar) *Variata* prænoſcebatur. Et quid nam in hac Tunica variata videbatur? Quid? Audi: Variæ prælucebant in vmbra virtutes, quibus; tu Ioſephi probitatem æmulaturus, venuſtus incedas neceſſe eſt. Exhibeo Rupertum; *Fecit tanquam perfecto, iamque pleno dierum, ideſt, virtutum, tunicam polymitam, ideſt varietate diſtinctam. vſquè ad talos pertingentem, videlicet ob virtutum multiplicitatem.* Hinc arguté ſcripſit Mediolanenſium Paſtor, vbi ſuprà, Ioſephum (virtutum cauſa) *In ſeruitute dominari: Pharaonem in libertate ſeruire.*

Vbi virtus ibi regia dignitas.

Dubium.

236 CVr Iacob omnes, quos de liberis, & ancillis genuit æquali honore filios, & hæredes conſtituerit? Quia ſcilicet, Chriſtus Dominus omnes qui per fidem corporis eius conciliantur pari honore, & gloria coronat, & cæleſtia præmia largitur: non enim eſt diſtinctio vtrùm Iudæus ſit an Græcus: Barbarus, an Scytha, Seruus an liber, quia per omnia, & in omnibus Chriſtus, qui formam ſerui, & pro ſeruo, & pro libero aſſumpſit, ſeruiuit æquè omnibus, vt omnibus æquale donum largiatur. Quicunque enim fidem Domini promeretur nullis maculis carnalis natiuitatis obſcuratur. Vndè Ioelis cap. 2. verſ. 28. dicitur: *Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem.*

Chriſtus omnibus æqualis par honore coronat.

Hinc validiſſimum in Chriſtiana fide ſalutis noſtræ præſidium ſitum eſſe, refragatur nemo, qui, ſinè fide, hominem placere Deo nequaquam poſſe, tanquam primum Chriſtianæ eruditionis elementum acceperit, Hebr. cap. 11. *Conſtat*, enim, *neminem ad veram poſſe peruenire beatitudinem, niſi Deo placeat, & Deo neminem placere poſſe, niſi per fidem. Fides namque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides, eſt humanæ ſalutis initium. Sinè hac, nemo ad filiorum Dei conſortium peruenire poteſt, quia ſine ipſa, nec in hoc ſæculo quiſquam iuſtificationis conſequitur gratiam, nec in futuro, vitam poſſidebit æternam;* Hæc noſtræ fidei addenſauit Elogia S. P. N. Auguſtinus Serm. 38. de Tempore.

CAPVT XXVII.

De notitia totius Geneſis hexametris verſibus expoſita in quibus ſumma cuiuslibet capitis facillimè percipitur.

Cap.I. Cap.II. Cap.III. Cap.IV. Cap.V. Cap.VI. Cap.VII.
Geneſis dictum opera. De ligno vitæ ne edant. Adam, & Eua. Occiditur à Cain. Transfertur. à Noe. Noe, & filij eius.
Sex. Prohibet. Peccant. Abel. Enoc. Et Arca fit. Intrant.

Cap.VIII. Cap.IX. Cap.X. Cap.XI. Cap.XII.
Noe de arca. Nudatus coram filijs. Filij, & filiæ Noe. Babel. Egreditur de terra.
Egreditur. Dormit. Variantur. Turris. Et Abram.

Cap.XIII. Cap.XIV. Cap.XV. Cap.XVI. Cap.XVII. Cap.XVIII.
Separatur ab Abraham. Ab Abraham vincuntur. Deo Abraham. Agar. Abraham, & ſuorum. Saræ poſt eſtinguë.
Loth. Reges. Credidit. Fuga. Circumciſio. Riſus.

Cap.XIX. Cap.XX. Cap.XXI. Cap.XXII. Cap.XXIII. Cap.XXIV.
Deſtruxit Pentapolim. Abſtulit Saram. Sara Iſaac. Abraham filium. Moritur. Iſaac iungitur.
Sulphur. Rex Gerarę. Parit. Offert. Sara. Rebecca.

Cap.XXV. Cap.XXVI. Cap.XXVII. Cap.XXVIII. Cap.XXIX.
Eſau. & Iacob. Quos fodit Iſaac. Iſaac filios. Quam vidit Iacob. Lya, & Rachel.
Poſt geminos. Putei. Benedicit. Scala. Sorores.

Cap.XXX. Cap.XXXI. Cap.XXXII. Cap.XXXIII. Cap.XXXIV.
Excoriat. Iacob à Laban. Iacob cum Angelo. Eſau acquiritur. Corrumpitur.
Virgas. Abſcedit. Luctatur. Gratia. Dyna.

Cap.XXXV. Cap.XXXVI. Cap.XXXVII. Cap.XXXVIII. Cap.XXXIX. Cap.XL.
Naſcitur. Deſcribitur. Fratres Ioſeph. A Iuda cognoſcitur. Ioſeph Domina. Dies piſtoris, & Pincernæ.
Beniamin. Gentes Eſau. Vendunt. Thamar. Impia. Tres. Tres.

Cap.XLI. Cap.XLII. Cap.XLIII. Cap.XLIV. Cap.XLV.
Ioſeph in Ægypto. Fratres eius. Iidem fratres. Illata eis. Fratres Ioſeph.
Præficitur. Veniunt. Redeunt. Poſt triſtia. Noſcunt.

Cap.XLVI. Cap.XLVII. Cap.XLVIII. Cap.XLIX. Cap.L.
Iacob in Ægyptum vadit. Regi dant Ægyptij. Iacob. Filiorum Iacob. Moritur.
Omne genus. Quintam. Languet. Benedictio. Ioſeph.

CAPVT

CAPVT I.

GENESIS.

1. IN principio creauit Deus cœlum & terram.
2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi:
& Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.
3. Dixitque Deus: * Fiat lux. Et facta eſt lux.
4. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: Et diuiſit lucem à tenebris.
5. Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem; Factumque eſt veſperè & ma-
nè, dies vnus.
6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.
7. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento ab his, * quæ erant
ſuper firmamentum. Et factus eſt ità.
8. Vocauitque Deus firmamentum, cœlũm: & factum eſt veſperè & manè, dies ſecundus.
9. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum: & appareat arida.
Et factum eſt ità.
10. Et vocauit Deus aridam terram, congregationeſque aquarum appellauit Maria. Et vidit
Deus quod eſſet bonum.
11. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens
fructum iuxtà genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ità.
12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque fa-
ciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit
Deus quòd eßet bonum.
13. Et factum eſt veſperè & manè, dies tertius.
14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, &
ſint * in ſigna, & tempora, & dies & annos.
15. Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ità.
16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt praeſſet diei: & luminare minus
vt praeſſet nocti: & ſtellas.
17. Et poſuit eas in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram.
18. Et praeßent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum.
19. Et factum eſt veſperè & manè, dies quartus.
20. Dixit etiam Deus Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub fir-
mamento cœli.
21. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produ-
xerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quod
eſſet bonum.
22. Benedixitque eis, dicens. Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: aueſque mul-
tiplicentur ſuper terram.
23. Et factum eſt veſperè & manè, dies quintus.
24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & repti-
lia, & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumque eſt ità.
25. Et fecit Deus beſtias terræ iuxtà ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo.
Et vidit Deus quod eſſet bonum.
26. Et ait: Faciamus hominem ad * imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus
maris, & volatilibus cœli, & beſtijs vniuerſaque terræ, omnique reptili, quod mo-
uetur in terra.

27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam : ad imaginem Dei creauit illum ,* * *maſculum & feminam creauit eos .*

28. *Benedixitque illis Deus , & ait : Creſcite , & multiplicamini , & replete terram , & ſubijcite eam , & dominamini piſcibus maris , & volatilibus cæli , & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram .*

29. *Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram , & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui .* * *vt ſint vobis in eſcam .*

30. *Et cunctis animantibus terræ , omnique volucri cæli , & vniuerſis quæ mouentur in terra , & in quibus eſt anima viuens , vt habeant ad veſcendum . Et factum eſt ità .*

31. * *Viditque Deus cuncta quæ fecerat : & erant valde bona . Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus .*

LIT-

LITTERALIS EXPOSITIO.

ſ. 1
erſ.1.

IN principio; ideſt Temporis, ità tamen, quod prius natura intelligantur aliqua creata, quam fuerit tempus: Tempus enim ex D. Thoma, & Ariſtotele præſupponit motum, & motus mobile, cum tempus ſit menſura eiuſdem motus: Tempore tamen ſimul fuerunt mobile, motus, & Tempus. *Vide Concil. Lateranenſe ſub Innoc. III. cap. 1. Lucretium lib. 5. S. Ambroſ. lib. 1. Exam. cap. 3. S. Baſil. lib. 2. contra Eunomium B. Albert. Magn. in ſum. tract. 1. q. 4. memb. 4. & in 2. d. 1. à. 10. Machab. lib 2. cap. 7.*

principio ationis rant ſi al mobile, otus, & mpus,

2 *Creauit:* quia ex nihilo producta: per hoc enim Creatio diſtinguitur à productione, ſeù Generatione, quia ſecundum D. Th. 2. *ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. Generatio præſupponit ſubiectum, Creatio, verò, fit ex nihilo, cum ſit productio rei ex nihilo*, ideſt ex nullo præſuppoſito ſubiecto in cuius potentia præcontineretur.

Generatio ſuppone biectum. reatio ſit nihilo.

3 *Deus:* quia cum ad creationem requiratur infinita virtus, juxtà illud Eſdræ 4. *cap. 9. v. 17. & qualis operator, talis & creatio.* Virtus enim creata ex nihilo, nihil facit; benè dicitur *Deus*, reſpectu cuius ſolummodò poſſibilis eſt creatio.

d creandū quiritur rtus infi- ta.

4 *Cœlum* licèt ponatur in ſingulari, ſupponitur tamen, ſeù intelligitur pro omnibus cœlis, quoad ſubſtantiam: vel ponitur hoc nomen *Cœlum*, à celando, quia celantur nobis regiones illæ incorruptibiles inanimatæ, ineffabili luce præditæ omnibus ornamentis inſtructæ, quas præparauit Deus, vt eſſet digna manſio, in qua vitam beatam, ac incomprehenſibilibus bonis cumulatiſſimam agerent, quicumque vitæ præſentis curſum iuſtè, ac ſanctè tranſegerint: Dixi, Regiones incorruptibiles, nempè ſolidæ, quarum ſubſtantia, vt cum D. Thoma (2. *d.* 14. *q.* 1. *art.* 2.) loquar eſt longè diuerſæ rationis ab elementari, eſtque veluti quinta quædam eſſentia diuinior, purior, ac actualior, vt, etiam aſſerit D. Dionyſius citatus à D. Thoma.

elum di um à ce ado.

ali vocati unt regiones ncorrupti- iles.

5 Ex hoc enim colligitur futilis, & quaſi erronea coniectatio aliquorum, qui volunt cœlos aqueos eſſe, adducentes, pro eorum ratione, cœlos ab Hebræis dictos שמים *Samaim* à duabus vocalibus מים *Sam* שם *Maim*, quæ idem ſonant, *ac, ibi Aqua*, & per hoc aquei ſint.

6 Satis enim ex ſe apparet futilis iſta ſpeculatio. Primo enim, quia deficit hæc Ethimologia, quod oporteret geminari litteram *Mem* מ. Deindè, quod hoc nomen tribuatur primario cœlis ſupernis, antequam diceretur de inferioribus; quos nec aqueos, nec aquis opertos fatentur omnes.

Cœli non ſunt aquei.

7 Quaſi erronea ſcripſi, quia videtur manifeſtè contra ſcripturam, dicente *Iob. cap. 37. v. 18. Fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi, quaſi are fuſi ſunt:* ☞ *nota*, non dicit quaſi aquei.

Cœli ſunt ſolidiſſimi quaſi ærei.

8 *Et Terram:* nomine Terræ, veniunt etiam elementa.

9 *Terra autem erat inanis, & vacua:* Non quia daretur vacuum (*S. Thomas 1. p. quæſt. 46. artic. 1. ad 4.*) quod licèt neque per Angelos poſſit cauſari, benè tamen virtute diuina, tunc non erat admittendum; & ratio eſt, cum vacuum deſtruat ordinem vniuerſi, qui conſeruatur per conſociationem corporum, non videtur admittendum illo tempore, quando mundus creabatur, cum nec modò naturaliter dari nequeat inſigne aliquod vacuum, vt volunt Peripatetici omnes, contra quoſdam, qui inanibus experientijs confiſi conantur ipſum inducere. Verſ.2.

Vacuum non datur, & per Angelos non poteſt cauſari.

10 Secundò non eſt admittendum; quia ſi tunc fuiſſet Vacuum ad impediendum effectum eius, nempè vniuerſi deſtructionem, requirebatur miraculum, quod non eſt dicendum, cum non ſint multiplicanda entia ſine neceſſitate: Ergo, dicitur Terra erat inanis, vel quia Tunc *inuiſibilia erant*, vt vult *Abulenſis in Gen. cap. 1. qu. 7. litt. K. col. 1. pag. mihi 4. impreſs. venet.* vel quia tunc carebant ſuo ornatu v. g. Aër volucribus, Aqua piſcibus, & Terra ipſa Animalibus, Plantis, &c.

Vacui effectus deſtructio eſt vniuerſi.

11 *Et Tenebra erant ſuper faciem abyſſi:* Abyſſi

ANNOTATIO MORALIS.

Verſ. 1 § 55 IN *principio*, ideſt in filio: Filius enim eſt creator omnium: S.P.N. Auguſtinus *de Cant. nouo cap. 7. in med. tom.9.Quod ſcriptum eſt, in principio, intelligitur in filio, qui eſt Principium.*

56 ☞ Nota: *In principio* Aquila vertit *in capite*: Hebræum enim *reſeit* ideſt *principium*, deducitur à ראש *Ros*, ideſt *Caput*.

Liberi arbitrij vſus.

57 *Creauit* ברא *Barà* Hieronymus ab Oleaſtro vertit *diuiſit*. Ex hoc collige, quod menti hominis, ſeù eius Libero arbitrio ſtat diuidere *bonum*, & *malum*, nomine *cæli*, & *terræ*, ſignificata per Vgonem, & ex his eligere quidquid ei placuerit, nam Eccleſiaſticus (*cap. 15. v. 14. & 18.*) ſapiens dicit, *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.... Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.*

In manu hominis eſt æterna ſalus.

58 *Cælum, & Terram*, ideſt animam, & corpus S P.N, Aug. *ſerm. 134 de Tempore ante finem. Tom. 10. Cælum Spiritum, Terram carnem, hoc eſt hominem ſpiritalem.*

Anima eſt cælum. Terra eſt corpus.

59 Vel nomine *cæli*, Iuſtus ſignificatur homo, & *Terra*, Peccator. Hugo Card. ibidem.

Cælum, Iuſtus eſt. Terra peccator.

60 Vel nomine *cæli* intelliguntur gratiæ ſupernaturales, & *Terra* naturales, vt ſunt diuitiæ; ſanitas &c. S. Hieronymus *ſuprà cap. 23. Iſaiæ cit. à Laureto in Sylua Alleg. litt. T. Terra deſignat proſperitatem huius mundi, & abundantiam.*

Nomine cæli gratia ſupernaturales; & Terra naturales.

Verſ. 2. 61 *Terra autem erat inanis, & vacua*: Peccator eſt vacuus à bono; ſicut vir humilis eſt vacuus à tumore ſuperbiæ: De peccatoribus dixit Iob, *cap. 9. v 18. inuolutæ ſunt ſemitæ greſsuum eorum; ambulabunt in vacuum, & peribunt.*

Peccator vacuus à bono, ſicut iuſtus vacuus à malo.

62 Vel *Terra erat inanis; & Vacua*; quia quidquid boni habet homo, non habet à ſe, ſed à Deo S.P.N. Auguſtinus *lib. 2. Confeſs. cap. 7. circa medium. Tom. 1. Gratiæ tuæ deputo quæcumque non feci mala.*

Omne bonū deſurſum eſt.

63 *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*; Peccata, & ſcelera dicuntur eſſe ſuper cor peccatoris: Hinc dixit Ieremias *cap. 17. v. 9. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile.*

Peccata ſuper cor Peccatoris manent. Cor peccatoris inſcrutabile, vt abyſſus.

64 Vel dic *ſuper faciem*; quia Peccatum rationem perturbat, ideò rectè peccato nomen, tenebræ, poſitum eſt; vndè Epheſijs pœnitentibus dixit Apoſtolus S. Paulus *ad Epheſios cap. 5. v. 8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

Crimina rationem perturbant. Peccatum eſt Tenebra.

65 *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas*; quia ſpiritus Dei adeſt ſpecialiter his qui in aquis tribulationis manent, vt cecinit Dauid Pſal. 33. *v. 19. Iuxtà eſt Dominus ijs qui tribulato ſunt corde.*

Spiritus ſanctus ſpecialiter tribulatis adeſt.

66 Vel dic, *ferebatur ſuper aquas*, quia quocumque fluant homines per peccata ſemper ſuperfertur Dominus quærendo illos ſua gratia, vndè ad oſtium animæ pulſans amoris voce, dicit in Canticis Cantic. *cap. 5. verſ. 2. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea.*

Gratia Dei ſemper eſt in promptu. Deus noſtræ ſalutis amātiſſimus.

67 Vel his, qui ſunt ſuper aquas diuitiarum, nempè diſtracti à mundo, ſicuti religioſi, (ideo *Nazarei* dicti, hoc eſt *Separati, Conſecrati Coronati*) qui in comparatione eternæ Sapientiæ diuitias nihil eſſe ducunt. *Sapient. cap 7. v. 8.*

Religioſis adeſt Spiritus Sanctus. Diuitiæ nihil ſunt.

Verſ. 3. 68 *Dixitque Deus, fiat lux, & facta eſt lux*: ideſt gratia, quæ eſt vera lux illuminans animam. S.P.N. Aug. *ſerm. 82. de diuerſis poſt medium tom. 10. Quando per ſpiritum Dei peccata dimiſſa ſunt, tunc dixit Deus fiat, & facta eſt lux.*

Gratia eſt lux animæ.

69 Vel dic, *Fiat Lux*, Homo rectus, & iuſtus lux eſt. S. Paulus *ad Epheſios vbi ſup. nunc autem Lux in Domino.*

Homo iuſtus eſt lux.

Verſ. 4. 70 *Et diuiſit Lucem à tenebris*: quia gratia opponitur peccato, quod comparatur tenebris. S.P.N. Aug. *lib. 13. Confeſs. cap. 10. circa init. Tom. 1. In nobis diſtinguitur tempore, quo tenebræ fuimus, & lux efficimur. Idem in pſal. 7. circa finem tom. 8. Iam verò tenebris ſignificantur peccata.*

Tenebræ ſūt peccata.

71 Vel dic *diuiſit Lucem à tenebris*: quia cum homo rectus ſit lux, tenebra Peccator, hi ſunt merito, & corona diuiſi, nam dixit Apoſtolus S. Paulus *2. ad Corinth. cap. 6. v. 14. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras?*

Peccator, & iuſtus merito, & præmio diuiſi.

Verſ. 5. 72 *Factumque eſt veſpere, & manè, dies vnus*; Pro die vnico intelligitur vita humana quæ admodum breuis eſt. S. Hilarius *ſup. Matt. c. 5. Tota dies, eſt totum tempus huius vitæ.*

Vita humana breuis eſt, vt vnus dies.

73 Et hæc Vita conſtat *veſperè, & manè*, ideſt tribulationibus nomine veſperis, & proſperitatibus per manè. S.P.N Aug. *in Pſ. 64. longè poſt medium tom. 8 Manè ſignificat proſperitatem ſeculi, veſperè tribulationem ſeculi.*

In Vita humana ſimul in vnum Tribulatio, & gaudium.

74 Hic nota ☞ quod dies triplex eſt; eſt enim dies infectus, eſt dies affectus, eſt dies perfectus. Infectus corruptione peccatorum; affectus deuotione bonorum; perfectus conſummatione bonorum. Primus ergo eſt tribus Infectus, voluntate, vanitate, & malignitate. De primo Hieremias *cap. 17. v. 16.* dixit, *Diem hominis non deſideraui, tu ſcis*. De ſecundò cecinit Pſalmiſta *Pſ. 102. v. 15. Homo ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri ſic efflorebit*. De Tertio S. Paulus *ad Corin. 1. cap. 4. verſ. 3. Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque me ipſum iudico.*

Dies moraliter triplex tripliciter ſingulatim diuiſus.

75 Se-

75 Secundus dies eſt affectus tribus: ſcili-
et, puritate conſcientiæ, ſanctitate iuſtitiæ, ſuauitate letitiæ de primo dixit Paulus 2. *orinth. cap. 6. verſ. 2. Ecce nunc dies ſalutis. emini dantes vllam offenſionem.* De ſecundo Zacharias pater Ioannis prophetauit *Luc. cap. 1. verſ. 74. & 75. Seruiamus illi in ſancti-tate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſ-tris*: De Tertio Eccleſia in Hymnis canit *atus dies hic tranſeat, &c.*

76 Tertius dies, nihilominus in tribus eſt perfectus. Primo, quia erit ſine noctis, el nubis interruptione: Secundo, lucis ma-gnitudine: Tertio plænaria Dei viſione: de primo ſcripſit Petrus *in Epiſt. cap. 1. verſ. 19. onec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordi-bus veſtris*: De ſecundo dixit Iſaias *cap. 30. erſ. 26. Et lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut x ſeptem dierum*: De Tertio prophetauit Oſeas *cap. 6. verſ. 3. Viuificabit nos poſt duos es: in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius*: ideſt ſine corruptionis mo-leſtia ſciemus ſecreta cæleſtia.

77 *Dixit quoque Deus fiat firmamentum*: ideſt Anima Rationalis. Vel Religio, ſeù ſtatus Religioſus, quo firmatur Eccleſia.

78 *In medio aquarum*: ideſt in medio po-pulorum ad ipſos ædificandos; ſeù in me-dio tribulantium, vt eos iuuent ſuis oratio-nibus.

79 *Diuiſitque aquas ab aquis*: boni à malis diuidendi; quia in Eccleſia Dei ſunt non tantum boni, ſed etiam mali, qui valdè diſ-crepant inter ſe; propter hoc dicitur etiam, quod ſint aquæ non ſolum *ſub firmamento*, ſed etiam *ſuper* illud, quia ſunt ſeculares non ſolum Religioſis vitioſiores, ſed etiam virtuoſiores.

80 Vel dic, quod *aqua* ideſt tribulatio-nes ſunt non ſolum in ſæculo, ſed etiam in Religione; immò abundantiores propter auſteritatem vitæ. Hinc mellifluus Doctor *Serm. 7: in Quadrag.* Vocat Religioſos *Marty-res viuos.*

81 Vel dic, quod *Aqua ſuper firmamen-tum* ſunt deſideria ſancta, & mundæ cogita-tiones: & *Aqua ſub firmamento* ſunt terrena deſideria, & immundæ cogitationes: de primis dixit Iob *cap. 12. verſ. 15. Si continue-t aquas, omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas, ſubuertent Terram.* De ſecundis dicitur 4. *Regum cap. 2. verſ. 19. Habitatio ciuitatis hu-ius optima eſt .... ſed aqua peſſima ſunt.*

82 *Vocauitque Deus firmamentum cælum*: Quia Religio, & Monaſterij locus eſt velu-t cœlum, in quo propter virtutes fulgent ſtellarum ad inſtar Religioſi cum Siſara in-fernali pugnantes vndè dicitur *Iudic. cap. 5. verſ. 20. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.*

83 *Congregentur aquæ in locum vnum*: quia tam Religioſi, quam ſeculares procurare debent inter ſe charitatem, & concordiam, proindè cecinit ſacer Vates. *Pſal. 133. verſ. 1. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.*

84 *In locum vnum*: ideſt quod quiſque patitur ordinetur propter Deum: Hic ad mores obſerua: Religioſos habere tres lo-cos: eſt enim nobis locus doctrinæ in clauſ-tro, in quo frater eruditur, & de hoc dici-tur *Pſal. 31. verſ. 8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris.*

Loci tres Religioſorum morariter expla nari.

Clauſtrum

85 Locus pugnæ in Oratorio, in quo bellum cum dæmone committitur; & de hoc dicitur *Pſal. 17. verſ. 35. Benedictus Dominus Deus meus, qui doces manus meas ad prælium.*

Oratorium

86 Locus medicinæ in Capitulo, in quo vulnus animæ ſanatur, & de hoc dicitur: *Pſal. 146. verſ. 3. Sanat contritos corde: & al-ligat contritiones eorum.*

Capitulum

87 *Vocauit aridam terram*: quia Religio- Verſ. 10
ſus auferendo à ſe imperfectiones ſæculi Terra vocatur ideſt potens facere fructus dignos pænitentiæ, & ſanctitatis: Origenes *in Gen. cap. 1. homil. 1. Sicut ergo arida hæc ſe-gregata à ſe aqua, vltrà non manſit arida, ſed iam Terra nominatur: hoc modo etiam noſtra corpora, ſi hæc ab eis ſegregatio fiat, iam non permanebunt arida, ſed terra appellabuntur, ex eo quod fructum Deo ferre iam poterunt.*

Religioſus debet, eſſe ſimilis terræ facientis fructus ſed pænitentia.

88 *Germinet Terra*: ideſt Religio, ſiuè Verſ. 11
Anima non ſit otioſa, ſed operetur bonum iuxtà proprium ſtatum S. P. N. Auguſtinus. *Serm. 245. de temp. cap. 3. Tom. 10. Hoc eſt ini-tium Religionis noſtræ benè viuere, abſtinere ab omnibus ſeductorijs, ſuſtinere mala temporalia.*

Otium animæ ſum mopere vitandum.

89 *Et protulit Terra &c. & vidit Deus quod* Verſ. 12
eſſet bonum: anima poſt receptionem gratiæ operando fructus virtutis fit digna benedi-ctionis diuinæ. *S. Paulus Epiſt. ad Heb. cap. 6. Verſ. 7. Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe imbrem; & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo*:
Verſ. 13. vide v. 5. Verſ. 13

Anima operans virtute à Deo benedicitur.

90 Vel dic cum *S. Ambroſio lib. 3. He-xameron. cap. 17. tom. 4. Germinet, inquit, Terra. Et ſtatim omne ſurgente germine terra completa eſt. Et homini dicitur: dilige Dominum Deum tuum: & non eſt charitas Dei omnium in-fuſa viſceribus. Surdiora corda hominum ſunt, quam dura ſaxorum. Terra debitos fructus no-bis miniſtrat, dum obſecundat authori: nos de-bitum munus negamus, dum non veneramur au-thorem.*

Cor humanum eſt ſurdum tanquam ſaxum.

91 *Fiant luminaria, & ſint in ſigna*: ideſt Verſ. 14
quilibet, & multo magis ſuperiores, & Prælati præbeant alijs bonum exemplum, & ædificationem, quia dicit Mediolanen-ſium Paſtor *Epiſt. ad Rom. cap. 1. Facit inferior quod fieri viderit à ſuperiore.*

Prælati ad bonum exemplum te-nentur.

92 Vel dic *Fiant luminaria*: ideſt homi-nes iuſti, hinc dixit Sanctus Paulus *ad Philip. cap. 2. Verſ. 15. & 16. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Verbum vitæ continen-tes.*

Homo iuſtus, vt lu-minare.

Verſ. 15

93 *Vt luceant in firmamentum cæli, & il-luminent terram*: ideſt Epiſcopus, & Sacer-

Sacerdotes, & Epiſcopi populorum lumi,

dos

dos poſiti in firmamento Eccleſiæ, ſicut lux debent illuminare populos, oueſque creditas, *quia ſcribit S. Ambroſius lib. de dignit. Sacerd. cap. 6. tom. 4. Quia Epiſcopus ipſe dum malè agit dignè perit; inſuper, & alios ſecum indignè perdit.*

Verſ.16 94. *Fecit Deus duo luminaria magna*: Homini dedit Deus intellectum, & voluntatem, illo minor iſta, vt his duobus magnis luminibus, diem, ac noctem, ideſt bonum, & malum faciliter videre poſſit.

Duo luminaria ſunt intellectus, & voluntas in homine.

95. Vel dic; Duo Teſtamenta *Maius* nouum, *Minor* vetus, vt his duobus luminibus homo diſcernere poſſit diem eternæ veritatis, & noctem humanæ nihilitatis.

Duo Teſtamenta duo ſunt luminaria.

Verſ.17 96. *Et poſuit in firmamento cœli, vt luceret ſuper terram* ideſt intellectum, & voluntatem poſuit in anima, vt lucerent ad benè operandum.

Verſ.18 97. *Et diuideret lucem, ac tenebras:* &
Verſ.19 diſtinguerent veritatem fidei à tenebris idololatriæ *Verſ. 19. vide v. 5.*

Verſ.20 98. *Producat aqua reptile*, ideſt, cum tam reptilia, quam volucres in aere, & in aquis Crucis figuram habeant; ſic producant aquæ cordis noſtri cogitationes tales, vt homo crucifixi imaginem in corde ferat, *S. Anaſtaſius Sinaita lib. 3. de quarto die creationis.*

Stigmata Ieſu Crucifixi in corde ferre debet homo Fidelis.

99 *Creauit Deus Cete grandia*, ideſt Pæni-
Verſ.21 tentiam peccatoris, quæ in mare lacrimarum ſe habet, *Vt cete grandia* comparatiuè ad alios attritionis actus.

Pœnitentia eſt velut Cete.

100 *Et Vidit Deus quod eſſet bonum*, attende, non eſt ſcriptum dixit Deus quod eſſet bonum; ſed vidit; quia ipſa quæ ſupradiximus, inquit Origines *hom. 1. in cap. 1. Gen. pag. mihi 5. Bonos poſſunt facere optimos, & Sanctos.*

Verſ.22 101 *Benedixit Deus dicens creſcite, & multiplicamini:* quia ex aquis genitos homines (nempè per Baptiſmum regeneratos) benedixit Deus dicens: creſcite, & multiplicamini, ideſt fidei, quam confitemini, opera coniungite, vt creſcatis coram oculis meis: quia dicit *S. Ambroſius In epiſt. ad Hebr. cap. 5. tom. 5. non fides ſola, ſed etiam vita cum virtute quæritur; quia fides ſine operibus mortua eſt S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus lib. 5. Anagog. contempl. in Hexamer.*

Non poteſt homo fieri magnus coram Deo niſi cum fide operaſ. dei vniat.

Verſ.23 Vide ſupra verſ. 5.

102 *Producat terra animam viuentem, iu-*
Verſ.24 *menta, Reptilia, & beſtias terræ.* Religioſi, & Spirituales, non ſolum ſint volucres, qui ſurſum feruntur, vt fiant obuiam Chriſto in aera, ſed etiam ſint Iumenta, remittendo ſe ipſos diuinæ Prouidentiæ, ſed etiam ſint Reptilia, & beſtiæ terræ. *Iumenta nam dicit S. Theodoretus in Pſal. 72. Vt iumentum ducentem ſequitur, quod non curioſè exquirit, quo trahatur, ſic à tua gratia gubernatus ſequar, & ego, minimè tuam prouidentiam curioſè inquirens. Sint reptilia operibus bonis prius oſtendendo*, quid debeant prædicare, iuxtà illud *S. Matth. c. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Sint *Beſtiæ terræ* alijs, ideſt proximis, ſeruiendo. *S. Ambroſius lib. de Parad. cap. 14. tom. 4. Hac enim Seruitute pollet populus Chriſtianus, ſicut, & Dominus ad diſcipulos ſuos ait S. Matth. cap. 20 qui vult inter vos primus eſſe ſit omnium ſeruus:* & Apoſtolus *ad Gal. c. 5. verſ. 13.* imperat *Per charitatem Spiritus ſeruite inuicem.*

Status Religioſi. Religioſi tria debent eſſe. Iumenta remittendo ſe prouidentiæ Dei. Reptilia per bonum exemplum. Beſtiæ terræ proximis ſeruiendo.

Dignitas ſuperiores in quo conſiſtat.

103. *Fecit Deus:* ideſt per gratiam ſuam Verſ.25
facit vt bona opera eliciantur ab homine. *S. Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain cap. 7. tom. 4. Dominus Deus tuus ipſe dat vires, vt facias virtutes.*

Gratia facit, vt faciamus.

104 *Faciamus hominem ad imaginem, &* Verſ.26
ſimilitudinem noſtram; Quia per Verbum *faciamus* omnes Sancti Patres intelligunt tres Diuinæ Trinitatis Perſonas; ideò ſequitur *hominem ad imaginem* earum factum habere trium Sanctarum Perſonarum aliquam propriam imaginem;

Trium Perſonarum diuinarum homo in ſe ſinguli aliquam imaginem portat.

Sic igitur habet homo animam *ad imaginem* Dei, & Patris.

In ratione ſeù verbo hominis interno effingitur Deus Verbum à Deo genitum; & in mente fert imaginem Sancti Spiritus, & de hoc diffuſe, vide S. Anaſtaſium Sinaitam in libro de conſtruct. hominis.

105 *Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs:* quia homo catholicus *ad imaginem Dei*, ideſt lumine veritatis inſignitus præeſt Iudeis, Barbaris, Turcis &c. immò inquit Supradictus S. Patriarcha *habet aduerſus iſtos inexpugnabilia arma ad defendendam Chriſtianorum Fidem.*

Hominis Catholici dignitas, & gloria.

106 *Maſculum, & fœminam creauit eos,* Verſ.27
Spiritum, & carnem; ſed quia inter ſpiritum, & carnem eſt continua rixa, vti dicit *Apoſtolus ad Galat. cap. 5. verſ. 17. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur:* idcircò infrà *fœmina* ideſt Carni, dicit *Gen. cap. 3. verſ. 16. ſub viri poteſtate eris*, ideſt ſpiritus, *dominabitur tui.* Vt Anima intelligat; ſi vult cœleſti benedictione creſcere in hac vita multiplicatione gratiæ, inſoleſcentem hanc reprimere carnem, & ſpiritui dominio ſubordinare *Orig. ſup. Gen. hom. 1. S. P. N. Aug. 1. de Gen. cont. Manichæos cap. 23. & 25.*

Inter carnem, & ſpiritum continua colluctatio. Non benedicetur anima multiplicatione gratiæ, niſi triumphet de carne non refert.

107. Vel dic *Maſculum, & Fœminam*; ideſt Prælatus ſit maſculo fœmina, *maſculus* per diſciplinam; *fœmina* per manſuetudinem *Creſcite*, ideſt in gratia. Vide Hugonem Cardinalem hic; *Multiplicamini* in bonis operibus. *Replete terram*, ideſt Eccleſiam doctrina, & exemplo.

Prælatus debet eſſe maſculo fœmina, & quomodo.

108 Vel dic *Replete terram, & ſubijcite* Verſ.28
eam; quia ad domandam carnem debet præcedere repletio virtutum in terra animæ: hinc ad rem ſcribit Rauennas mirabilis Eloquentia, *Serm. 22. de terrena cura deſpicienda poſt medium Neſcit vincere vitia corporis, virtutis cingulum qui depoſuit: Cincti ergo*

Virtutes ſpirituales ſubijciunt paſſiones rebelles.

caſti-

caſtitatis balsheo, quod eſt inſigne militia Chriſtiana, fluxam carnis detruncemus ignauiam.

Si carnem ſubijcit homo omnia vitia ſuperat.

109 *Dominamini piſcibus maris*: quia homo poſt ſubiectionem rebellatæ carnis habet dominium conculcandi omnia corporis vitia, quæ mouentur, Vndè Thomas Ciſtercienſis *in Cantic. Cantic. lib.2.c.9.§.23.* ſcripſit belle *Quanto enim caro attenuatur, tanto ſpiritus ſubtilizatur.* Et hic allud. loc. S. Pauli *ad Corinth.2.cap.4.v.16.*

Verſ.29 110 *Dixitquè Deus eccè dedi omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.*

Verſ.30 111 *Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum.*

De hominis eſca, & vberius in verſ. 3. cap. 9. Gen. infra. Ieiunium fortem hominè reddit contra dæmonem.

112 Hic obſerua, quod pro hominis cibo à totius vniuerſi Conditore aſſignantur ſolæ herbæ, & arborum fructus: Quia Ieiunium grande contra diabolum fortiorem animam reddit: Vndè eleganter S. Ioannes Chryſoſtomus *homil. 13. in cap. 4. S. Matthæi tom.3.* dicit *Vt diſcas, quam ſit bonum grande Ieiunium: & quia hæc aduerſus diabolum arma ſunt maxima.*

Verſ.30 113 Subditur, *& cunctis animantibus Terræ.* Sed hoc notandum eſt Verborum diſcrimen; hominibus dictum eſt, *vt ſint vobis in eſcam: Animantibus* verò *terræ, vt habeant ad veſcendum* dicitur.

Pro *animantibus Terræ*, in quibus eſt anima ſola viuens, non opes ſuperbæ, & diuitiæ (cum ſubtiliſſimo Ruperto Abbate *in c. 2. Ioelis*) *Pauperes* intellige.

Pauperes ſubueniendo mandato Dei.

114 Vndè propter hoc dictum eſt, *vt habeant ad veſcendum*, & non *ſint vobis in eſcam*, quia debet homo diues pauperibus dare eleemoſinam *vt habeant* mendici *ad veſcendum.* Nam ſi quis ieiunet, & pauperibus eleemoſinam negat, hic Hypocrita eſt, non virtuoſus; quia ieiunium ſine miſericordia, non eſt virtus, ſed Hypocriſis; dicente Domino per os S. Matthæi, *cap. 6. verſ. 16. Vos autem cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes*: hinc ſcribit S. Petrus Chryſologus *ſerm.8. de ieiunio, & eleemoſ. poſt medium. Ieiunium ſinè miſericordia ſimulacrum famis eſt, imago nulla eſt ſanctitatis: ieiunantes ergo fratres prandium noſtrum reponamus in manu pauperis, vt ſeruet nobis manus pauperis, quod venter nobis fueras perditurus.*

Ieiunium ſine eleemoſina nihil valet. immò virtus non eſt, ſed Hypocriſis.

115 *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* Nota non dicitur, *fuerunt*, ſed *erant*; quia virtus eſt indefinitè exercenda, nam ſolis in virtute perſeuerantibus corona promittitur. Vndè Gentium Doctor *ad Timoth. epiſt.2.cap.2.* Verſ. 5. dicit. *Nam, & qui certat in agone, non coronatur niſi legitimè certauerit. Hic*, inquit Theophilactus. *Archiepiſ. Bulgar. in epiſt. 2. ad Timoth. ibidem. Hic Pauli ſapientiam expende. Militis meminit, vt indicet quomodò ad eadem, & mortes oporteat paratos eſſe. Porrò athleta eſt, vt in omnibus perſeueret, ac in exercitio ſemper viuat.* Verſ.31

Perſeuerantes in Virtute corona gloriæ, & gloria coronam adipiſcuntur.

DVBIA SACRA
IN CAPVT I. GENESIS.

Verſ.1. §. 1. Quarè dicitur *In principio creauit Deus cœlum, & terram*; & non *à Principio* ſicut in cap.2. Geneſis Verſ. 8. dicitur de Paradiſo Terreſtre, *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio?* Quia Deus ſic diligebat hominem, vt amore eius Animæ vehementer accenſus, priùs pro ipſa anima, quam pro ſe manſionem, & domicilium præparaſſe videatur. Totum eſt per ſe clarum ex verbis, quibus coniunguntur, nam ly *creauit*, eſt præteriti perfecti, ly *plantauerat*, eſt pluſquam perfecti; & facit hunc ſenſum, *A principio in quo creauit Deus cœlum, & terram plantauerat Paradiſum voluptatis.* Interlinealis hic ex mente S. Hierony. Ex hoc manifeſtè comprobatur, quod priuſquam Deus cœlum, & Terram crearet Paradiſum antè condiderat. Auctor arboris Vitæ: Ideſt P. Ioannes de la Haye Minorita *in Arbore Vitæ. Ad innuendum tanto amore Deum proſequi hominem, vt ei habitaculum prius, quam ſibi præparaſſe videatur.*

Amor Dei erga animam noſtram.

2 Quare *creauit Deus Terram inanem, vacuam, & deformem?* Quia dicit S. Io: Chryſoſtomus *hom.1. in cap.1. Geneſis tom. 5. lit. A. Cum Terra ſit nutrix, & mater noſtra, & ex ea facti ſumus, ac educamur; ipſaque noſtra patria eſt, & commune ſepulchrum (reditus enim noſter ad eam eſt,) & varijs per eam bonis fruimur. Ideò vt ne homines ob vſus neceſſitatem plus quàm dignum eſt eam venerentur, oſtendit primum, rudem, & abſque forma: vt ne beneficia terræ, Telluris naturæ imputes: ſed ei tribuas, qui illam ex nihilo, vt eſſet, creauit.* Verſ.2.

Gratitudo erga diuina beneficia.

3 Quare dicta fuit *Terra inanis* ideſt inuiſibilis, vt ſupra in littera expoſuimus? Quia *hominem non habebat*, dicit S. Ambroſius, *lib. 1. Hexam. cap.7. tom. 4. propter quem Dominus aſpiceret in terram.* Sicut ſcriptum eſt. *Pſal.* Verſ.2.

Propter hominem omnia bona veneruntur terræ.

13. Verſ.2. *Dominus reſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

Verſ.2 4 Quare dicta fuit *Vacua* ? S. Ambroſius *in Hexam. lib. 1. cap. 8. Oſtendere enim voluit Deus, quia nec mundus ipſe haberet gratiam, niſi eam vario cultu operator ornaſſet.*

Mundus ipſe indigebat operatore homine ad accipiendã pulchritudinem Dei Prouidentia.

5 Quare *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas* poſtquam *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, & non antea? vt cognoſceretur diſcrimen inter ſpiritum malum, & ſpiritum ſanctum: quia ſpiritus malus (ſignificatus nominibus *Abyſſi, & tenebra* vide D. Hieronymum, *ſuper Ionam cap.2. & ſuper Eſai. cap. 5. & in Iob cap.3.*) *Ambulat per loca arida. Spiritus autem Sanctus fertur ſuper aquas.*

Verſ. 2. *Differentia inter ſpiritum Sanctum, & ſpiritum malum.*

6 Vel, quia cum *tenebræ*, ideſt peccatores, eſſent ſuper faciem *abyſſi*, ideſt inferni; ad hoc vt ipſi reciperent lucem futuræ gratiæ ad videndam faciem pœnitentiæ, tunc *ferebatur Spiritus Sanctus ſuper aquas*, ſuæ miſericordiæ eos illuminando. S. Ambroſius *lib.3. eiuſdem Spiritus Sancti cap. 15. Quis eſt ergo qui illuxit, vt cognoſcamus Deum in faciem Chriſti Ieſu? quem putamus alium præter ſpiritum declaratum?*

Verſ.2. *Miſericordia Domini ſuper omnes omnes mala.*

Verſ.2. 7 Vel, quia duæ leges figurabantur, in tenebris, & in aquis: & quia prima lex fuit adumbratio ſecundæ legis, nam quod in illa operabatur, & operatũ fuit, erat & fuit nouæ legis vmbra S. Paul.1.*ad Cor. c.10.v.1. Patres noſtri omnes ſub nube fuerũt*, ideò tenebræ debebant antecedere, volatum ſpiritus Dei ſuper aquas ſacramentorum ſecundæ legis; & ſpiritus Dei poſt tenebras primæ legis ferebatur ſuper aquas, quia ab *Aqua lateris Chriſti cœperunt* vt dicit S.P. Auguſtinus *nouæ legis Sacramenta.*

Nouum, & Vetus Teſtamẽtum.

Verſ.2. 8 Vel; Quia, cum cœlum Hebraicè vocetur *Aſciamaim* ideſt *Aſcia, maim*; שבים *Sebamaim*. Ignis, & aqua, cum ſint hæc duo elementa ſibi ipſis contraria, & vnum contrarium ſit deſtructiuum alterius, videns Deus, quod hæc duo contraria elementa vinculo pacis vnita in creatione perſiſterent; ſtatim in thronum ſibi elegit Cœlum, dicens per Eſaiam *cap. 66. verſ. 5. Cœlum ſedes mea*: & tantum de ignis, & aquæ concordia delectatur, quod *Spiritus Domini* gaudens *Ferebatur* in initio Mundi *Super aquas*; & initio redempti Mundi non aliam formam accipere voluit, quam ignis: Actus Apoſtolorum *cap. 2. verſ. 3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Sic ergo benè *Ferebatur Spiritus Dei ſuper aquas*, ideſt tamquam in propria ſede inter ignem, & aquam quia: *Vbi ſunt* (dicit ipſe per os *S. Matth. cap. 18. verſ.20.*) *duo, vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.*

Delectio inimicorũ

Thronus Dei Pax.

Deus gaudet de pace.

Præmium Vnitatis, & concordia.

Verſ. 2. 9 Quare *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, & non ſuper cœlum, Terram, aut tenebras? quia cum Aquæ *Sanctorum vniuerſitatem* ſignificent, dicit Belluacenſis, hic ſuper iſtam ferebatur *Sanctitatem mutuando*, ſubiungit Tertullianus; Accepit ergo Abelis Innocentiam, Abrami fidem, Henoch orationem; A Noe ſimplicitatem, Ab Iſaco obedientiam, à Iacobo fortitudinem; Moyſis manſuetudinem, Dauidis humilitatem, Iob patientiam: Patriarcharum ſanctitatem, feruorem Apoſtolorum, Martyrum conſtantiam, Abſtinentiam Confeſſorum, Virginum Caſtitatem, immò eamdem Angelorum puritatem; & de his omnibus virtutibus, & ſanctitatibus quid fecit? Audi Epiphanium. *Accipiens a Sacerdote Virgam IOSEPH, ſtatim euolauit ad eam ſpiritus Domini, & omnes Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Confeſſorum, & Virginum virtutes infudit in Ioſeph Anima.*

S. Ioſeph dignitas, & excellentia.

10 Vel dic *ferebatur ſuper aquas*: quia *Sitiebat hominis creationem* Tertullianus hìc, ſed quia duplex hominis fuit creatio, alia poſt lapſum, vna ante lapſum, temporalis iſta, ſpiritualis altera. Hic obſerua, primum quod in mundo accepit Deus fuit aqua, *ferebatur ſuper aquas*, & vltimum quod reliquit in mundo fuit aqua, *& exiuit ſanguis, & aqua*; eccè igitur immenſi amoris Dei erga animam noſtram vnica reflexio. Humani generis aquam in mundi creatione ſitiuit Deus, & ad demoſtrandum quantum hunc hominem diligeret, cum omnia in Golgotha moriens reliquiſset; ſpiritum Deo, Ioannem Matri, Adamo ſalutem, ſucceſsoribus cœlum; aquam illam, ideſt hominem quem in corde habebat ab initio creationis, quaſi coactus vltimò reliquit; ideò poſt *ſanguinem exiuit aqua*: hinc dicit Tertullianus *nunquam ſine aqua Chriſtus.* Verſ. 2.

Quantum exiſtimaſſet Deus Animam noſtram.

Vis amoris.

11 Quare ſpiritus Domini primo cum legitur mundum aduenisſe, in aquis fuiſse videtur, & non in aere, terra, aut cœlo? quia ſi Deus opus creationis ſpiritualis terminauit in aqua; *exiuit ſanguis, et aqua*, opus etiam Creationis Temporalis debebat incipere ab aqua: ideò dicit S. Hieronymus. *Qui ab aquis cœperat finiuit ab aquis.* Verſ. 2.

Relatio finis, & principij.

Vnitas, & paritas in operationibus laudanda.

12 Quare *diuiſit Deus lucem à tenebris*, cum iam tenebræ cognoſcantur eſse lucis priuationes? Quia voluit docere homines, ne in iudicando aliquod, ſecundum faciem iudicent antequam videant: & per hoc dicit ſcriptura poſt lucem creatam; *vidit Deus lucem quod eſſet bona*; & ſubiungit ſtatim *diuiſit lucem à tenebris*: Vgo Cardinalis *in Geneſim tom. 1. Noluit Deus priùs diuidere, vel iudicare, antequam vidiſſet; adducit enim opus in iudicium contra præcipitantes ſententiam.* Vide etiam apud Oleaſtrum in Geneſim. Verſ. 4.

Iudiciũm temerarium.

In iudicãdo qualis ordo ſeruandus.

13 Vel, quia voluit, vt lux ſeparetur à tenebris, & fugiant filios Diaboli filij veritatis, inquit D. Leo. *Serm. 4. de Quadrageſ. Inimicis enim Crucis Chriſti nulla conuerſatione tangamur, ne impiorum conſortio ſanctitas fidelium polluatur.* Verſ. 4.

Mala practicha fugienda.

14 Quare cum de firmamento faciendo agitur, Ver.3.6

Angeli ſub lucis nomine ponendo.

agitur, à verbo *fiat*, ad aliud *factum eſt*, tot intercedunt; non ita verò cum de luce condenda negotium eſt? quia (cum lucis nomine Angelica adumbretur creatura, dicit S. P. N. Auguſtinus; *lib. 2. de Geneſ. ad litteram cap. 8.*) ecce myſterium, Audi Lumen Eccleſiæ Sanctæ Doctorem. *Cum facta eſt lux, dictum eſt tantum, fiat lux, in Verbo: & facta eſt lux in opere; ſtatimque adhæſit increata luci, lux creata, & vicinior, & omni creatura capacior. In ſecunda autem die, quadam mora eſt, & verborum multiplicatio, vt intelligamus, iſtas naturas, ad deficiendum pronas eſſe, ad obediendum minus aptas.*

Promptitudo Angelorum in diuinis implendis mandatis.

Natura & creatura mortales quãto magis ad deficiendum ſunt pronæ, tanto ad obediẽdũ minus apta.

15 Quare ante lucem poſuit Deus tenebras? deinde cum prius poſuiſset, quomodò non dicit ſcriptura quemadmodum illæ conſtiterint tenebræ? *Eſt enim perſpicuum* dicit S. Anaſtaſius Sinaita Patriarcha Antioch. in Hexamer. lib. 1. *Quod tenebræ ſunt ſignum, ſeù ſymbolum peccati, increatum autem eſt peccatum, & minimè conſiſtens. Quomodo enim aquæ caliginem habent ex propria eſſentia; ita etiam homo, proprio, & non coacto propoſito, ſua ſpontè facit, & procreat peccatum.*

Verſ. 3. e 2.

Tenebræ ſunt ſymbolum peccati.

Homo ſua ſpontè facit peccatum.

Verſ. 2.

16 Quare ſcriptura tenebras ſolùm ponit antè lucem? Quia prius eramus in errore, deindè tranſiuimus ad lucem. Propterea prior eſt lex tenebricoſa, deindè Euangelium; propterea prior eſt veſpera, deinde dies. Hinc lege eſt conſtitutum, vt inciperetur à Veſpera, Dominica; quoniam à morte obſcura proceſſimus ad lucem reſurrectionis.

Ante vera lucis idest Chriſti aduentum erant tenebra peccati.

Dies Dominicus incipit à veſpera præcedenti.

17 Quare dicitur, *factum eſt Veſpere, & mane dies vnus*, & non dies primus? vel duo? quia hoc myſterium magnum eſt; *Veſper, & mane: Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia, S. Paulus 1. ad Theſs. cap. 5.* quæ aliquando erat veſper obſcurus, ei autem vnita vera luce fuerunt duo in carnem vnam, in vnum lucis diem, qui *illuminat omnem hominem venientem in mundum* fidei Chriſti; quem deinde initiauit Baptiſmo, cum diceret. *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, per ſpiritum, & aquam ipſum oſtendens, per quem, & ipſum purgauit ab antiquis ſordibus.

Verſ. 5.

Eccleſia Chriſto Vnita.

Noua lex nouus mũdus.

Verſ. 6. 7. & 8.

18 Quare poſt quam factum fuit firmamentum, & fuerunt diuiſæ aquæ, quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper, dicitur, *factum eſt Veſpere, & mane dies ſecundus?* quia poſt quam homo per peccatum diuiſit ſe à cœlo, & à beatorum gloria, vt ipſe qui fuerat formatus, firmus maneret, ac ſtabilis in ijs, quæ ei fuerant tributa in Edem, Chriſtus humanam aſsumpſit naturam. *Propterea* (dicit Sinaita, lib. 2. de Diuin. Opific.) *Propterea dies ſecundus, & actio ſecunda dicitur, ſeruatoris humanæ naturæ ſusceptio. Quam, qui, hinc, & illinc diſcreuit fidelium, & infidelium aquas per firmamentum fidei Chriſtianorum dies ſignificauit.*

Natura humana à Chriſto ſuſceptio dicitur dies ſecundus.

Verſ. 9.

19 Quare ad hoc, *vt appareat arida*, congregandæ ſunt aquæ? Quia paſſiones immodicæ, & humani inordinati affectus per aquas ſignificati, ne mentem perturbent, ac inebrient conſtringendi ſunt in vnum. Quia, ſcribit Hugo de S. Victore, *lib. de Sacr. lib. 1. p. 1. cap. 33. Affectus animæ inferior, niſi certa lege conſtringatur, non poteſt apparere arida, nec germina producere, ſicut Apoſtolus ad Cor. 1. cap. 9. Verſ. 27. caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit.*

Conſtringenda ſunt paſſiones humanæ ne mentem perturbẽt.

20 Quare Deus *ſeparauit aquas ab aquis* vt terra appareret fructifera? quia nequit anima florere virtutibus, quæ affectu inordinato fertur ad terrena. S. Bernardus *Serm. 31. ex paruis. Vſque hodie, in ciuibus Babylonis, aquarum effuſio, ideſt confuſio cogitationum, terram facit inanem, & vacuam, dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullum ex eo ſpectare eſt fructum ſalutis, diuidantur ergò aquæ ab aquis, quatenus anima quoque, vt dignum eſt, partem ſibi vendicet cogitationis: ſanè inferiores, certis limitibus coerceantur, certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant, proindè ſuperiores copioſius dilatentur.* Verſ. 9. & 6.

Anima non poteſt in ſanctitate floreſcere ſi fertur ad terrena.

21 Quare Moyſes de Terra, prætermiſſo cœlo, loquitur, cum vna ſola vice tantum cœlum nominauerit, in *Principio creauit Deus cælum, & Terram*, & relinquendo *Cælum*, ſtatim dicit *Terra erat &c.* quia hanc ſolam vocem cœli, tam ſignificatiuam, & in ſe ipſa eloquentem exiſtimauit, quod ſufficeret ad deſcribendam illius Patriæ fælicitatem, ſolum nomen cœli. Sic Iunilius Epiſcopus Africanus in Bibl. Sanctorum Patrum. *Quia omnem ſtatum, atque ornatum illius ſaculi, vno cæli nomine, quod in principio factum dixit, credidit comprehendere.* Verſ. 10

Sufficit nomen ſolum Cœli ad deſcribendam æternam fælicitatem.

Gloria beata inexplicabilis.

22 Quare ſi terra iam nomen habebat, iterum *Arida* appellatur? Quia impij peccatores, ſignificati per nomen Terræ, ſunt ſine nomine (*Vide Eman. Sà. in cap. 4. Eſaia*) immò abdicandi ab omnium memoria Sæculorum. S. Io. Chryſoſtomus in Cat. Græc. ad Iob. cap. 1. dicit. *Qui diuinos typos, ac notas confundit, ac corrumpit, hic, ne hominis quidem nomine dignatur; nec nominis eius haberi appellatio poteſt.* Etiam vide Orig. homil. 24. Verſ. 10

Peccatores anonymi ſunt.

23 Vel dic, ſi terra iam appellabatur, & terræ adhuc nomine inſignitur *Vt intelligamus* (Ruper. ad illud Gen. 1.) *tranſitoria apud Deum, nomine carere, etiamſi apud homines nomen habeant.* Verſ. ib.

Huius Mũdi tráſitoria apud Deum nomen non habent, ſi apud homines.

24 Quare Deus Terram quam condiderat non vocarit aridam priuſquam ſuffocaretur ab aquis? oportet autem hoc quoque in loco adnotare, quod quando cum cœlo Deus fecit terram, non appellabatur arida, frugiferum enim, ac fertilem Deus fecit hominem, & non aridum. Quando autem fuit ſuffocata à tenebris, quæ ſupra eam erant, & aquis, tunc facta eſt arida, & mortua; deindè eam Deus rurſum vocans ad antiquam illuminationem, eam tranſnominat, & ei reddit primum nomen; & quando à te- Verſ. 10

Deus fecit hominem fertilem non aridũ.

nebris Deo apparuit, ſtatim eam vocauit Terram; *Quomadò* (S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus *lib. 3. Hexam.*) *quomodo dicit hiſtoria quod Deus aridam vocauit terram; vt poſtè quod ab infertilitate ad fertilitatem, per Chriſtum de cætero vocetur, & renouetur homo.*

Ver.11. 25 Quare cum dicitur *Germinet terra &c.*
12. ſcribitur *Lignum pomiferum faciens fructum iuxtà genus ſuum*, & poſtea quando *Terra protulit herbam virentem*, dicitur, *lignum faciens fructum*, & non *pomiferum*? Quia pro ligno fructifero faciente fructum intelligitur paſſio Crucis, cuius fructus fuit totius mundi Redemptio: pro ligno autem pomifero intelligitur idem Crucis lignum, ſed nobis fertile, *Iudæis autem ſcandalum, & incredulis ſtultitiam*; ſed fructum faciens, & *aſpectu pulchrum, & bonum ad veſcendum*, nempè Chriſtum crucifixum, quem colligimus in menſa altaris Euchariſtica.

Lignum fructiferũ faciens fructum eſt Paſſio Crucis, quod lignũ Chriſtianis fertile.

Lignum pomiferum eſt Chriſtus Crucifixus fructus bonus ad veſcendum. In Euchariſtia ſumitur crucis fructus.

26 Quare quando dies nominantur *Perfecti* non ſcriptum fuit à Moyſe; *Factum eſt mane, & veſpere, dies vnus, ſecundus tertius* &c. ſed econtrà mentionem fecit prius Oc-
Verſ.13 caſi quam auroræ, dicendo *Factum eſt Veſpere, & mane*? quia voluit inſtruere hominem de rebus huius mundi quæ finem ante initium habent, moriuntur antequam naſcantur, & priuſquam albeſcant, noctem adumbrant, ideò D. Baſilius, in catena græca, *prius finem diei memorat, quam initium.*

Huius Mũdi figura præterit. Velocitas æuorum noſtrorum.

Verſ.13 27 Quare tres dies fuerunt ſine lumine,
14. lucem quidem habentes, ſolem autem, & lunam, & ſtellarum non habentes multitudinem, quartus autem fuit illuminatus? quia in principio in prima creatione Deus dedit Adamo exilem, & euanidam lucem cognitionis, nempè legem mandati: deinde ſecundo loco poſt diluuium, creaturam recreans, & terram rurſus ex aquis aperiens Deus, dat ſecundam legem de quibuſdam mandatis, & præceptis datis Noè. Quamobrem nominat etiam Teſtamentum, eam quæ ipſi data eſt legem. Tertius deinde fuit dies, lex quæ data eſt in Monte Sinai. Tribus itaque diebus prius inſtructus, & ſanctificatus fuit Iſrael, quando accepit legem *Exod. cap. 19. verſ. 11.* Quoniam ergo illa tria hominum inſtituta vitæque agendæ rationes, quæ fuit (inquam) in Adam ante legem, & quæ in lege data Noè, & quæ in lege Moſaica, fuerunt imperfectæ, & in profundis nocturnæ, & caliginoſæ impietatis tenebris vita adhuc agebatur, priuſquam illuceſceret multitudo Apoſtolorum, & Doctorum, lucidæ (inquam) quæ ſunt in terris ſtellæ, & priuſquam oriretur *Chriſtus ſol iuſtitiæ*, cum eius coniuge luna, nempè Eccleſia: ea de cauſa tres dies ante quartum imperfectos, & opacos, ſoleque, & luna carentes fecit Deus. Quartus autem dies fuit ipſe Mundo perfectus: Et propter eum Quarta noctis vigilia venit Chriſtus tunc ſuper mare ambulans, & ſuper aquas, ad ſuos diſcipulos qui agitabantur tempeſtate, & erant perituri in mari huius mundi; & ad nos itidem diſcipulos, qui in periculum adducebamur à ſpiritibus tenebrarum, & fluctuum impietatis. S. Marcus cap. 6. Verſ. 48. *Et videns eos laborantes in remigando, (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare: & volebat præterire eos.*

Tribus legibus inſtructus fuit populus Hebræus ante Chriſti Aduentũ.

Chriſtus venit ad diſcipulos in 4 vigilia noctis, eos liberãdo à futura tempeſtate huius mundi in qua erant perituri.

28 Quare dicitur quod *Luminaria ſint in* Verſ.14
ſigna; & non in aliud? Quia (ratiocinatur Stephanus Cantuar. in Allegor. Tilm.) *Firmamentum eſt eccleſia: luminaria, viri iuſti, qui bonos, & peccatores diuidunt, & ſunt in ſigna, & tempora, ideſt in ſigna temporum, ideſt temporalis miſeria. Omnes enim, qui volunt piè viuere, perſecutionem patientur; item duo tempora ſunt, vt vnum expectemus, aliud caueamus præterea in ſignum ſunt pena reproborum, quia ſi illi in vita præſenti ſic puniuntur ſignum eſt, quod reprobi in futura, plurimum punientur.*

Piè viuentes in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur ad gloriam.

Mali homines in hac, & in alia vita caſtigati. Conſolatio iuſtorum.

29 Quare *Fecit Deus duo luminaria magna*,
& non tria, quatuor, aut vnum? & quare Ver.15.
licet *Vtrumque magnum*, tamen alterum, al- 16. 17.
tero maius? quia cum ſint duæ ſupremæ di- & 18.
gnitates huius mundi, nempè Sacerdotalis ſeù Pontificia poteſtas, & Regia dignitas, ad iſtas deſignandas hæc duo fecit luminaria, ſed quia maior eſt Pontificia, quam regia dignitas, ideò dicitur vnum luminare altero maius. Innocentius Papa *III. in hunc locum Geneſ. Ad firmamentum igitur cæli, hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, ideſt, duas inſtituit dignitates, Sacerdotalis dignitas, vt præeſſet diei, & regalis poteſtas, vt præeſſet nocti; vt quanta eſt inter ſolem, & lunam tanta inter Sacerdotes, & reges, & Principes differentia cognoſceretur*, ſic etiam habet Gelaſius in Epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem.

Poteſtas Pontificia, & regalis dignitas.

30 Quare hæc luminaria dictum *Eſt vt* Verſ.14
ſint in ſigna, & hoc antequam luceant ſuper terram? *Vt* (dicit Vielmus *lib. 21.*) *ſint rememoratiua Dei omnipotentiæ, qui ex nihilo ea effecerit, & demonſtratiua eius bonitatis, & ſapientia.*

Sol, & Luna Dei Omnipotentiã demonſtrant.

31 Quare diuina deſignatione dierum, Verſ.19
opera recenſentur, cum rerum nihil id conferat perfectioni? Quia (reſpondit D. Io. Chryſoſtomus hom. 6. in Geneſim) *per ſingulas dies commemorat diuinas doctrinas, frequenti admonitione noſtra menti infigere volens. Hæc igitur omnia, benè commendemus memoria, ſcribentes ea, in latitudine cordis, quo omnem negligentiam excutiamus, & nos ſana teneamus dogmata.*

Beneficia Dei debent in corde haberi.

32 Quare Deus piſces *Reptilia* vocauit? Verſ.20
Quia erant in typum gentium populi, vel quia cum piſcibus non ſit vox, neque cognitio, neque ſapientia, neque ſcientia, neque memoria, neque ſenſus, qui cognoſcant, neque aduerſus Dominum ſeruitus aliqua, aut beneuolentia, aut amor: *Vocauit Reptilia Piſces peccatores ſignificando, iſto ſpeciali nomi-*

Peccator Reptilibus ſimilis.

nõmine, quia reptile eſt ſimile diabolico ſerpenti anima, & corde, & ratione. S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus in Hexam.

Ver. 20 34 Quare piſces ante volucres nominantur? quia voluit Deus inſtruere, quod Reptilibus, & quæ humi, & in terra verſantur animis, fiant volucres cœli volantes ſuper terram ſecundùm firmamentum cœli, & ad imitationem omnium, ſpiritualem Angelorum oſtendant vitam. Cuiuſmodi fuit illa volucris quæ volauit vſque ad tertium cœlum, & dixit *ad Philipp. 3. Noſtra autem conuerſatio eſt in cælis, & imitatores mei, de cætero, eſtote, ſicut & ego Chriſti. Idem prima Corinth. cap. 4.*

Noſtra conuerſatio debet eſſe in Cælo.

Homo debet Chriſtum imitari.

Ver. 21. 35 Quare ad Nomen *Cete* additur verbum *Magna*? Quia non ſufficit vitam agere Religioſam, ſed bonam ad inſtar Magni Religioſi eſſe debet, & ſicuti *iſti magni piſces* inquit D. Ambroſius, *lib. 5. Hexameron cap. 10. Tom. 4. habent ſuas regiones, & habitacula diſtributa, manent in his inoffenſo vicinorum limite, nec vago tranſitu mutationes quærunt locorum, ſed tanquam patrium ſolum diligunt, & in his immorari dulce arbitrantur: quæ ideò elegerunt, vt ſolitariam vitam remota poſſint arbitrorum interpolatione tranſigere.* Sic, & Religioſi, &c.

Religioſus non nomine, ſed re debet eſſe, & non ſolum bonus, ſed optimus, quia quotidiè ad perfectionem tendere debet. Religioſus debet eſſe ſolitarius, & ſuo loco contentus.

Ver. 21. 36 Quare Aues ex aquis ortæ *Vti dicit S. P. N. Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad litt. cap. 3.* in aere viuunt, & celeri volatu cœlis vicinari præſumunt; *S. Thomas 1. p. q. 71. art. 1.* & tamen nec in natali aquarum elemento, nec in ſublimi aere cœlis contermino, ſed in terræ infimiſſimo elemento fructificant, ſeù prolificant. Quia tametſi homo ea ſit virtutum præſtantia ſublimis, vt ſupra terram poſitus, tamquam volucris cœli viuat à terra ſublimis; tamen niſi ad infimiſſimam terram humilitate deſcendat, ſpiritualiter fructificare, ac prolificare neſcit; quaſi viuidum fructificandi vigorem, ab humili terræ depreſſione mutuetur, & per hoc dicit P. Didacus de Celada, *in Comment. in Ruth. §. 297.* nunquam ſatis laudandæ Societatis Ieſu Scriptor Egregius, *Aues quamuis in aere naturaliter viuant, multiplicant, & fructificant ſuper terram; ac ſi de humili terræ infirmitate, arcana ad fructificandum energia foueretur.*

De humilitate eſt vigor ad ſpiritualiter fructificandum.

Verſ. 22 37 Quare poſt benedictionem volucribus ex aqua enatis, & in aere viuentibus, peregrinum terræ elementum ad prolificandum aſſignetur? Quia inter humilitatem, & veritatem eſt ſacer nexus, quaſi veritas ſit humilitatis fructus, & humilitas veritatis feraciſſima, & illius perſuadendæ vigor. Igitur dicente Pſalmiſta *Pſal. 83. verſ. 8. Etenim benedictionem dabit legiſlator*, gloſat Bernardus ſuper illud Ioan. 14. v. 6. *quia, qui dedit legem, dabit, & benedictionem: hoc eſt, qui iuſſit humilitatem perducet ad veritatem.*

Humilitas eſt via quæ ad ſructũ Veritatis ducit.

Ver. 22. & 28. 38 Quare cum narrentur benedictiones, Animantium *Benedixit eis dicens: creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris:* Hominis, & Mulieris *Benedixit illis Deus, & ait creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & Dominamini piſcibus maris;* Illa benedictio diei ſeptimi quid diceret, tacetur, & ſolum ſcribitur *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſa ceſſauerat ab omni opere ſuo?* Quia, Rupertus, Beda, & alij, exiſtimant diem ſeptimum ob ſui quietem, æternam fęlicitatem adumbrare; indeque in ſua benedictione tacet denotando ſupernæ patriæ benedictiones, adeò ſublimes, vt nec verbis, nec ſermone exprimi, ac capi valeant *Rupertus lib. 2. in Gen. cap. 14. Beda S. P. Auguſtinus Citat. in Tom. 1. lib. 3. cap. 6. q. 5. num. 35. & 36. à P. Ioanne Sylueira.*

Cæleſtis benedictio ſermone inexplicabilis.

39 Quare cum *Iumenta, & reptilia ſint beſtiæ terræ*, etiam exprimitur, *Et fecit Deus beſtias terræ*? Pulchrè inibi D. Baſilius *in Gen. cap. 1. verſ. 25. ipſæ feræ fiduciæ demonſtrationes ſunt. Vt diſcamus in periculis officina, fiducia conflatur, & ſecuritas de periculo extruitur.* Ver. 24. & 25.

Neceſſitas propè irremediabilis, oſtenſa ducis conceptaculũ.

40 Quare *Dixit Deus faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram?* Quia, (ratiocinatur ſpiritualiter Origenes, *in cap. 1. Geneſis) voluit oſtendere, tot in cælis gloriæ ponderibus honorari iuſtum, quot in terris ſplendoribus coruſcarit.* Ver. 26.

Iuſtus tot gloriæ ponderibus illuſtratur in cælis, quot virtutibus coruſcarit in Terris.

41 Quare dixit *Ad imaginem?* Quia homo eſt dei nummus. ſubtiliter hoc vidit, & eleganter tradit S. Hilarius, ad illa Chriſti verba *Matthei cap. 22. verſ. 19. & 20. oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerint ei denarium, & ait illis Ieſus: cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? &c.* ſic fatur S. Hilarius; *Can. 23. in Matth. Numiſma Cæſaris in auro eſt, in quo eſt eius imago depicta. Dei autem numiſma homo eſt, in quo eſt Dei imago figurata.* Et bellè ſubiungit Ignatius Martyr. In epiſt. ad Magneſianos. *In hominibus characteres duos dico inueniri, vnum veri numiſmatis, alterum adulterini: Homo pius, numiſma eſt à Deo cuſum; impius numiſma ementitum, incertum adulterum, carens ſigno debito, non à Deo effectum, ſed à Diabolo.* Ver. 26.

Homo eſt Dei nummus.

Homo numiſma duplex, Pius Dei, impius diaboli.

42 Quare Deus hominem formaturus, pluratiuo verbo inducitur, *faciamus, &c.* cum reliqua creationis opera ſibi diſſimilia præcedentibus nuper diebus patrat Deus, ſingulari nomine effertur. *Creauit Deus Cœlum, & terram. Dixitque Deus: Fiat lux. Fiat firmamentum?* Quia vt homo magis in ſe vnus ſit, & eſſe appareat ad duarum perſonarum formatur ſimilitudinem, ita de hac re doctiſſime fatur S. Zeno Veronenſis. *Serm. 3. de Geneſi. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Non, inquit, fac ad tuam; ſed ait; faciamus ad noſtram &c. Vnus homo ad duarum imaginem, & ſimilitudinem fingitur, nec tamen in eo quid cuius ſit, inuenitur.* Verſ. 26

Vnus homo ad ſimilitudinem duarum Perſonarũ factus, vt arctiorem vnitatem à natura diſceret, & indiuiduam cum alijs hominibus concordiam in omne æuum ſeruaret.

43 Quare hic dicitur *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, poſtea Ver. 26. & 7. *Cap 2 Geneſis.*

vero,

27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam : ad imaginem Dei creauit illum , * maſculum
& feminam creauit eos .*
28. *Benedixitque illis Deus , & ait : Creſcite , & multiplicamini , & replete terram , & ſubij-
cite eam , & dominamini piſcibus maris , & volatilibus cæli , & vniuerſis animantibus,
quæ mouentur ſuper terram .*
29. *Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram , & vniuerſa
ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui . * vt ſint vobis in eſcam .*
30. *Et cunctis animantibus terræ , omnique volucri cæli , & vniuerſis quæ mouentur in terra ;
& in quibus eſt anima viuens , vt habeant ad veſcendum . Et factum eſt ità .*
31. ** Viditque Deus cuncta quæ fecerat ; & erant valde bona . Et factum eſt veſpere & mane, dies
ſextus .*

LIT-

LITTERALIS EXPOSITIO.

℣. 1
Verſ.1.

IN *principio*; ideſt Temporis, ità tamen, quod prius natura intelligantur aliqua creata, quam fuerit tempus: Tempus enim ex D. Thoma, & Ariſtotele præſupponit motum, & motus mobile, cum tempus ſit menſura eiuſdem motus: Tempore tamen ſimul fuerunt mobile, motus, & Tempus. *Vide Concil. Lateranenſe ſub Innoc. III. cap. 1. Lucretium lib. 5. S. Ambroſ. lib. 1. Exam. cap. 3. S. Baſil. lib. 2. contra Eunomium B. Albert. Magn. in ſum. tract. 1. q. 4. memb. 4. & in 2. d. 1. a. 10. Machab. lib 2. cap. 7.*

In principio creationis fuerunt ſimul mobile, motus, & Tempus,

2 *Creauit:* quia ex nihilo producta: per hoc enim Creatio diſtinguitur à productione, ſeù Generatione, quia ſecundum D. Th. 2. *ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. Generatio præſupponit ſubiectum, Creatio, verò, fit ex nihilo, cum ſit productio rei ex nihilo*, ideſt ex nullo præſuppoſito ſubiecto in cuius potentia præcontineretur.

Generatio præſupponit ſubiectum. Creatio fit ex nihilo.

3 *Deus:* quia cum ad creationem requiratur infinita virtus, iuxtà illud Eſdræ 4. *cap. 9. v. 17. & qualis operator, talis & creatio*. Virtus enim creata ex nihilo, nihil facit; benè dicitur *Deus*, reſpectu cuius ſolummodò poſſibilis eſt creatio.

Ad creandū requiritur virtus infinita.

4 *Cœlum* licèt ponatur in ſingulari, ſupponitur tamen, ſeù intelligitur pro omnibus cœlis, quoad ſubſtantiam: vel ponitur hoc nomen *Cœlum*, à celando, quia celantur nobis regiones illæ incorruptibiles inanimatæ, ineffabili luce præditæ omnibus ornamentis inſtructæ, quas præparauit Deus, vt eſſet digna manſio, in qua vitam beatam, ac incomprehenſibilibus bonis cumulatiſſimam agerent, quicumque vitæ preſentis curſum iuſtè, ac ſanctè tranſegerint: Dixi, Regiones incorruptibiles, nempè ſolidæ, quarum ſubſtantia, vt cum D. Thoma (2. *d. 14. q. 1. art. 2.*) loquar eſt longè diuerſæ rationis ab elementari, eſtque veluti quinta quædam eſſentia diuinior, purior, ac actualior, vt, etiam aſſerit D. Dionyſius citatus à D. Thoma.

Cœlum dictum à celando.

Cœli vocati ſunt regiones incorruptibiles.

5 Ex hoc enim colligitur futilis, & quaſi erronea coniectatio aliquorum, qui volunt cœlos aqueos eſſe, adducentes, pro eorum ratione, cœlos ab Hebræis dictos שמים *Samaim* à duabus vocalibus מים *Sam* שם *Maim*, quæ idem ſonant, *ac, ibi Aquæ*, & per hoc aquei ſint.

6 Satis enim ex ſe apparet futilis iſta ſpeculatio. Primo enim, quia deficit hæc Ethimologia, quod oporteret geminari litteram *Mem* מ. Deindè, quod hoc nomen tribuatur primario cœlis ſupernis, antequam diceretur de inferioribus, quos nec aqueos, nec aquis opertos fatentur omnes.

Cœli non ſunt aquei.

7 Quaſi erronea ſcripſi, quia videtur manifeſtè contra ſcripturam, dicente *Iob. cap. 37. v. 18. Fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi, quaſi ære fuſi ſunt:* ☞ *nota*, non dicit quaſi aquei.

Cœli ſunt ſolidiſſimi quaſi æris.

8 *Et Terram:* nomine Terræ, veniunt etiam elementa.

9 *Terra autem erat inanis, & vacua:* Non quia daretur vacuum (*S. Thomas 1. p. quæſt. 46. artic. 1. ad 4.*) quod licèt neque per Angelos poſſit cauſari, benè tamen virtute diuina, tunc non erat admittendum; & ratio eſt, cum vacuum deſtruat ordinem vniuerſi, qui conſeruatur per conſociationem corporum, non videtur admittendum illo tempore, quando mundus creabatur, cum nec modò naturaliter dari nequeat inſigne aliquod vacuum, vt volunt Peripatetici omnes, contra quoſdam, qui inanibus experientijs confiſi conantur ipſum inducere. Verſ.2.

Vacuum non datur, & per Angelos non poteſt cauſari.

10 Secundò non eſt admittendum; quia ſi tunc fuiſſet Vacuum ad impediendum effectum eius, nempè vniuerſi deſtructionem, requirebatur miraculum, quod non eſt dicendum, cum non ſint multiplicanda entia ſine neceſſitate: Ergo, dicitur Terra erat inanis, vel quia Tunc *inuiſibilia erant*, vt vult *Abulenſis in Gen. cap. 1. qu. 7. litt. K. col. 1. pag. mihi 4. impreſſ. venet.* vel quia tunc carebant ſuo ornatu v. g. Aër volucribus, Aqua piſcibus, & Terra ipſa Animalibus, Plantis, &c.

Vacui effectus deſtructio eſt vniuerſi.

11 *Et Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi:* Abyſſi

nomine intelligitur congregatio terræ, ac elementorum, iam creatorum, quoad ſubſtantiam, ſed quia nondum erant viſibilia, intellige per lucem adhuc non creatam, dicitur, quod erant tenebræ, quia ſcribit S. P. N. Auguſtinus *impreſſ. Baſil. lib. 1. de Gen. contra Manicheos cap. 4. col. 2. pag. mihi 292. Vbi lux non eſt, tenebræ ſunt:* ſicut in Redemptoris morte obſcurato Sole funera tenebratum mundum feciſſe teſtatur S. Lucas *cap. 23. v. 44. Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam Terram, vſquè in horam nonam; & obſcuratus eſt Sol.*

Tenebræ ſunt priuatio lucis.

12 *Et Spiritus Domini*, ideſt *voluntas Dei*, vt dicit S. P. N. Auguſtinus *lib. 13. Confeſs. c. 4.*

Ferebatur ſuper aquas; ſe determinando ad ornatum ipſis iam creatis tribuendum.

Verſ. 3. 13 *Dixitque Deus: fiat lux*; ideſt reſplendeant Sol, & aſtra.

14 *Et facta eſt lux*; ideſt ſicut dictum, taliter factum; nam dicit Rauennas eloquentia *ſerm. 90. de Annunc. S. Io: Baptiſtæ. vltima verba pag. mihi 320. Dei voluiſſe, feciſſe eſt, cuius dediſse, eſt promiſiſse.*

Voluiſſe Dei, eſt feciſſe, cuius dediſſe, eſt promiſiſſe.

Verſ. 4. 15 *Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona*: ideſt demonſtrauit Deus lucem eſſe bonam per effectus, quos ei facere conceſſit.

16 *Et diuiſit lucem à tenebris*; ideſt diem à nocte, vel *diuiſit*, ideſt indicauit diem non eſſe noctem Vgo Card. ibi.

Verſ. 5. 17 *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem*: ideſt *vocari fecit* (ponitur enim ſignum pro re ſignificata) *quia ſic diſtinxit omnia; & ordinauit, vt & diſcerni poſsent, & nomina accipere* gloſat S. P. N. Auguſtinus *lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 9. col. 2. pag. mihi 294.*

In Verbo appellauit eſt Metonymia.

18 *Factumque eſt veſpere*: ideſt ab Occaſu Solis, *& manè*; ſcilicèt ab Ortu eius, vſquè dum Sol eſt ſupra hemiſphærium.

19 *Dies vnus* conſtans vigintiquatuor horis.

Dies vnus. Nota vno die omnia eſſe creata, & huiuſmodi opinionem taxare erroneum eſt. Hæc ſententia eſt S. P. N. Aug. *lib. 4. de Gen. ad litt. cap. 22. S. Thom. Caiet. &c. vide infrà in dubijs cap. 2. Gen. §. 8.*

Vel *dies vnus* dicitur, *quem non præcedit heſternus dies, nec ſequitur craſtinus* ita S. P. N. Auguſt. de Gen.

Nota, quod anteponitur *Veſper* ad *manè*, quia priuatio præcedit formam.

Verſ. 6. 20 *Dixit quoque Deus: fiat firmamentum*: nomine firmamenti intelligitur ſpatium expanſum inter Cœlum, & Terram; vnde dicit Rupertus Abb. *impreſs. colon. Agrip. lib. 1. de Trinit. & eius oper. cap 22. col. 1. pag. mihi 12. Firmamentum non ſolidum quid, aut durum vt vulgò putatur, ſed aer eſt extenſus, & adeò ſubtiliatus, vt licèt videri queat*: hinc magis ſpiritus dici poteſt, quam corpus, teſtante Eccleſiaſte *cap. 1. v. 6. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur,*

Firmamentum eſt aer extenſus.

21 *In medio aquarum*: ideſt medium inter aquas inferas, & ſuperas, nam ſunt aquæ ſuper cœlum, & ſub terra; de his ſuper cælum, dixit Dauid *Pſ. 148. v. 4. Laudate eum cœli cælorum: & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt*. De his ſub terra, cecinit Regius Vates, *Pſal. 135. v. 6. Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniam in æternum miſericordia eius,*

22 *Et diuidat aquas, ab aquis*: ideſt, & ſit diſtinguens inter aquas vnas, & alteras.

23 *Et fecit Deus firmamentum*: ideſt, & fecit Verſ. 7.
quod ſuprà dictum eſt.

24 *Diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento ab his, quæ erant ſuper firmamentum, & factum eſt ità*: ideſt per illud ſpatium fuerunt ſeparatæ aquæ ſupernæ, ab aquis inferis.

25 *Vocauitque Deus firmamentum cælum*: quia Verſ. 8.
cœleſtium orbium, & aeris maior, ac melior pars ſunt cœli; *Firmamentum cælum* vocatur. Eſcobar *in cap. 1. Gen. ibid.*

26 *Et factum eſt veſpere, & manè dies ſecundus* ideſt, quia tale opus factum, vt cognitum eſt ab Angelo per cognitionem Veſpertinam, eſt dies ſecundus; & ſic de alijs diebus intelligendum eſt: & de his vide infrà in dubijs cap. 2. Geneſis §. 8.

Quid intelligatur pro die in mundi creatione.

27 *Dixit verò Deus: congregentur aquæ, quæ ſub* Verſ. 9.
cœlo ſunt in locum vnum: quia cooperiebant totam terram; hinc dixit Realis Proph. *Pſ. 32. v. 7. & 9. congregans ſicut in vtre aquas maris quoniam ipſe dixit, & facta ſunt.*

28 *Et appareat arida: & factum eſt ità*; ideſt Terra, quæ antè latebat ſub aquis, incipiat apparere; Terra autem arida nominata fuit à qualitate; *quia denſior erat, quam aqua, & ad ſiccitatem aptior*, dicit Toſtatus ibidem.

Terra arida nominata per qualitatem.

29 *Et vocauit Deus aridam Terram*: habes di- Verſ. 10.
ctam rationem, & roboratur Hebr. nom. ארץ *Erets* quaſi calcatam.

Congregationeſque aquarum appellauit Maria ideſt Hebraicè ימים *Iammim* à multitudine, & copia aquarum.

30 *Et ait: Germinet terra herbam virentem &c.* Verſ. 11.
Eccleſiæ Sanctæ Doctor, & Lumen S. P. N. Aug. *lib. 5. de Gen. ad litt. cap. 4. pag. mihi 595.* meditatur, hoc Dei præcepto non eſſe plantas actu ex terra productas, ſed tantummodò cauſaliter; vnde *Germinet*, eſt quaſi diceret, cooperiatur paſſiuè virtute Dei. Hinc collige, quod Plantæ, & herbæ non fuerunt creatæ cum terra, ſed ea, vt dixi, ideſt Plantæ, & herbæ, virtute Dei productæ.

Plantæ in initio mundi non fuerunt actu ex terra productæ.

31 *Et protulit terra herbam &c.* (Abulenſis Verſ. 12.
hìc lignumque faciens fructum:) ideſt quod ſicut creatæ fuerunt arbores, ita plenæ fuerunt fructibus.

Verſ. 13.
Et factum eſt veſpere &c. vide ſupra Verſ. 8.

32 *Dixit autem Deus: fiant luminaria in firmamento* Verſ. 14.
cœli: ideſt ornentur cœli, vel fiant non quoad ſubſtantiam, ſed quoad aliqua accidentia, cum Sol, & Luna fuerint facta primo die.

33 *Et diuidant diem, ac noctem*, ideſt per motum ſolis diſtinguatur dies artificialis à nocte.

34 *Et ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos*: ideſt in prognoſtica pluuiæ, ac ſerenitatis. Seù ſint in ſigna, ſcilicèt, indicent opportunitatem ſerendi, plantandi, metendi, nauigandi &c. Antonius Eſcob. in Pentateuc. *lib. 1. cap. 1. Geneſis*

Verſ. 15. *ſis pag. mihi 49.*

35 *Vt Luceant in &c.* (ideſt vt hominem ad videndum adiuuent, quia nulla viſio ſinè luce fit. Abulenſis ibidem q. 24.

Verſ. 16. 36 *Fecitque Deus duo luminaria. &c.* ideſt ſolem, & Lunam: vocantur luminaria magna, Sol quia verè eſt; Luna comparatiuè ad ſtellas quoad apparentiam.

Luna luminare magnū quoad apparentiam.

Verſ. 17. Verſ. 18. 37 *Et poſuit eas in firmamēto &c.* *Et praeeſſent diei ac nocti, &c.* } ideſt ſolem Lunam, & Stellas poſuit ſemper in hominis obſequium.

Omnia fecit Deus propter hominem.

Verſ. 19. *Et factum eſt Veſpere &c.* Vide ſupra Verſ. 8.

Verſ. 20. 38 *Dixit Deus: producant aquæ &c.* Hìc intellige cum productio denominet actionem, quod non conuenit aquis, quia aquæ non habebant talem potentiam actiuam, vt aliquid ſubitò ex ſe producerent. Dicendum cum Abulenſe, *in Gen. q. 25.* quod fuit iſta productio à Deo, ſed fuit iſta cauſalitas ab aquis in genere cauſæ materialis.

Productio actionem denominat.

39 *Reptile animæ viuentis:* ſcilicet animalia reptilia, viuentia: reptilia (S. Bonau. *in 2. ſent. diſt. 15. diſtinguit reptile,*) vel quia non habent pedes, vel ſi habent tam parui eſſent, vt reptare opporteret ſuper terram. *Reptile*, ſeù *Piſces, & omnia quæ mouentur in aquis*, Daniel *cap. 3. ver. 79.*

Reptile quid importet.

40 *Volatile*, ideſt, Aues, & omnia, quæ volant ſuper terram.

Verſ. 21. 41 *Creauitque Deus cete grandia, & omnem &c.* hìc exprimuntur Balenæ, & piſcium ſpecies omnes; ſicuti de volucribus iuxtà genus ſuum Hebraicè *cete*, תנינים ideſt *Tanninim*, quaſi diceret *Dracones*.

Motabilem ideſt mobilem de eſſe ad non eſſe, Vgo Card. ibidem pag. mihi 3. col. 1.

Verſ. 22. 42 *Benedixitque eis*: ideſt dedit poteſtatem ſibi ſimile generandi. Eſcobar *hic pag. mihi 50.*

Creſcite, & multiplicamini: non corporis mole, ſed numero veſtrarum ſpecierum.

Verſ. 23. *Et factum eſt*: vide ſuprà verſ. 8.

Verſ. 24. 43 *Dixit quoque Deus: Producat Terra &c.* ideſt producat animalia viuentia Tellus, non quaſi cauſa efficiens, ſed tamquam cauſa materialis, quaſi dicat, prodeant animalia ex terra.

Verſ. 25. *Et fecit Deus*: ideſt & creauit beſtias &c.

Verſ. 26. 44 *Et ait faciamus: Quia* (dicit S. Greg. *in 27. cap. lib. 9. moral.*) *ad digniorem operationem quaſi conſilium requirebatur, vel quaſi cum conſilio facta videretur.*

Hominis creatio digna.

45 *Hominem* ideſt rationalem naturam. (*Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*) ideſt habeat animam inuiſibilem, & incorporalem, & incorruptam, atque immortalem. Contra Anthropomorphitas deducentes ex hoc Deum corporeum eſſe.

46 *Et præſit piſcibus &c.* Vt principatum gerat piſcium maris, & volucrum cœli, & animalium, vniuerſique orbis, & omnium quæ repunt ſuper terram, Origenes in *Gen. cap. 1. pag. mihi 6.*

Verſ. 27. 47 *Et creauit Deus hominem:* hìc aduerte cum D. Baſilio; quod ſuprà dictum fuit *faciamus*; hìc verò dicitur *Creauit*. expende igitur myſterium; *Audi* inquit D. Baſilius *in homil. 9. in Gen. Audi tu qui Chriſtianiſſimi prætextu nihil habes, quod Iudaiſmo ducas charius, cui dicit ad imaginem noſtram? Cui quæſo te alij quàm ei, qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, & qui eſt imago Dei inuiſibilis? ſuæ igitur imagini propriæ, quæ viuit, & quæ dixit, ego, & Pater vnum ſumus, & qui me vidit, vidit Patrem; Huic dicit faciamus hominem ad imaginem noſtram. Vbi vna eſt imago, quem ibi locum obtinet diſſimilitudo? & fecit Deus hominem, non dixit fecerunt. Euitauit hoc loco perſonarum multitudinem. Per illam namque Iudeum erudiebat; per hæc verò Gentilium excludens errorem, ſecurè admodum ad vnitatem recurrit, & filium ſimul cum Patre intelligas, & multitudinem Deorum longè periculoſiſſimam effugias.* Hactenus S. Baſilius.

48 *Ad imaginem ſuam:* non autem Angelorum, ſicuti erroneè aiebat Philo *in lib. de opificio ſex dierum, & in lib. de profugis*, & ideò ſubiungitur.

49 *Ad imaginem Dei creauit illum*, & dicit S. P.N. Aug. *lib. 16. de Ciu. Dei c. 6. cit. à Pererio in lib. 4. de Creat. Hominis c. 1. col. 2. pag. mihi 137 Sed quia ſequitur ad imaginem Dei nephas eſt credere, ad imaginem Angelorum hominem factum, aut eamdem eſſe imaginem Angelorum, & Dei, & ideò rectè illic, ſcilicet, in Verbo faciamus, intelligitur pluralitas Trinitatis. Quæ tamen Trinitas, quia vnus, eſt Deus, etiam cum dixiſſet, faciamus; & fecit, inquit, Deus hominem ad imaginem Dei: non dixit fecerunt Dij, aut ad imaginem Deorum.*

Nephas eſt dicere hominem ad imaginem Angelorum factū.

50 *Maſculum, & fœminam;* quia creſcere naturaliter, & multiplicari non poterat homo niſi cum fœmina. Origenes hìc.

51 *Benedixitque &c.* Hìc exprimitur naturæ humanæ Dominium, ſub quo omnia huius vniuerſi orbis animantia ſubiecta, nec non ab ipſa domita fuere: vti dicit B. Iacobus *in epiſt. cap. 3. v. 7. Omnis enim natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentum, & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana.* Verſ. 28.

Natura humana grande dominiū.

52 *Dixitque Deus Eccè &c.* ideſt fructus, & herbas, quibus veſcamini, non ſolum Do, ſed eccè Doceo. Verſ. 29.

53 *Et cunctis animantibus &c.* ſcilicet præparaui etiam omnibus animantibus terræ fructus, & herbas ad veſcendum. Verſ. 30.

54 *Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* Bona in ſe ipſis, ideſt quoad propriam naturam, & vt partes vniuerſi; quæ omnia ſimul ſumpta dicuntur *valdè bona*: Virtus enim vnita fortior. Verſ. 31.

Virtus vnita fortior

AN-

ANNOTATIO
MORALIS.

Verſ. 1 § 55 IN *principio*, ideſt in filio: Filius enim eſt creator omnium: S.P. N. Auguſtinus *de Cant. nouo cap. 7. in med. tom. 9. Quod ſcriptum eſt, in principio, intelligitur in filio, qui eſt Principium.*

56 ☞ Nota: *in principio* Aquila vertit *in capite*: Hebræum enim *reſcit* ideſt *principium*, deducitur à ראש *Ros*, ideſt *Caput*.

Liberi arbitrij vſus.

57 *Creauit* ברא *Barà* Hieronymus ab Oleaſtro vertit *diuiſit*. Ex hoc collige, quod menti hominis, ſeù eius Libero arbitrio ſtat diuidere *bonum*, & *malum*, nomine *cæli*, & *terræ* ſignificata per Vgonem, & ex his eligere quidquid ei placuerit, nam Eccleſiaſticus (*cap. 15. v. 14. & 18.*) ſapiens dicit, *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.... Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.*

In manu hominis eſt æterna ſalus.

Anima eſt cœlum. Terra eſt corpus.

58 *Cælum, & Terram*, ideſt animam, & corpus S P.N. Aug. *ſerm. 134 de Tempore ante finem. Tom. 10. Cœlum Spiritum, Terram carnem, hoc eſt hominem ſpiritalem.*

Cœlum, Iuſtus eſt. Terra peccator.

59 Vel nomine *cæli*, Iuſtus ſignificatur homo, & *Terra*, Peccator. Hugo Card. ibidem.

Nomine cæli gratia ſupernaturales: & Terra naturales.

60 Vel nomine *cæli* intelliguntur gratiæ ſupernaturales, & *Terræ* naturales, vt ſunt diuitiæ; ſanitas &c. S. Hieronymus *ſuprà cap. 23. Iſaia cit. à Laureto in Sylua Alleg. litt. T. Terra deſignat proſperitatem huius mundi, & abundantiam.*

Verſ. 2.

Peccator vacuus à bono, ſicut iuſtus vacuus à malo.

61 *Terra autem erat inanis, & vacua*: Peccator eſt vacuus à bono; ſicut vir humilis eſt vacuus à tumore ſuperbiæ: De peccatoribus dixit Iob, *cap. 9. v 18. inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum; ambulabunt in vacuum, & peribunt.*

Omne bonũ deſurſum eſt.

62 Vel *Terra erat inanis; & Vacua*; quia quidquid boni habet homo, non habet à ſe, ſed à Deo S.P.N. Auguſtinus *lib. 2. Confeſs. cap. 7. circa medium. Tom. 1. Gratiæ tuæ deputo quæcumque non feci mala.*

Peccata ſuper cor Peccatoris manent. Cor peccatoris inſcrutabile, vt abyſſus.

63 *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*; Peccata, & ſcelera dicuntur eſſe ſuper cor peccatoris: Hinc dixit Ieremias *cap. 17. v. 9. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile.*

Crimina rationem perturbant. Peccatum eſt Tenebra.

64 Vel dic *ſuper faciem*; quia Peccatum rationem perturbat, ideò rectè peccato nomen, tenebræ, poſitum eſt; vndè Epheſijs pœnitentibus dixit Apoſtolus S. Paulus *ad Epheſios cap. 5. v. 8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

Spiritus Sanctus ſpecialiter tribulatis adeſt.

65 *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas*; quia ſpiritus Dei adeſt ſpecialiter his qui in aquis tribulationis manent, vt cecinit Dauid Pſal. 33. *v. 19. Iuxtà eſt Dominus ijs qui tribulato ſunt corde.*

66 Vel dic, *ferebatur ſuper aquas*, quia quocumque fluant homines per peccata ſemper ſuperfertur Dominus quærendo illos ſua gratia, vndè ad oſtium animæ pulſans amoris voce, dicit in Canticis Cantic. *cap. 5. verſ. 2. Aperi mihi; ſoror mea, amica mea, columba mea.*

Gratia Dei ſemper eſt in promptu. Deus noſtræ ſalutis amãtiſſimus.

67 Vel his, qui ſunt ſuper aquas diuitiarum, nempè diſtracti à mundo, ſicuti religioſi, (ideo *Nazarei* dicti, hoc eſt *Separati, Conſecrati Coronati*) qui in comparatione æternæ Sapientiæ diuitias nihil eſſe ducunt. *Sapient. cap 7. v. 8.*

Religioſis adeſt Spiritus Sanctus.

Diuitiæ nihil ſunt.

68 *Dixitque Deus, fiat lux, & facta eſt lux*: ideſt gratia, quæ eſt vera lux illuminans animam. S.P.N. Aug. *ſerm. 82. de diuerſis poſt medium tom. 10. Quando per ſpiritum Dei peccata dimiſſa ſunt, tunc dixit Deus fiat, & facta eſt lux.* Verſ. 3.

Gratia eſt lux animæ.

69 Vel dic, *Fiat Lux*, Homo rectus, & iuſtus lux eſt. S. Paulus *ad Epheſios vbi ſup. nunc autem Lux in Domino.*

Homo iuſtus eſt lux.

70 *Et diuiſit Lucem à tenebris*: quia gratia opponitur peccato, quod comparatur tenebris. S.P.N. Aug. *lib. 13. Confeſs. cap. 10. circa init. Tom. 1. In nobis diſtinguitur tempore, quo tenebræ fuimus, & lux efficimur. Idem in pſal. 7. circa finem tom. 8. Iam verò tenebris ſignificantur peccata.* Verſ. 4.

Tenebræ ſũt peccata.

71 Vel dic *diuiſit Lucem à tenebris*: quia cum homo rectus ſit lux, tenebra Peccator, hi ſunt merito, & corona diuiſi, nam dixit Apoſtolus S. Paulus *2. ad Corinth. cap. 6. v. 14. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras?*

Peccator, & iuſtus merito, & præmio diuiſi.

72 *Factumque eſt veſpere, & manè, dies vnus*; Pro die vnico intelligitur vita humana quæ admodum breuis eſt. S. Hilarius *ſup. Matt. c. 5. Tota dies, eſt totum tempus huius vitæ.* Verſ. 5.

Vita humana breuis eſt, vt vnus dies.

73 Et hæc Vita conſtat *veſperè, & manè*, ideſt tribulationibus nomine veſperis, & proſperitatibus per manè. S.P.N. Aug. *in Pſ. 64. longè poſt medium tom. 8. Manè ſignificat proſperitatem ſeculi, veſperè tribulationem ſeculi.*

In Vita humana ſimul in vnum Tribulatio, & gaudium.

74 Hic nota ☞ quod dies triplex eſt; eſt enim dies infectus, eſt dies affectus, eſt dies perfectus. Infectus corruptione peccatorum; affectus deuotione bonorum; perfectus conſummatione bonorum. Primus ergo eſt tribus infectus, voluntate, vanitate, & malignitate. De primo Hieremias *cap. 17. v. 16.* dixit, *Diem hominis non deſideraui, tu ſcis*. De ſecundò cecinit Pſalmiſta *Pſ. 102. v. 15. Homo ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri ſic efflorebit*. De Tertio S. Paulus *ad Corin. 1. cap. 4. verſ. 3. Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque me ipſum iudico.*

Dies moraliter triplex tripliciter ſingulatim diuiſus.

75 Se-

75 Secundus dies eſt affectus tribus: ſcilicet, puritate conſcientiæ, ſanctitate iuſtitiæ, ſuauitate letitiæ: de primo dixit Paulus 2. *Corinth. cap. 6. verſ. 2. Ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem.* De ſecundo Zacharias pater Ioannis prophetauit *Luc. cap. 1. verſ. 74. & 75. Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*: De Tertio Eccleſia in Hymnis canit *Lætus dies hic tranſeat, &c.*

76 Tertius dies, nihilominus in tribus eſt perfectus. Primo, quia erit fine noctis, vel nubis interruptione: Secundo, lucis magnitudine: Tertio plænaria Dei viſione: de primo ſcripſit Petrus *in Epiſt. cap. 1. verſ. 19. Donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris*: De ſecundo dixit Iſaias *cap. 30. verſ. 26. Et lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum*: De Tertio prophetauit Oſeas *cap. 6. verſ. 3. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius*: ideſt ſine corruptionis moleſtia ſciemus ſecreta cæleſtia.

Verſ.6.
Firmamentum eſt anima rationalis, & religio.

77 *Dixit quoque Deus fiat firmamentum*: ideſt Anima Rationalis. Vel Religio, ſeù ſtatus Religioſus, quo firmatur Eccleſia.

Orationes multum valent

78 *In medio aquarum*: ideſt in medio populorum ad ipſos ædificandos; ſeù in medio tribulantium, vt eos iuuent ſuis orationibus.

Verſ.7.
Boni, a malis diuidendi.

79 *Diuiſitque aquas ab aquis*: boni à malis diuidendi; quia in Eccleſia Dei ſunt non tantum boni, ſed etiam mali, qui valdè diſcrepant inter ſe; propter hoc dicitur etiam, quod ſint aquæ non ſolum *ſub firmamento*, ſed etiam *ſuper* illud, quia ſunt ſeculares non ſolum Religioſis vitioſiores, ſed etiam virtuoſiores.

Religioſi martyres viui.

80 Vel dic, quod *aqua* ideſt tribulationes ſunt non ſolum in ſæculo, ſed etiam in Religione; immò abundantiores propter auſteritatem vitæ. Hinc mellifluus Doctor *ſerm. 7. in Quadrag.* Vocat Religioſos *Martyres viuos*.

Aquæ ſuperiores ſancta deſideria, inferiores ſunt malæ cogitationes

81 Vel dic, quod *Aquæ ſuper firmamentum* ſunt deſideria ſancta, & mundæ cogitationes: & *Aquæ ſub firmamento* ſunt terrena deſideria, & immundæ cogitationes: de primis dixit Iob *cap. 12. verſ. 15. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas, ſubuertent Terram*. De ſecundis dicitur 4. *Regum cap. 2. verſ. 19. Habitatio ciuitatis huius optima eſt .... ſed aquæ peſſimæ ſunt.*

Verſ.8.
Religioſi, & monaſterium ad inſtar cæli.

82 *Vocauitque Deus firmamentum cœlum*: Quia Religio, & Monaſterij locus eſt veluti cœlum, in quo propter virtutes fulgent ſtellarum ad inſtar Religioſi cum Siſara infernali pugnantes vndè dicitur *Iudic. cap. 5. verſ. 20. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.*

Verſ.9.
Nihil cum concordia comparandum.

83 *Congregentur aquæ in locum vnum*: quia tam Religioſi, quam ſeculares procurare debent inter ſe charitatem, & concordiam, proindè cecinit ſacer Vates. *Pſal. 133. verſ. 1. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.*

84 *In locum vnum*: ideſt quod quiſque patitur ordinetur propter Deum: Hic ad mores obſerua: Religioſos habere tres locos: eſt enim nobis locus doctrinæ in clauſtro, in quo frater eruditur, & de hoc dicitur *Pſal. 31. verſ. 8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris.*

Loci tres Religioſorum moraliter explanati.

Clauſtrum

85 Locus pugnæ in Oratorio, in quo bellum cum demone committitur; & de hoc dicitur *Pſal. 17. verſ. 35. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.*

Oratorium

86 Locus medicinæ in Capitulo, in quo vulnus animæ ſanatur, & de hoc dicitur: *Pſal. 146. verſ. 3. Sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.*

Capitulum

Verſ.10
Religioſus debet eſſe ſimilis terræ facienti fructus ſed pænitentiæ.

87 *Vocauit aridam terram*: quia Religioſus auferendo à ſe imperfectiones ſæculi Terra vocatur ideſt potens facere fructus dignos pænitentiæ, & ſanctitatis: Origenes *in Gen. cap. 1. homil. 1. Sicut ergo arida hæc ſegregata à ſe aqua, vltrà non manſit arida, ſed iam Terra nominatur: hoc modo etiam noſtra corpora, ſi hæc ab eis ſegregatio fiat, iam non permanebunt arida, ſed terra appellabuntur, ex eo quod fructum Deo ferre iam poterunt.*

Verſ.11
Otium animæ ſummopere nocivum.

88 *Germinet Terra*: ideſt Religio, ſiuè Anima non ſit otioſa, ſed operetur bonum iuxtà proprium ſtatum S. P. N. Auguſtinus. *Serm. 245. de temp. cap. 3. Tom. 10. Hoc eſt initium Religionis noſtræ benè viuere, abſtinere ab omnibus ſeductorijs, ſuſtinere mala temporalia.*

Verſ.12
Anima operans virtutes à Deo benedicitur.

89 *Et protulit Terra &c. & vidit Deus quod eſſet bonum*: anima poſt receptionem gratiæ operando fructus virtutis fit digna benedictionis diuinæ. *S. Paulus Epiſt. ad Heb. cap. 6. Verſ. 7. Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe imbrem; & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo*: Verſ. 13. vide v. 5.

Verſ.13

Cor humanum eſt durius tanquam ſaxum.

90 Vel dic cum *S. Ambroſio lib. 3. Hexameron. cap. 17. tom. 4. Germinet, inquit, Terra. Et ſtatim omne ſurgente germine terra completa eſt. Et homini dicitur: dilige Dominum Deum tuum: & non eſt charitas Dei omnium infuſa viſceribus. Surdiora corda hominum ſunt, quam dura ſaxorum. Terra debitos fructus nobis miniſtrat, dum obſecundat authori: nos debitum manus negamus, dum non veneramur authorem.*

Verſ.14
Prælati ad bonum exemplum tenentur.

91 *Fiant luminaria, & ſint in ſigna*: ideſt quilibet, & multo magis ſuperiores, & Prælati præbeant alijs bonum exemplum, & ædificationem, quia dicit Mediolanenſium Paſtor *ad Rom. cap. 1. Facit inferior quod fieri viderit à ſuperiore.*

Homo iuſtus velut luminare.

92 Vel dic *Fiant luminaria*: ideſt homines iuſti, hinc dixit Sanctus Paulus *ad Philip. cap. 2. Verſ. 15. & 16. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Verbum vitæ continentes.*

Verſ.15
Sacerdotes, & Epiſcopi populorum lumina.

93 *Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram*: ideſt Epiſcopus, & Sacer-

dos

dos poſiti in firmamento Eccleſiæ, ſicut lux debent illuminare populos, oueſque creditas, *quia ſcribit S. Ambroſius lib. de dignit. Sacerd. cap. 6. tom. 4. Quia Epiſcopus ipſe dum malè agit dignè perit; inſuper, & alios ſecum indignè perdit.*

Duo luminaria ſunt intellectus, & voluntas in homine.

Duo Teſtamenta duo ſunt luminaria.

Verſ.16 94. *Fecit Deus duo luminaria magna*: Homini dedit Deus intellectum, & voluntatem, illo minor iſta, vt his duobus magnis luminibus, diem, ac noctem, ideſt bonum, & malum faciliter videre poſſit.

95. Vel dic; Duo Teſtamenta *Maius* nouum, *Minor* vetus, vt his duobus luminibus homo diſcernere poſſit diem eternæ veritatis, & noctem humanæ nihilitatis.

Verſ.17 96. *Et poſuit in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram* ideſt intellectum, & voluntatem poſuit io anima, vt lucerent ad benè operandum.

Verſ.18 97. *Et diuiderent lucem, ac tenebras*: &

Verſ.19 diſtinguerent veritatem fidei à tenebris idololatriæ *Verſ. 19. vide v. 5.*

Stigmata Ieſu Crucifixi in corde ferre debet homo Fidelis.

Verſ.20 98. *Producant aquæ reptile*, ideſt, cum tam reptilia, quam volucres in aere, & in aquis Crucis figuram habeant; ſic producant aquæ cordis noſtri cogitationes tales, vt homo crucifixi imaginem in corde ferat. *S. Anaſtaſius Sinaita lib. 3. de quarto die creationis.*

Pœnitentia eſt velut Cete.

99 *Creauit Deus Cete grandia*, ideſt Pæni-

Verſ.21 tentiam peccatoris, quæ in mare lacrimarum ſe habet, *Vt cete grandia* comparatiuè ad alios attritionis actus.

100 *Et Vidit Deus quod eſſet bonum*, attende, non eſt ſcriptum dixit Deus quod eſſet bonum; ſed vidit; quia ipſa quæ ſupradiximus, inquit Origines *hom. 1. in cap. 1. Gen. pag. mihi 5. Bonos poſſunt facere optimos, & Sanctos.*

Non poteſt homo fieri magnus coram Deo niſi cum fide opera ſidei vniat.

Verſ.22 101 *Benedixit Deus dicens creſcite, & multiplicamini*: quia ex aquis genitos homines (nempè per Baptiſmum regeneratos) benedixit Deus dicens: creſcite, & multiplicamini, ideſt fidei, quam confitemini, opera coniungite, vt creſcatis coram oculis meis: quia dicit *S. Ambroſius In epiſt. ad Hebr. cap. 5. tom. 5. non fides ſola, ſed etiam vita cum virtute quæritur; quia fides ſine operibus mortua eſt S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus lib. 5. Anagoc. contempl. in Hexamer.*

Verſ.23 Vide ſupra verſ.5.

Status Religioſi.

Religioſi tria debent eſſe.

Iumenta remittendo ſe prouidentiæ Dei.

Reptilia per bonum exemplum.

Beſtiæ terræ proximis ſeruiendo.

102 *Producat terra animam viuentem, iu-*

Verſ.24 *menta, Reptilia, & beſtias terræ.* Religioſi, & Spirituales, non ſolum ſint volucres, qui ſurſum feruntur, vt fiant obuiam Chriſto in aera, ſed etiam ſint Iumenta, remittendo ſe ipſos diuinæ Prouidentiæ, ſed etiam ſint Reptilia, & beſtiæ terræ. *Iumenta nam dicit S. Theodoretus in Pſal. 72. Vt iumentum ducentem ſequitur, quod non curioſè exquirit, qua trahatur, ſic à tua gratia gubernatus ſequar, & ego, minimè tuam prouidentiam curioſè inquirens. Sint reptilia operibus bonis prius oſtendendo*, quid debeant prædicare, iuxtà illud *S. Matth. c. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Sint *Beſtiæ terræ* alijs, ideſt proximis, ſeruiendo. *S. Ambroſius lib. de Parad. cap. 14. tom. 4. Hac enim Seruitute pollet populus Chriſtianus, ſicut, & Dominus ad diſcipulos ſuos ait S. Matth. cap. 20 qui vult inter vos primus eſſe ſit omnium ſeruus:* & Apoſtolus *ad Gal. c. 5. verſ. 13.* imperat *Per charitatem Spiritus ſeruite inuicem.*

Dignitas ſuperiores in quo conſiſtat.

103. *Fecit Deus*: ideſt per gratiam ſuam Verſ.25

facit vt bona opera eliciantur ab homine. *S. Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain cap. 7. tom. 4. Dominus Deus tuus ipſe dat vires, vt facias virtutes.*

Gratia facit, vt faciamus.

104 *Faciamus hominem ad imaginem, &*

ſimilitudinem noſtram; Quia per Verbum *faciamus* omnes Sancti Patres intelligunt tres Diuinæ Trinitatis Perſonas: ideò ſequitur *hominem ad imaginem* earum factum habere trium Sanctarum Perſonarum aliquam propriam imaginem; Verſ.26

Trium Perſonarum diuinarum homo in ſe ſingul atim imaginem portat.

Sic igitur habet homo amimam *ad imaginem* Dei, & Patris.

In ratione ſeù verbo hominis interno effingitur Deus Verbum à Deo genitum; & in mente fert imaginem Sancti Spiritus, & de hoc diffuſe, vide S. Anaſtaſium Sinaitam in libro de conſtruct. hominis.

Hominis Catholici dignitas, & gloria.

105 *Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs*: quia homo cattholicus *ad imaginem Dei*, ideſt lumine veritatis inſignitus præeſt Iudeis, Barbaris, Turcis &c. immò inquit Supradictus S. Patriarcha *habet aduerſus iſtos inexpugnabilia arma ad defendendam Chriſtianorum Fidem.*

106 *Maſculum, & fœminam creauit eos*, Verſ.27

Spiritum, & carnem; ſed quia inter ſpiritum, & carnem eſt continua rixa, vti dicit *Apoſtolus ad Galat. cap. 5. verſ. 17. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur*: idcircò infrà *fœmina* ideſt Carni, dicit *Gen. cap. 3. verſ. 16. ſub viri poteſtate eris*, ideſt ſpiritus, *dominabitur tui.* Vt Anima intelligat; ſi vult cæleſti benedictione creſcere in hac vita multiplicatione gratiæ, inſoleſcentem hanc reprimere carnem, & ſpiritui dominio ſubordinare *Orig. ſup. Gen. hom. 1. S. P. N. Aug. l. de Gen. cont. Manicheos cap. 23. & 25.*

Inter carnem, & ſpiritum continua colluctatio.

Non benedicitur anima multiplicatione gratiæ diuinæ ſi triumphū de carne non refert.

107. Vel dic *Maſculum, & Fœminam*; ideſt Prælatus ſit maſculo fœmina, *maſculus* per diſciplinam; *fœmina* per manſuetudinem *Creſcite*, ideſt in gratia. Vide Hugonem Cardinalem hic. *Multiplicamini* in bonis operibus. *Replete terram*, ideſt Eccleſiam doctrina, & exemplo.

Prælatus debet eſſe maſculo fœmina, & quomodo.

108 Vel dic *Replete terram, & ſubijcite* Verſ.28

eam; quia ad domandam carnem debet præcedere repletio virtutum in terra animæ: hinc ad rem ſcribit Rauennas mirabilis Eloquentia, *Serm. 22. de terrena cura deſpicienda poſt medium Neſcit vincere vitia corporis, virtutis cingulum qui depoſuit: Cincti ergo*

Virtutes ſpirituales ſubijciunt paſſiones rebelles.

caſti-

caſtitatis balsbeo, quod eſt inſigne militia Chriſtiana, fluxam carnis detruncemus ignauiam.

Si carnem ſubijcis homo omnia vitia ſuperas.

109 *Dominamini piſcibus maris*: quia homo poſt ſubiectionem rebellatæ carnis habet dominium conculcandi omnia corporis vitia, quæ mouentur, Vnde Thomas Ciſterciensis in *Cantic. Cantic. lib.2.c.9.§.23.* ſcripſit belle *Quanto enim caro attenuatur, tanto ſpiritus ſubtilizatur*. Et hic allud. loc. S. Pauli *ad Corinth.2.cap.4.v.16.*

Verſ.29 110 *Dixitquè Deus eccè dedi omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habeat in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.*

Verſ.30 111 *Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cęli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendam.*

De hominis eſca, & abſtinentia, vt verſ. 3. cap. 9. Gen. infra. Ieiunium fortem hominem reddit contra dæmonem.

112 Hic obſerua, quod pro hominis cibo à totius vniuerſi Conditore aſſignantur ſolæ herbæ, & arborum fructus: Quia Ieiunium grande contra diabolum fortiorem animam reddit: Vndè eleganter S. Ioannes Chryſoſtomus *homil. 13. in cap. 4. S. Matthæi tom.3.* dicit *Vt diſcas, quam ſit bonum grande Ieiunium: & quia hæc aduerſus diabolum arma ſunt maxima.*

Verſ.30 113 Subditur, *& cunctis animantibus Terræ*. Sed hoc notandum eſt Verborum diſcrimen; hominibus dictum eſt, *vt ſint vobis in eſcam*: *Animantibus* verò *terræ, vt habeant ad veſcendum* dicitur.

Pro *animantibus Terræ*, in quibus eſt anima ſola viuens, non opes ſuperbæ, & diuitiæ (cum ſubtiliſſimo Ruperto Abbate *in c. 2. Ioelis*) *Pauperes* intellige.

114 Vndè propter hoc dictum eſt, *vt habeant ad veſcendum*, & non *ſint vobis in eſcam*, quia debet homo diues pauperibus dare eleemoſinam *vt habeant* mendici *ad veſcendam*. Nam ſi quis ieiunet, & pauperibus eleemoſinam negat, hic Hypocrita eſt, non virtuoſus; quia ieiunium ſine miſericordia, non eſt virtus, ſed Hypocriſis; dicente Domino per os S. Matthæi, *cap. 6. verſ. 16. Vos autem cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes*: hinc ſcribit S. Petrus Chryſologus *ſerm.8. de ieiunio, & eleemoſ. poſt mediam. Ieiunium ſinè miſericordia ſimulacrum famis eſt, imago nulla eſt ſanctitatis: ieiunantes ergo fratres prandium noſtrum reponamus in manu pauperis, vt ſeruet nobis manus pauperis, quod venter nobis fuerat perditurus.*

Pauperes ſubueniendo mandato Dei.

Ieiunium ſine eleemoſina nihil valet. immò virtus non eſt, ſed Hypocriſis.

115 *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*. Nota non dicitur, *fuerunt*, ſed *erant*; quia virtus eſt indefinitè exercenda, nam ſolis in virtute perſeuerantibus corona promittitur. Vndè Gentium Doctor *ad Timoth. epiſt.2.cap.2.* Verſ. 5. dicit. *Nam, & qui certat in agone, non coronatur niſi legitimè certauerit*. *Hic*, inquit Theophilactus. *Archiepiſ. Bulgar. in epiſt. 2. ad Timoth. ibidem. Hic Pauli ſapientiam expende. Militis meminit, vt indicet quomodò ad cædem, & mortes oportcat paratos eſſe. Porrò athleta eſt, vt in omnibus perſeueret, ac in exercitio ſemper viuat.* Verſ.31

Perſeuerantes in Virtute coronæ gloriâ, & gloriæ coronam adipiſcuntur.

D V B I A S A C R A
IN CAPVT I. GENESIS.

Verſ.1. §. 1. QVarè dicitur *In principio creauit Deus cœlum, & terram*; & non *à Principio* ſicut in cap.2. Geneſis Verſ. 8. dicitur de Paradiſo Terreſtre, *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio?* Quia Deus ſic diligebat hominem, vt amore eius Animæ vehementer accenſus, priùs pro ipſa anima, quam pro ſe manſionem, & domicilium præparaſſe videatur. Totum eſt per ſe clarum ex verbis, quibus coniunguntur, nam ly *creauit*, eſt præteriti perfecti, ly *plantauerat*, eſt pluſquam perfecti; & facit hunc ſenſum, *A principio in quo creauit Deus cęlum, & terram plantauerat Paradiſum voluptatis*. Interlinealis hic ex mente S. Hierony. Ex hoc manifeſtè comprobatur, quod priuſquam Deus cœlum, & Terram crearet Paradiſum antè condiderat. Auctor arboris Vitæ: Ideſt P. Ioannes de la Haye Minorita *in Arbore Vitæ. Ad innuendam tanto amore Deum proſequi hominem, vt ei habitaculum prius, quam ſibi præparaſſe videatur.*

Amor Dei erga animam noſtram.

Verſ.2. 2. Quare *creauit Deus Terram inanem, vacuam, & deformem?* Quia dicit S. Io: Chryſoſtomus *hom.1. in cap.1. Geneſis tom. 5. lit. A. Cum Terra ſit nutrix, & mater noſtra, & ex ea facti ſumus, ac educamur; ipſaque noſtra patria eſt, & commune ſepulchrum (reditus enim noſter ad eam eſt,) & varijs per eam bonis fruimur. Ideò vt ne homines ob vſus neceſſitatem plus quàm dignum eſt eam venerentur, oſtendit primum, rudem, & abſque forma: vt ne beneficia terræ, Telluris naturæ imputes: ſed ei tribuas, qui illam ex nihilo, vt eſſet, creauit.*

Gratitudo erga diuina beneficia.

Verſ.2. 3. Quare dicta fuit *Terra inanis*, ideſt inuiſibilis, vt ſupra in littera expoſuimus? Quia *hominem non habebat*, dicit S. Ambroſius, *lib. 1. Hexam. cap.7. tom. 4. propter quem Dominus reſpiceret in terram*. Sicut ſcriptum eſt. *Pſal.*

Propter hominem omnia bona veneruntur terræ.

13. Verſ.2. *Dominus reſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

Verſ.2 — *Mundus ipſe indigebat operatore homine ad accipiendã pulchritudinem Dei Prouidentia.*

4 Quare dicta fuit *Vacua*? S. Ambroſius *in Hexam. lib. 1. cap. 8. Oſtendere enim voluit Deus, quia nec mundus ipſe haberet gratiam, niſi eam vario cultu operator ornaſſet.*

Verſ. 2. — *Differẽtia inter ſpiritum Sanctum, & ſpiritum malum.*

5 Quare *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas* poſtquam *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, & non antea? vt cognoſceretur diſcrimen inter ſpiritum malum, & ſpiritum ſanctum: quia ſpiritus malus (ſignificatus nominibus *Abyſſi, & tenebræ* vide D. Hieronymum, *ſuper Ionam cap.2. & ſuper Eſai. cap. 5. & in Iob cap.3.*) *Ambulat per loca arida. Spiritus autem Sanctus fertur ſuper aquas.*

Verſ.2. — *Miſericordia Domini ſuper omnes operes malos.*

6 Vel, quia cum *tenebræ*, ideſt peccatores, eſſent ſuper faciem *abyſſi*, ideſt inferni; ad hoc vt ipſi reciperent lucem futuræ gratiæ ad videndam faciem pœnitentiæ, tunc *ferebatur Spiritus Sanctus ſuper aquas*, ſuæ miſericordiæ eos illuminando. S. Ambroſius *lib.3. eiuſdem Spiritus Sancti cap. 15. Quis eſt ergo qui illuxit, vt cognoſcamus Deum in faciem Chriſti Ieſu? quem putamus alium præter ſpiritum declaratum?*

Verſ.2. — *Nouum, & Vetus Teſtamẽtum.*

7 Vel, quia duæ leges figurabantur, in tenebris, & in aquis: & quia prima lex fuit adumbratio ſecundæ legis, nam quod in illa operabatur, & operatũ fuit, erat & fuit nouæ legis vmbra S. Paul. 1. *ad Cor. c.10. v.1. Patres noſtri omnes ſub nube fuerũt*, ideò tenebræ debebant antecedere, volatum ſpiritus Dei ſuper aquas ſacramentorum ſecundæ legis; & ſpiritus Dei poſt tenebras primæ legis ferebatur ſuper aquas, quia ab *Aqua lateris Chriſti cœperunt* vt dicit S.P. Auguſtinus *nouæ legis Sacramenta.*

Verſ.2. — *Delectio inimicorũ.* — *Thronus Dei Pax.* — *Deus gaudet de pace.*

8 Vel; Quia, cum cœlum Hebraicè vocetur *Aſciamaim* ideſt *Aſcia, maim*; שבים *Sebamaim.* Ignis, & aqua, cum ſint hæc duo elementa ſibi ipſis contraria, & vnum contrarium ſit deſtructiuum alterius, videns Deus, quod hæc duo contraria elementa vinculo pacis vnita in creatione perſiſterent ſtatim in thronum ſibi elegit Cœlum, dicens per Eſaiam *cap. 66. verſ. 5. Cœlum ſedes mea*: & tantum de ignis, & aquæ concordia delectatur, quod *Spiritus Domini* gaudens *Ferebatur* in initio Mundi *Super aquas*; & initio redempti Mundi non aliam formam accipere voluit, quam ignis: Actus Apoſtolorum *cap. 2. verſ. 3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, seditque ſupra ſingulos eorum.* Sic ergo benè *Ferebatur Spiritus Dei ſuper aquas*, ideſt tamquam in propria ſede inter ignem, & aquam quia: *Vbi ſunt* (dicit ipſe per os *S. Matth. cap. 18. verſ.20.*) *duo, vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.*

Præmium Vnitatis, & concordia.

Verſ.2. 9 Quare *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, & non ſuper cœlum, Terram, aut tenebras? quia cum Aquæ *Sanctorum vniuerſitatem* ſignificent, dicit Belluacenſis, hic ſuper iſtam ferebatur *Sanctitatem mutuando*, ſubiungit Tertullianus; Accepit ergo Abelis Innocentiam, Abrami fidem, Henoch orationem; A Noe ſimplicitatem, Ab Iſaco obedientiam, à Iacobo fortitudinem; Moyſis manſuetudinem, Dauidis humilitatem, Iob patientiam: Patriarcharum ſanctitatem, feruorem Apoſtolorum, Martyrum conſtantiam, Abſtinentiam Confeſſorum, Virginum Caſtitatem, immò eamdem Angelorum puritatem; & de his omnibus virtutibus, & ſanctitatibus quid fecit? Audi Epiphanium. *Accipiens a Sacerdote Virgam IOSEPH, ſtatim euolauit ad eum ſpiritus Domini, & omnes Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Confeſſorum, & Virginum virtutes infudit in Ioſeph Anima.*

S. Ioſeph dignitas, & excellentia.

10 Vel dic *ferebatur ſuper aquas*: quia *Sitiebat hominis creationem* Tertullianus hìc, ſed quia duplex hominis fuit creatio, alia poſt lapſum, vna ante lapſum, temporalis iſta, ſpiritualis altera. Hìc obſerua, primum quod in mundo accepit Deus fuit aqua, *ferebatur ſuper aquas*, & vltimum quod reliquit in mundo fuit aqua, *& exiuit ſanguis, & aqua*; eccè igitur immenſi amoris Dei erga animam noſtram vnica reflexio. Humani generis aquam in mundi creatione ſitiuit Deus, & ad demoſtrandum quantum hunc hominem diligeret, cum omnia in Golgotha moriens reliquiſset; ſpiritum Deo, Ioannem Matri, Adamo ſalutem, ſucceſsoribus cœlum; aquam illam, ideſt hominem quem in corde habebat ab initio creationis, quaſi coactus vltimò reliquit; ideò poſt *ſanguinem exiuit aqua*: hinc dicit Tertullianus *nunquam ſine aqua Chriſtus.* Verſ. 2.

Quantum exiſtimaſſet Deus Animam noſtram. — *Vis amoris.*

11 Quare ſpiritus Domini primo cum legitur mundum aduenisse, in aquis fuiſse videtur, & non in aëre, terra, aut cœlo? quia ſi Deus opus creationis ſpiritualis terminauit in aqua; *exiuit ſanguis, et aqua*, opus etiam Creationis Temporalis debebat incipere ab aqua: ideò dicit S. Hieronymus. *Qui ab aquis cœperat finiuit ab aquis.* Verſ.2.

Relatio finis, & principij. — *Vnitas, & paritas in operationibus laudanda.*

12 Quare *diuiſit Deus lucem à tenebris*, cum iam tenebræ cognoſcantur eſſe lucis priuationes? Quia voluit docere homines, ne in iudicando aliquod, ſecundum faciem iudicent antequam videant: & per hoc dicit ſcriptura poſt lucem creatam; *vidit Deus lucem quod eſſet bona*; & ſubiungit ſtatim *diuiſit lucem à tenebris*: Vgo Cardinalis *in Geneſim tom.1. Noluit Deus priùs diuidere, vel iudicare, antequam vidiſſet; adducit enim opus in iudicium contra præcipitantes ſententiam.* Vide etiam apud Oleaſtrum in Geneſim. Verſ. 4.

Iudicium temerarium. — *In iudicando qualis ordo ſeruandus.*

13 Vel, quia voluit, vt lux ſeparetur à tenebris, & fugiant filios Diaboli filij veritatis, inquit D. Leo. *Serm. 4. de Quadrageſ. Inimicis enim Crucis Chriſti nulla conuerſatione iungamur, ne impiorum conſortio ſanctitas fidelium polluatur.* Verſ. 4.

Mala practicha fugienda.

14 Quare cum de firmamento faciendo agitur, Ver.3.6

Angeli ſub lucis nomine perſonando.

agitur, à verbo *fiat*, ad aliud *factum eſt*, tot intercedunt; non ita verò cum de luce condenda negotium eſt? quia (cum lucis nomine Angelica adumbretur creatura, dicit S. P. N. Auguſtinus; *lib. 2. de Geneſ. ad litteram cap. 8.*) ecce myſterium, Audi Lumen Eccleſiæ Sanctæ Doctorem. *Cum facta eſt lux, dictum eſt tantum, fiat lux, in Verbo: & facta eſt lux in opere; ſtatimque adhaſit increata luci, lux creata, & vicinior, & omni creatura capacior. In ſecunda autem die, quadam mora eſt, & verborum multiplicatio, vt intelligamus, iſtas naturas, ad deficiendum pronas eſſe, ad obediendum minus aptas.*

Promptitudo Angelorum in diuinis implendis mandatis.

Natura, & creatura mortalis quāto magis ad deficiendum ſunt prona, tanto ad obediēdū minus apta.

15 Quare ante lucem poſuit Deus tenebras? deinde cum prius poſuiſset, quomodò non dicit ſcriptura quemadmodum illæ

Verſ. 3. c 2. conſtiterint tenebræ? *Eſt enim perſpicuum* dicit S. Anaſtaſius Sinaita Patriarcha Antioch. in Hexamer. lib. 1. *Quod tenebræ ſunt ſignum, ſeù ſymbolum peccati, increatum autem eſt peccatum, & minimè conſiſtens. Quomodo enim aqua caliginem habent ex propria eſſentia; ita etiam homo, proprio, & non coacto propoſito, ſua ſpontè facit, & procreat peccatum.*

Tenebræ ſunt ſymbolum peccati.

Homo ſua ſpontè facit peccatum.

Verſ. 2. 16 Quare ſcriptura tenebras ſolùm ponit antè lucem? Quia prius eramus in errore, deindè tranſiuimus ad lucem. Propterea prior eſt lex tenebricoſa, deindè Euangelium; propterea prior eſt veſpera, deinde dies. Hinc lege eſt conſtitutum, vt inciperetur à Veſpera, Dominica; quoniam à morte obſcura proceſſimus ad lucem reſurrectionis.

Ante vera lucis idest Chriſti aduentum erant tenebræ peccati.

Dies Dominicus incipit à veſpera præcedente.

17 Quare dicitur, *factum eſt Veſpere, & mane dies vnus*, & non dies primus? vel duo?

Verſ. 5. quia hoc myſterium magnum eſt; *Veſper, & mane: Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia, S. Paulus 1. ad Theſ. cap. 5.* quæ aliquando erat veſper obſcurus, ei autem vnita vera luce fuerunt duo in carnem vnam, in vnum lucis diem, qui *illuminat omnem hominem venientem in mundum* fidei Chriſti; quem deinde initiauit Baptiſmo, cum diceret. *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, per ſpiritum, & aquam ipſum oſtendens, per quem, & ipſum purgauit ab antiquis ſordibus.

Eccleſia Chriſto Vnita.

Noua lex nouus mūdus.

Verſ. 6. 7. & 8. 18 Quare poſt quam factum fuit firmamentum, & fuerunt diuiſæ aquæ, quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper, dicitur, *factum eſt Veſpere, & mane dies ſecundus?* quia poſt quam homo per peccatum diuiſit ſe à cœlo, & à beatorum gloria, vt ipſe qui fuerat formatus, firmus maneret, ac ſtabilis in ijs, quæ ei fuerant tributa in Edem, Chriſtus humanam aſsumpſit naturam. *Propterea* (dicit Sinaita, lib. 2. de Diuin. Opific.) *Propterea dies ſecundus, & actia ſecunda dicitur, ſeruatoris humanæ naturæ ſuſceptio. Quam, qui, hinc, & illinc diſcreuit fidelium, & infidelium aquas per firmamentum fidei Chriſtianorum dies ſignificauit.*

Natura humana à Chriſto ſuſceptio dicitur dies ſecundus.

Verſ. 9. 19 Quare ad hoc, *vt appareat arida*, congregandæ ſunt aquæ? Quia paſſiones immodicæ, & humani inordinati affectus per aquas ſignificati, ne mentem perturbent, ac inebrient conſtringendi ſunt in vnum. Quia, ſcribit Hugo de S. Victore, *lib. de Sacr. lib. 1. p. 1. cap. 33. Affectus animæ inferior, niſi certa lege conſtringatur, non poteſt apparere arida, nec germina producere, ſicut Apoſtolus ad Cor. 1. cap. 9.* Verſ. 27. *caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit.*

Conſtringendæ ſunt paſſiones humanæ ne mentem perturbēt.

20 Quare Deus *ſeparauit aquas ab aquis* Verſ. 9. & 6.
vt terra appareret fructifera? quia nequit anima florere virtutibus, quæ affectu inordinato fertur ad terrena. S. Bernardus *Serm. 31. ex paruis. Vſque hodie, in ciuibus Babylonis, aquarum effuſio, ideſt confuſio cogitationum, terram facit inanem, & vacuam, dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullum ex eo ſpectare eſt fructum ſalutis, diuidantur ergò aquæ ab aquis, quatenus anima quoque, vt dignum eſt, partem ſibi vendicet cogitationis: ſanè inferiores, certis limitibus coerceantur, certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant, proindè ſuperiores copioſius dilatentur.*

Anima non poteſt in ſanctitate floreſcere ſi fertur ad terrena.

21 Quare Moyſes de Terra, prætermiſſo Verſ. 10
cœlo, loquitur, cum vna ſola vice tantum cœlum nominauerit, in *Principio creauit Deus cœlum, & Terram*, & relinquendo *Cœlum*, ſtatim dicit *Terra erat &c.* quia hanc ſolam vocem cœli, tam ſignificatiuam, & in ſe ipſa eloquentem exiſtimauit, quod ſufficeret ad deſcribendam illius Patriæ fælicitatem, ſolum nomen cœli. Sic Iunilius Epiſcopus Africanus in Bibl. Sanctorum Patrum. *Quia omnem ſtatum, atque ornatum illius ſæculi, vno cœli nomine, quod in principio factum dixit, credidit comprehendere.*

Sufficit nomen ſolum Cœli ad deſcribendam æternam fælicitatem.

Gloria beata inexplicabilis.

22 Quare ſi terra iam nomen habebat, Verſ. 10
iterum *Arida* appellatur? Quia impij peccatores, ſignificati per nomen Terræ, ſunt ſine nomine (*Vide Eman. Sà. in cap. 4. Eſaiæ*) immò abdicandi ab omnium memoria Sæculorum. S. Io. Chryſoſtomus in Cat. Græc. ad Iob. cap. 1. dicit. *Qui diuinos typos, ac notas confundit, ac corrumpit, hic, ne hominis quidem nomine dignatur; nec nominis eius haberi appellatio poteſt.* Etiam vide Orig. homil. 24.

Peccatores anonymi ſunt.

23 Vel dic, ſi terra iam appellabatur, & Verſ. ib.
terræ adhuc nomine inſignitur *Vt intelligamus* (Ruper. ad illud Gen. 1.) *tranſitoria apud Deum, nomine carere, etiamſi apud homines nomen habeant.*

Homines Mūdi trāſitoria apud Deum nomen non habent, ſi apud homines.

24 Quare Deus Terram quam condiderat non vocarit aridam priuſquam ſuffoca-
retur ab aquis? oportet autem hoc quoque Verſ. 10
in loco adnotare, quod quando cum cœlo Deus fecit terram, non appellabatur arida, frugiferum enim, ac fertilem Deus fecit hominem, & non aridum. Quando autem fuit ſuffocata à tenebris, quæ ſupra eam erant, & aquis; tunc facta eſt arida, & mortua; deindè eam Deus rurſum vocans ad antiquam illuminationem, eam tranſnominat, & ei reddit primum nomen; & quando à te-

Deus fecit hominem fertilem non aridū.

nebris Deo apparuit , ſtatim eam vocauit Terram ; *Quomodò* (S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus *lib. 3. Hexam.*) *quomodo dicis hiſtoria quod Deus aridam vocauit terram ; vt potè quod ab infertilitate ad fertilitatem , per Chriſtum de cætero vocetur , & renouetur homo ,*

Ver. 11. 12. 25 Quare cum dicitur *Germinet terra &c.* ſcribitur *Lignum pomiferum faciens fructum iuxtà genus ſuum* , & poſtea quando *Terra protulit herbam virentem* , dicitur , *lignum faciens fructum* , & non *pomiferum* ? Quia pro ligno fructifero faciente fructum intelligitur paſſio Crucis , cuius fructus fuit totius mundi Redemptio : pro ligno autem pomifero intelligitur idem Crucis lignum , ſed nobis fertile , *Iudæis autem ſcandalum , & incredulis ſtultitiam* ; ſed fructum faciens , & *aſpectu pulchrum , & bonum ad veſcendum* , nempè Chriſtum crucifixum , quem colligimus in menſa altaris Euchariſtica .

Lignum fructiferū faciens fructum eſt Paſſio Crucis , quod lignū Chriſtiãnis fertile.

Lignum pomiferum eſt Chriſtus Crucifixus fructus bonus ad veſcendum.

In Euchariſtia ſumitur crucis fructus.

20 Quare quando dies nominantur *Perfecti* non ſcriptum fuit à Moyſe ; *Factum eſt mane , & veſpere , dies vnus , ſecundus tertius* &c, ſed econtrà mentionem fecit prius Occaſi quam auroræ ,
Verſ. 13 dicendo *Factum eſt Veſpere , & mane* ? quia voluit inſtruere hominem de rebus huius mundi quæ finem ante initium habent , moriuntur antequam naſcantur , & priuſquam albeſcant , noctem adumbrant , ideò D. Baſilius , in catena græca , *prius finem diei memorat , quam initium* .

Huius Mūdi figura præterit.

Velocitas aſtrorum noſtrorum.

Verſ. 13 14. 27 Quare tres dies fuerunt ſine lumine , lucem quidem habentes , ſolem autem , & lunam , & ſtellarum non habentes multitudinem , quartus autem fuit illuminatus ? quia in principio in prima creatione Deus dedit Adamo exilem , & euanidam lucem cognitionis , nempè legem mandati : deinde ſecundo loco poſt diluuium , creaturam recreans , & terram rurſus ex aquis aperiens Deus , dat ſecundam legem de quibuſdam mandatis , & præceptis datis Noè . Quamobrem nominat etiam Teſtamentum , eam quæ ipſi data eſt legem . Tertius deinde fuit dies , lex quæ data eſt in Monte Sinai . Tribus itaque diebus prius inſtructus , & ſanctificatus fuit Iſrael , quando accepit legem *Exod. cap. 19. verſ. 11.* Quoniam ergo illa tria hominum inſtituta vitæque agendæ rationes , quæ fuit (inquam) in Adam ante legem , & quæ in lege data Noè , & quæ in lege Moſaica , fuerunt imperfectæ , & in profundis nocturnæ , & caliginoſæ impietatis tenebris vita adhuc agebatur , priuſquam illuceſceret multitudo Apoſtolorum , & Doctorum , lucidæ (inquam) quæ ſunt in terris ſtellæ , & priuſquam oriretur *Chriſtus ſol iuſtitiæ* , cum eius coniuge luna , nempè Eccleſia : ea de cauſa tres dies ante quartum imperfectos , & opacos , ſoleque , & luna carentes fecit Deus . Quartus autem dies fuit ipſe Mundo perfectus : Et propter eum Quarta noctis vigilia venit Chriſtus tunc ſuper mare ambulans , & ſuper aquas , ad ſuos diſcipulos qui agitabantur tempeſtate , & erant perituri in mari huius mundi ; & ad nos itidem diſcipulos , qui in periculum adducebamur à ſpiritibus tenebrarum , & fluctuum impietatis . S. Marcus cap. 6. Verſ. 48. *Et videns eos laborantes in remigando , (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare : & volebat præterire eos .*

Tribus legibus inſtructus fuit populus Hebræus ante Chriſti Aduentū.

Chriſtus venit ad diſcipulos in 4 vigilia noctis , eos liberãdo á futura tempeſtate huius mundi in qua erant perituri.

28 Quare dicitur quod *Luminaria ſint in ſigna* ; & non in aliud ? Quia (ratiocinatur Stephanus Cantuar. in Allegor. Tilm.) *Firmamentum eſt eccleſia : luminaria , viri iuſti , qui bonos , & peccatores diuidunt , & ſunt in ſigna , & tempora , ideſt in ſigna temporum , ideſt temporalis miſeria . Omnes enim , qui volunt piè viuere , perſecutionem patientur ; item duo tempora ſunt , vt vnum expectemus , aliud caueamus præterea in ſignum ſunt pena reproborum , quia ſi illi in vita præſenti ſic puniuntur ſignum eſt , quod reprobi in futuro , plurimum punientur .* Verſ. 14

Piè viuentes in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur ad gloriam.

Mali homines in hac , & in alia vita caſtigati. Conſolatio iuſtorum.

Ver. 15. 16. 17. & 18. 29 Quare *Fecit Deus duo luminaria magna* , & non tria , quatuor , aut vnum ? & quare licet *Vtrumque magnum* , tamen alterum , altero maius ? quia cum ſint duæ ſupremæ dignitates huius mundi , nempè Sacerdotalis ſeù Pontificia poteſtas , & Regia dignitas , ad iſtas deſignandas hæc duo fecit luminaria , ſed quia maior eſt Pontificia , quam regia dignitas , ideò dicitur vnum luminare altero maius . Innocentius Papa *III. in hunc locum Geneſ. Ad firmamentum igitur cæli , hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna , ideſt , duas inſtituit dignitates , Sacerdotalis dignitas , vt præeſſet diei , & regalis poteſtas , vt præeſſet nocti ; vt quanta eſt inter ſolem , & lunam tanta inter Sacerdotes , & reges , & Principes differentia cognoſceretur ,* ſic etiam habet Gelaſius in Epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem .

Poteſtas Pontificia , & regalis dignitas.

Verſ. 14 30 Quare hæc luminaria dictum *Eſt vt ſint in ſigna* , & hoc antequam luceant ſuper terram ? *Vt* (dicit Vielmus *lib. 21.*) *ſint rememoratiua Dei omnipotentiæ , qui ex nihilo ea effecerit , & demonſtratiua eius bonitatis , & ſapientiæ .*

Sol , & Luna Dei Omnipotentiã demonſtrant.

Verſ. 19 31 Quare diuina deſignatione dierum , opera recenſentur , cum rerum nihil id conferat perfectioni ? Quia (reſpondit D. Io. Chryſoſtomus hom. 6. in Geneſim) *per ſingulas dies commemorat diuinas doctrinas , frequenti admonitione noſtræ menti infigere volens . Hæc igitur omnia , benè commendemus memoriæ , ſcribentes ea , in latitudine cordis , quo omnem negligentiam excutiamus , & nos ſana teneamus dogmata .*

Beneficia Dei debent in corde haberi.

Verſ. 20 32 Quare Deus piſces *Reptilia* vocauit ? Quia erant in typum gentium populi , vel quia cum piſcibus non ſit vox , neque cognitio , neque ſapientia , neque ſcientia , neque memoria , neque ſenſus , qui cognoſcant , neque aduerſus Dominum ſeruitus aliqua , aut beneuolentia , aut amor : *Vocauit Reptilia Piſces peccatores ſignificando , iſto ſpeciali nomi-*

Peccator Reptilibus ſimilis.

nõmine, quia reptile eſt ſimile diabolico ſerpenti anima, & corde, & ratione. S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus in Hexam.

Ver. 20 34 Quare piſces ante volueres nominantur? quia voluit Deus inſtruere, quod Reptilibus, & quæ humi, & in terra verſantur animis, fiant volucres cœli volantes ſuper terram ſecundùm firmamentum cœli, & ad imitationem omnium, ſpiritualem Angelorum oſtendant vitam. Cuiuſmodi fuit illa volucris quæ volauit vſque ad tertium cœlum, & dixit *ad Philipp. 3. Noſtra autem conuerſatio eſt in cœlis, & imitatores mei, de cætero, eſtote, ſicut & ego Chriſti. Idem prima Corinth. cap. 4.*

Noſtra conuerſatio debet eſſe in Cœlo.

Homo debet Chriſtum imitare.

Ver. 21. 35 Quare ad Nomen *Cete* additur verbum *Magna*? Quia non ſufficit vitam agere Religioſam, ſed bonam ad inſtar Magni Religioſi eſſe debet, & ſicuti *iſti magni piſces* inquit D. Ambroſius, *lib. 5. Hexameron cap. 10. Tom. 4. habent ſuas regiones, & habitacula diſtributa, manent in his inoffenſo vicinorum limite, nec vago tranſitu mutationes quærunt locorum, ſed tanquam patrium ſolum diligunt, & in his immorari dulce arbitrantur: quæ ideò elegerunt, vt ſolitariam vitam remota poſſint arbitrorum interpolatione tranſigere.* Sic, & Religioſi, &c.

Religioſus non nomine, ſed re debet eſſe, & non ſolum bonus, ſed optimus, quia quotidiè ad perfectionem tendere debet. Religioſus debet eſſe ſolitarius, & ſui loci contentus.

Ver. 21. 36 Quare Aues ex aquis ortæ *Vti dicit S. P. N. Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad litt. cap. 3.* in aere viuunt, & celeri volatu cœlis vicinari præſumunt; *S. Thomas 1. p. q. 71. art. 1.* & tamen nec in natali aquarum elemento, nec in ſublimi aere cœlis contermino, ſed in terræ infimiſſimo elemento fructificant, ſeù prolificant. Quia tametſi homo ea ſit virtutum præſtantia ſublimis, vt ſupra terram poſitus, tamquam volueris cœli viuat à terra ſublimis; tamen niſi ad infimiſſimam terram humilitate deſcendat, ſpiritualiter fructificare, ac prolificare neſcit; quaſi viuidum fructificandi vigorem, ab humili terræ depreſſione mutuetur, & per hoc dicit P. Didacus de Celada, *in Comment. in Ruth. §. 297.* nunquam ſatis laudandæ Societatis Ieſu Scriptor Egregius, *Aues quamuis in aere naturaliter viuant, multiplicant, & fructificant ſuper terram; ac ſi de humili terræ infirmitate, arcana ad fructificandum energia faneretur.*

De humilitate eſt vigor ad ſpiritualiter fructificandum.

Verſ. 22 37 Quare poſt benedictionem volucribus ex aqua enatis, & in aere viuentibus, peregrinum terræ elementum ad prolificandum aſſignetur? Quia inter humilitatem, & veritatem eſt ſacer nexus, quaſi veritas ſit humilitatis fructus, & humilitas veritatis feraciſſima, & illius perſuadendæ vigor. Igitur dicente Pſalmiſta *Pſal. 83. verſ. 8. Etenim benedictionem dabit legiſlator*, gloſat Bernardus ſuper illud Ioan. 14. v. 6. *quia, qui dedit legem, dabit, & benedictionem: hoc eſt, qui iuſſit humilitatem perducet ad veritatem.*

Humilitas eſt via quæ ad fructū Veritatis ducit.

Ver. 22. & 28. 38 Quare cum narrentur benedictiones, Animantium *Benedixit eis dicens: creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris*: Hominis, & Mulieris *Benedixit illis Deus, & ait creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & Dominamini piſcibus maris*; Illa benedictio diei ſeptimi quid diceret, tacetur, & ſolum ſcribitur *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo?* Quia, Rupertus, Beda, & alij, exiſtimant diem ſeptimum ob ſui quietem, æternam fęlicitatem adumbrare; indeque in ſua benedictione tacet denotando ſupernæ patriæ benedictiones, adeò ſublimes, vt nec verbis, nec ſermone exprimi, ac capi valeant *Rupertus lib. 2. in Gen. cap. 14. Beda S. P. Auguſtinus Citat. in Tom. 1. lib. 3. cap. 6. q. 5. num. 35. & 36. à P. Ioanne Sylueira.*

Cœleſtis benedictio ſermone inexplicabilis.

39 Quare cum *Iumenta, & reptilia ſint beſtiæ terræ*, etiam exprimitur, *Et fecit Deus beſtias terræ?* Pulchrè inibi D. Baſilius *in Gen. cap. 1. verſ. 25. ipſa feræ fiduciæ demonſtrationes ſunt. Vt diſcamus in periculis officina, fiducia conflatur, & ſecuritas de periculo extruitur.* Ver. 24. & 25.

Neceſſitas propè irremediabilis, eſt fiduciæ receptaculū.

40 Quare *Dixit Deus faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram?* Quia, (ratiocinatur ſpiritualiter Origenes, *in cap. 1. Geneſis*) *voluit oſtendere, tot in cœlis gloriæ ponderibus honorari iuſtum, quot in terris ſplendoribus coruſcarit.* Ver. 26.

Iuſtus tot gloriæ ponderibus illuſtratur in cœlis, quot virtutibus coruſcarit in Terris.

41 Quare dixit *Ad imaginem?* Quia homo eſt dei nummus. ſubtiliter hoc vidit, & eleganter tradit S. Hilarius, ad illa Chriſti verba *Matthei cap. 22. verſ. 19. & 20. oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerint ei denarium, & ait illis Ieſus: cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? &c.* ſic fatur S. Hilarius; *Can. 23. in Matth. Numiſma Cæſaris in auro eſt, in quo eſt eius imago depicta. Dei autem numiſma homo eſt, in quo eſt Dei imago figurata.* Et bellè ſubiungit Ignatius Martyr. In epiſt. ad Magneſianos. *In hominibus characteres duos dico inueniri, vnum veri numiſmatis, alterum adulterini: Homo pius, numiſma eſt à Deo cuſum; impius numiſma ementitum, incertum adulterum, carens ſigno debito, non à Deo effectum, ſed à Diabolo.* Ver. 26.

Homo eſt Dei nummus.

Homo numiſma duplex, Pius Dei, impius diaboli.

42 Quare Deus hominem formaturus, pluratiuo verbo inducitur, *faciamus, &c.* cum reliqua creationis opera ſibi diſſimilia, præcedentibus nuper diebus patrat Deus, ſingulari nomine efferetur. *Creauit Deus Cœlum, & terram. Dixitque Deus: Fiat lux. Fiat firmamentum?* Quia vt homo magis in ſe vnus ſit, & eſſe appareat ad duarum perſonarum formatur ſimilitudinem, ita de hac re doctiſſime fatur S. Zeno Veronenſis. *Serm. 3. de Geneſi. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Non, inquit, fac ad tuam; ſed ait; faciamus ad noſtram &c. Vnus homo ad duarum imaginem, & ſimilitudinem fingitur, nec tamen in eo quid cuius ſit, inuenitur.* Verſ. 26

Vnus homo ad ſimilitudinem duarum Perſonarū factus, vt arctiorem vnitatem à natura diſceret, & indiuiduam cum alijs hominibus concordiam in omne æuum ſeruaret.

43 Quare hic dicitur *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, poſtea vero, Ver. 26. & 7. Cap. 2 Geneſis.

vero, quando ad formationem venitur, dicit ſcriptura *Formauit Deus hominem de limo terræ?* Cur *ad imaginem* dictum, *& de luto formatam?* dicit Rupertus *Abbas lib. 2. in Gen. cap. 2. verſ. 7. vt homo ſe lutum agnoſceret* Ieremias 18. *Ecce ſicut lutum in manu figuli, & ſicut conqueri lutum* minimè poteſt, quod ex eo *Vas in contumeliam* conflетur *S. Paulus ad Rom. cap. 9. verſ. 20. & ſequent. vel gloriari quod in honorem*; ita nec contra factorem ſuum querelas effundere debet, ſi quando cæteros ad gloriam æternam prædeſtinatos viderit, ipſe reprobum ſe cognouerit. Hinc Lumen Eccleſiæ clarè non minus, quam ſubtiliter loquitur, lib. de Prædeſt. contra Pelag. *O homo, tu quis es, qui reſpondes Deo? numquid poteſt figmentum dicere ei, quare me feciſti ſic? Aut, numquid habet poteſtatem figulus facere de eodem luto, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? itaque, & nos cum legimus, quia* formauit Deus hominem de limo terræ; *non diſcutiendum nobis eſt, cur ita fecerit, ſed potius illud timendum vnicuique noſtrum de ſe ipſo, ne vas, quod fecit ipſe, diſſipetur in manibus eius, & hoc abiecto, faciat aliud vas, ſicut placuit in oculis eius, vt faceret.*

Propria nobilitatis cognitio.

Homo non debet conqueri de Deo ſi fuerit reprobatus.

Vnuſquiſque ſuæ damnationis eſt cauſa.

Verſ.26 44 Quare homo antequam creetur principatui eligitur? dicente ſcriptura, & *præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs terræ, &c.* Tempeſtiuè Baſilius Seleucienſis orat. 1. præfata verba exponens: *Antiquiorem creatione ſua honorem Adamus ſuſcipit. Nondum fingitur lutum, & thronus apparatur.* Nempè de futuri mox luti ſqualore ſubliſſima hominis excellentia, & nobilliſſimus principatus argutè ſuadetur. Nam ſicut Petrus mergi incipit, ne per mare pedibus ſe ambulaſſe non credat: ita Adamus de limi ſui vilitate, thronum ſibi apparatum edicet. Nam cognatum eſt magnis viris quodam humilitatis faſtu, de aliquo ſuæ præſtantiæ næuo, ſuam ſibi excellentiam credibilem facere.

Homo quãto miſer de terra tanto maximus de luto.

Verſ.27 & 28. 45 Quare fit mentio maris, & fœminæ in ſola hominis creatione? & cur maris, & fœminæ huius coniunctionem præceſſit benedictio? Quia dicit Caietanus ibidem in hac ſola ſpecie humana inſtituit Deus commixtionem maris, & fœminæ per modum coniugij. Sed præceſſit benedictio cæleſtis. *Vt Elucias;* ſpeculatur Iunilius in Cat. Lippom. *Si benedictione creat, & multiplicatur genus humanum, & quanta ſunt maledictione digni, qui prohibent nubere, & diſpoſitionem cæleſtis decreti, quaſi à Diabolo compertam condemnant. Hinc non ſunt damnanda nuptiæ, quas ad propagationem generis humani, terramque replendam, ſuperna gratia benedictionis inſtituit.*

Deus ipſe auctor matrimonij.

Genus humanum per benedictionem multiplicatum.

Verſ.27 46 Quare dicitur *maſculum, & fœminam creauit eos?* Quia ſic debet eſſe tota conuerſio maſculi ad vnam fæminam; & fæminæ ad vnum maſculum coniugem, ac ſi in mundo vniuerſo nullus alius creatus fuiſſet maſculus. O bellè! Audi Chryſoſtomum *homil. 32. in Matthæum. Maſculum, & fœminam creauit eos, non maſculum, & multas fœminas neque maſculos, & fœminam; vt vna fœmina nullum maſculum putet factum eſſe in mundo præter vnum; & vnus maſculus nullam putet fœminam eſſe factam in mundo niſi vnam.* Sic Suſanna nullum maſculum putabat eſſe in mundo præter vnum Ioachimum; ſicuti econtrà, &c.

Fidelitas ſeruanda inter coniugatos.

Fidei coniugalis exemplum.

47 Quare dicitur *creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*, non autem cœli, aut Angelorum? Adhoc vt cognoſceretur ipſius hominis excellentia ſuper ipſum cœlum, & Angelos; ideo *cœlum, dicitur,* inquit D. Ambroſius *in Pſalmum 118. ſerm. 10 non ad ſimilitudinem, homo ad ſimilitudinem; Angeli enim ad miniſterium, homo ad imaginem.* Verſ.27

Hominis nimia nobilitas, & excellentia grandis.

48 Quare homo dicitur imago Dei? ſecus verò Angelus? Audi Theophylactum *in D. Paulum ad Coloſſ. cap.* 1. verſ. 15. qui dubium hoc perſtringit: *Quid prohibet quominus, & Angeli ſint imagines Dei, quandoquidem, & ipſi ſunt inuiſibiles? attamen Angelus nuſquam imago dicitur. Contemplare autem hic accuratam ſcripturæ formam. Hominem nominat quidem imaginem Dei, & filium; Angelum autem nuſquam. Illic enim Angelicæ naturæ altitudo ſtatim ad impietatem homines præcipitaſſet, exiſtimantes eiuſdem eſſe dignitatis Angelum cum Deo.* Subnota attentius quæ ſubdit verba: *In homine autem tenuitas, & humilitas munit nos, firmatque, ne tale quiddam ſuſpicemur.* Verſ.27

Homo conſcius tenuitatis ſuæ ſecurè dicitur imago Dei, ſecus Angelus.

Vilitas hominis ex humilitate.

Ambitionis frenũ.

49 Quare, ſi homines, & Adam habuerunt tam grande Dominium, vti legitur in his verbis *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram;* modo ſummam hanc dominij prærogatiuam amiſerit Adamus? quia fuit nimis vxorius; ſic eloquentiſſimè Hildebertus: *Epiſt. 56. Omnia enim ſubiecta, quamdiu Adam mulieri ſubiectus non fuit: cui poſtquam malè morigeratus eſt, cœpit eſſe non ſuus, & tot Dominis ſeruire, quot vitijs.* Verſ.28

Homo nimius Vxorius tot ſeruit Dominis quot vitijs.

50 Quare totis primis quinque diebus, nulla de cibis mentio facta eſt, quouſque in hac ſexta die bruta terræ animantia pariter cum homine creata ſunt? Quia non cum mundus fœlici auſpicio accipit incrementa, ſed dum decrementa ſuſcipit, pabulum ad alimoniam, & ſaginam deputatur. Optimè ſic ratiocinatur Diuus Ambroſius *de Elia & Ieiunio cap. 4. Primus vſus mundi à ieiunio cœpit. Sexto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtijs orta edendi poteſtas, vbi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi, vbi cœpit ſua incrementa neſcire, ibi cœperunt diuina eum opera feriari; quo indicio declaratum eſt, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt augeri.* Verſ.29 & 30.

Vbi animantibus aſſignata eſt eſca tunc cœpit mundus incrementa neſcire.

Ieiunij vtilitas.

51 Quare dicitur *Sint vobis in eſcam,* & non potum? ne peccatum aliquod committerent, Verſ.29

terent, quia ebrietati ſemper coniuncta ſunt crimina: Nam dicit S. Ambroſius de Elia, & Ieiunio cap.12. *Sicut Mater fidei continentia: ita perfidiæ mater ebrietas eſt, & per hoc ſint vobis in eſcam* dicit Deus, volens vt parentes noſtri in fide obedientiæ permanſiſſent.

Ebrietati ſemper crimina ſunt coniuncta. Continentia mater fidei.

Verſ.29 52 Quare, cum ſupra explicauimus, Deus dicendo *Sint vobis in eſcam* ieiunium Parentibus indixerat, ante hominis formationem ieiunium hoc creauit? Quia voluit armare ieiunos Protoparentes cōtra ſerpentem, vt ſi vellent ſuo ſputo poſſent occidere, & ſic de tota humana natura non referret triumphum. Peregregie Mediolanenſium Paſtor lib. ſexto Hexameron cap.4. to.4. philoſophatur ſic: *Ieiuni hominis ſputum, ſi ſerpens guſtauerit moritur. Vides quanta vis ieiunij ſit, vt, & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & meritò ſpiritualem.*

Sputi Ieiuni hominis vis.

Verſ.29 53 Et ſi vis ieiunium indictum fuiſſe Adamo poſt creationem, quare non antea peto? *Nè intemperantia ventris de Paradiſo eiceret Adamum* reſpondit Aureus doctor *hom. 13. in cap. 4. S. Matthæi*, vti fuit.

Per intemperantiam Ventris Adam de Paradiſo eiectus.

54 Quare etiam de animantibus dicitur *Ad veſcendum*: quia peccante Adamo omnia
Verſ.30 cum ipſo errauerunt. Si ergo ieiunium neceſſarium erat Protoparenti, etiam Animantibus terræ pro eadem ratione. Nam legimus in cap. 3. verſ.7. Ionæ; *Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam non bibant.*

Ieiunium aliquando pro publico crimine beſtijs indictum ad conſequendam veniam.

Verſ.31 55 Quare dicitur *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*? Quia tanta eſt Dei bonitas; vt in miſericordiæ officina mala etiam recudat in bonum, ita doctè ſcribit S.P.N. Auguſtinus. In Enchirid. cap.11. *In quo etiam illud, quod malum dicitur, benè ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas, cum ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſquè adeò eſſet omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo.*

Deus vſquè adeo eſt bonus, vt benefaciat etiam de malo.

Verſ.31 56 Quare ad complementum anteactarum creationum dicitur *cuncta facta valdè bona*? dicit S. P. N. Auguſtinus vbi ſupra. *Simul verò vniuerſa valdè bona, quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo.*

Pulchritudo vniuerſi conſiſtit in varietate creatorum.

57 Quare dicitur *factum eſt veſperè, et manè dies ſextus*, & ſtatim ſubiungitur *Gen. cap.2. verſ.1. Perfecti ſunt cœli, et omnis ornatus eorum*? quia qui cupit aſcendere cum Chriſto ad montem excelſum Gloriæ (dicente Matthæo, *cap. 17. ver.1. Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus, Petrum, Iacobum, et Ioannem fratrem eius, et ducit illos in montem excelſum ſeorſum*) vbi poſitus eſt dies æternus quietis immortalis, debet hoc facere poſt ſex dies; ideſt cum contemplatione aſpicere debet ad illa ſuperna bona, & tranſire, immò neceſſe eſt ſub pedibus habere, quæ in illis ſex diebus creata fuere, nam tale deſiderium, & ſimilis contemplatio, quodcumque auferunt creatum impedimentum. Sic bellè Adamantius In Catena D. Th. *Quia in ſex diebus totus perfecti numeri factus eſt viſibilis mundus: qui tranſcendit omnes res mundi, poteſt aſcendere ſuper montem excelſum, et gloriam aſpicere verbi Dei.*

Verſ.31

Creata impediunt videre gloriam Dei.

Ad Gloriā aſſequendam conculcanda ſunt omnia.

58 Quare ponitur hoc nomen *Cuncta* ad hoc, vt dicantur, *& erant valde bona*? quia ſi cuncta præcepta legis ſeruentur, & in vno deficiatur, bonum nequit dici omne, ſic ergò ad hoc, vt vitæ curſus noſtræ bonus dicatur in mortis fine; cuncta, quæ præcipiuntur in lege Chriſti ſeruari debent: nam ſcribit B. Iacobus Apoſtolus In Epiſt. c. 2. verſ.10. *Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* Verſ.31

Tunc Reus legis euadit qui totam non ſeruat legem.

Obligatio legis.

59 Quare in principio huius capituli dicta fuit *Terra inanis, & Vacua*? quia homo per præſentiam Terram adhuc non nobilitarat: Nam, *non hominem locus; ſed homo nobilitat locum*, Ariſtippus ex Laertio. Verſ.2.

Hominis præſentia Terra nobilitata fuit.

60 Quare toties ſcripſit Moyſes in hoc capitulo *Dixit Deus, et facta eſt lux; dixit fiat firmamentum, et factum eſt; dixit producat Terra, et factum eſt; dixit producant aquæ, et factum eſt? &c.* Quia voluit docere hominem, vt ipſe quidquid dicit, faciat; Nam ſubiungit Caietanus *in cap. 23. S. Matthæi Monſtrum eſt dicere, non facere, vita contraria doctrinæ: & hæc ſimulata æquitas*, ſcribit S. P. N. Auguſtinus cit. à S. Thoma 2. 2. q. 110. art. 3. *Eſt duplicatum peccatum in quo, et iniquitas, et ſimulatio eſt.*

Hypocriſis deteſtata.

Simulatio eſt monſtrum.

Fictio eſt duplex peccatum.

CAPVT II.
GENESIS.

1. IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.
2. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat :* & requieuit die ſep-
timo ab vniuerſo opere, quod patrarat.
3. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum : quia in ipſo ceſſauerat ab
omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret.
4. Iſta ſunt generationes cœli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Do-
minus Deus cœlum, & terram.
5. Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priuſquam
germinaret : non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram : & homo non erat, qui ope-
raretur terram.
6. Sed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.
7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiracu-
lum vitæ, & * factus eſt homo in animam viuentem.
8. Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio : in quo poſuit hominem
quem formauerat.
9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue :
lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.
10. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in
quatuor capita.
11. Nomen * vni Phiſon : ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum.
12. Et aurum terræ illius optimum eſt : ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus.
13. Et nomen fluuij ſecundi Gehon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ.
14. Nomen vero fluminis tertij, Tygris : ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus,
ipſe eſt Euphrates.
15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur
& cuſtodiret illum.
16. Præcepitque ei dicens. Ex omni ligno paradiſi comede.
17. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas : in quocumque enim die comederis ex eo,
morte morieris.
18. Dixit quoque Dominus Deus : Non eſt bonum eſſe hominem ſolum ; faciamus ei adiutorium
ſimile ſibi.
19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volati-
libus cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea : omne enim quod vocauit
Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.
20. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes
beſtias terræ : Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius.
21. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam : cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis
eius, & repleuit carnem pro ea.
22. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem ; & adduxit eam
ad Adam.
23. Dixitque Adam : * Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea : hæc vocabitur Virago,
quoniam de viro ſumpta eſt.
24. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ ; * & erunt
duo in carne vna.
25. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius : & non erubeſcebant.

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ.1. §.1 IGitur perfecti ſunt, &c. ideſt fuit cœlo, & terræ tributus à Domino conneniens ornatus. *Perfecti* : ideſt finiti, completi. *Ioannes de la Haye in Bib. max.* *Et omnis ornatus eorum* ; ideſt Angeli, ſydera, ſphæræ, Aues, animantia, herbæ, & cætera ſimilia, quæ ad pulchritudinem totius vniuerſi formandam concurrunt: Sed cum ad Perfectionem cœlorum, ipſorum motus per ſentẽtiam aliquorum requiratur; de hoc negotio remitto te ad libros S.P.N. Auguſtini, qui ſubtiliſſimè, hæc omnia elucidat, non ſolum curioſis de hac re ſatis faciendo, ſed etiam doctos erudiendo. *Vide S. P. N. Auguſt. lib. 2. de Gen. ad litt. cap. 9. ibidem cap. 10. lib. de natura Boni cap. 33.*

Verſ.2 2 *Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat* : ideſt non compleuit præciſè, & ſimpliciter, quaſi Deus feciſſet quidquid poterat, & quantumcumque poterat: nam in Deo eſt potentia infinita ad agendum, dicit S. Thomas, *p. p. quæſt. 25. artic. 2.* & per hoc numquam facit tantum, quantum facere poteſt, & licet contradictoria non poſſit facere, quia non ſunt entia *vt dicit D. Thomas vbi ſupra Artic. 3.* poteſt tamen facere meliora quæ fecit, non ſubſtantialiter, quia ſpecies ſunt, vt numeri; accidentaliter ſic, poteſt alias res his meliores facere: ſed obſerua quod Humanitas Chriſti, Fruitio Dei, Virgo Mater Dei non poteſt fieri melior, quia propter Deum habent quandam dignitatem infinitam *vt aſſerit S. Doctor Angelicus ibidem Artic. 6.* Ergo dicitur compleuit opus, quia *Fecit quantum ſtatuerat, & facere intenderat*; ita Caietanus in Geneſim cap. 2.

3 *Compleuit*; ideſt perfecit quantum operis ratio poſtulabat.

4 *Requieuit* die ſeptimo, ideſt vacauit ab agendo.

5 *Requieuit* : ideſt *Ceſſauit ab operationis, & deſiderij motu, S. Thomas p. p. quæſt. 73. artic. 2.*

6 *Die ſeptimo* : ideſt in principio diei ſeptimi, nam, vt ibi ſequitur, *Requieuit die ſeptimo* ideſt poſt principium diei ſeptimi.

Verſ.3. 7 *Et benedixit diei ſeptimo* : eſt per ſe clarum; & ſi huic diei benedixit, dixit benè, nam dicit S. Thomas vbi ſupra ar. 3. *Adminiſtrationi, & quieti debetur benedictio.*

8 *Sanctificauit illum* : ideſt, ad ſui cultum applicauit: *Seù ab alijs eum ſegregauit. Ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret* : ideſt, abſoluit, quæ deſtinauerat, & certè adaptauerat ad faciendum.

Verſ.4. 9 *Iſtæ ſunt generationes* : ideſt hic eſt ordo rerum creatarum. *In die quo fecit* : ideſt inceptum à die primo, in *Quo Deus cælum, & terram de nihilo fecit.* S.P.N. Aug. l. 12. conc. 7.

Verſ.5 10 *Et omne virgultum agri antequam oriretur* : ideſt, & omnia alia, quæ in creatione enumerata videntur in antedictis diebus:

11 *Non enim pluerat* : ideſt nec herbæ cœli pluuiam, nec terra aratrum ſenſerant. *Non enim pluerat* : ideſt adhuc nubes non inuoluerant cœlum, *& Homo non erat, qui operaretur terram* : ideſt homine non creato terra non operabatur.

Verſ.6 12 *Sed fons* : (ideſt inundatio aquarum ſic ex voce Hebræa *ed* אד *Aſcendebat* :) ideſt eleuabatur, vt dicitur ibidem.

Vox Hebrea אד *inundatio, ſeù abyſſus.*

13 *Irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ* : ad irrigandam ſuperficiem terræ, vt fertilis euaderet.

Verſ.7 14 *Formauit igitur Dominus Deus* : ideſt plaſmauit ad inſtar figuli, qui ex luto aliquid format cum manibus: ideò dixit Regius Vates *Pſal. 118. verſ. 73. Manus tuæ fecerunt me, et plaſmauerunt me* : Et Eccleſiaſticus: *cap. 33. verſ. 13. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud, et diſponere.*

15 *Hominem de limo Terræ* : quoad corpus Hebraicè eſt עפר, ideſt Aphar quaſi tenuis Puluis. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum Vitæ* : ideſt inſufflauit, ſeù infudit corpori iam diſpoſito animam rationalem per creationem productam *immediatè*, S. Thomas p. p. quæſt. 90. artic. 3.

16 *Et factus eſt homo in animam viuentem* : ideſt compoſitum viuens anima rationali ad differentiam cæterorum animalium.

17 Hìc nota, cum S. Thoma p. p. quæſt. 90. ar. 4. quod Anima humana fuit ſimul producta cum corpore, quia hæc eſt eius perfectio, & Deus fecit res in ſtatu perfecto ſuæ naturæ: inſuper obſerua, quod quando dicitur *de limo terræ*, intelligitur de Terra aquæ permixta: & quia homo communicat cum omnibus creaturis, ideò dicitur, minor mundus. *Sic habet idem S. Doctor p. p. quæſt. 91. artic. 1.*

Anima ſimul producta cum corpore.

Homo quare mundus paruus?

Verſ. 8. 18 *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum* : ideſt iam conſtruxerat *Paradiſum voluptatis* : ideſt locum delitiæ, *poſitum in parte Orientis, S. Thomas p. p. quæſt.* 102. art. 1. qui Oriens eſt nobilior pars, cum ſit dextera cęli: ideò dicitur *à principio*, quia iſta pars inter alias eſt principalis.

19 *In quo poſuit hominem* : ideſt quando ornauit terram poſuit hominem, propter quem Paradiſum plantauerat. Hinc collige, quod homo non fuit factus in Paradiſo, ſed extrà, & poſteà poſitus in eo transferendus

Homo formatus extra Paradiſum.

dus in cœlum, quia erat locus congruus, quantum ad incorruptionem humanam, *quæ incorruptio non erat naturalis, ſed ex dono Dei*; S. Thom. vbi ſupra quæſt. 102. art. 4. Sed Angelus, quia incorruptibilis, fuit formatus in cœlo empyreo; Eua in Paradiſo, non propter eam, ſed ratione principij, ex quo corpus eius efformabatur.

Angelus creatus in cœlo empyreo quia incorruptibilis.

Verſ. 9. 20 *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, et ad veſcendum ſuaue*: ideſt non omne lignum ad veſcendum ſuaue, ſed omne lignum pulchrum propter viriditatem ad videndum, ſicut vidit in ſomnijs Nabuchodonoſor Rex, & 4. Danielis v. 8. & 9. dicitur *Magna arbor, folia eius pulcherrima*.

21 *Et ad veſcendum ſuaue*: ideſt fructus aliquarum arborum ſuauis erat ad veſcendum; nam non omnes arbores pulchræ viſu fructus germinant dulces, & per hoc dixit Veritas in c. 12. v. 33. Matthæi. *Ex fructu arbor cognoſcitur*.

22 *Lignum etiam vitæ in medio Paradiſi*, ideſt potens homini prolungare vitam. *Lignumque ſcientiæ boni, et mali*: quia diſponebat hominem ad accelerandum ſibi vſum rationis.

Verſ. 10 23 *Et fluuius*: ideſt magna quantitas aquarum. *Egrediebatur de loco voluptatis*: ideſt de Paradiſo Terreſtre. *Qui indè diuiditur in quatuor capita*: ideſt in quatuor flumina. *Ad irrigandum paradiſum*: ideſt principaliter.

Ver. 11. 24 *Nomen vni Phiſon*: ideſt Ganges. *Ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum*: ideſt, qui circumdat Euilam Regionem ad orientem vergentem; in ea autem aurum pretioſum, & gemmæ pretioſiſſimæ, carbunculus, ſmaragduſque naſcuntur.

Verſ. 12 25 *Ibi inuenitur Bdellium*: ideſt Arbor quędam aromatica: ſic eſſe Bdellium dicitur.

Verſ. 13 26 *Et nomen fluuij Secundi Gehon*: fluuius, qui apud Ægyptios Nilus vocatur, *Qui vniuerſam circuit Æthiopiam.* Quo nomine etiam vocatus eſt mons Iudææ, apud quem Salomon in Regem vnctus fuit Regum cap. 1. verſ. 33.

Ver. 14. 27 *Nomen verò fluminis tertij, Tygris*: Qui eſt inſignis Aſiæ fluuius, in Armenia maiore, loco plano, & conſpicuo nunc naſcens, per Arethuſam lacum ita transfluit, vt nequè aquæ, nequè piſces commiſceantur. Occurrente deinde Tauro, in ſpecum demergitur, & ab altero eius montis latere erumpit: & mox per Thesbytem lacum tranſuectus, rurſus in cuniculos mergitur, & poſt 20000. paſſus luci redditur. Poſt hæc Meſopotamiam ab ortu alluit, tandemque in duo diuiſus cornua in Euphratem influit à quo in Perſicum ſinum defertur.

28 *Tygris* quia celeriter currit, *Medi Tygrim Sagittam appellant*, ſic Plinius, *Ipſe vadit contra Aſſyrios*: ideſt fluit quaſi ex oppoſito Aſſyriorum.

29 *Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates* iſte eſt Meſopotamiæ flumen, quem Hebræi vocant פרת *ideſt Perath à* פרה *Parah* ideſt frugiferum, ſeù creſcentem: Plutar. in libello de fluminibus, & montibus tradit eũ quondam *Medum, & Zarandam* appellatum.

30 *Tulit ergo Dominus*: ideſt duxit hominem, vel interiori monitu doctus à Deo, quo eſſet eundus, ſcilicet in terreſtri paradiſo. Sicuti dicitur Matth. cap. 4. verſ. 1. de Chriſto D.N. *Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu*. Vel manu deductus in Paradiſo ab Angelo humani corporis ſpecie induto: ſicut Raphael Angelus Tobiã ducebat: Tobias cap. 5. verſ. 22. & ſeq. Seù delatus Adam, aut ſpiritu Dei abreptus, ſicuti fuerunt, Henoch, Gen. cap. 5. verſ. 24. *Ambulauitque Henoch cum Deo, & non apparuit; quia tulit eum Deus*. Et Philippus Apoſtolus à ſpiritu raptus delatus fuit in Azotum. Act. Apoſtolorum cap. 8. verſ. 39. & 40. *Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. Philippus autem inuentus eſt in Azoto, et pertranſiens*, &c. Ver. 15.

31 Aduerte cum Doctore Angelico p. p. quæſt. 98. art. 2. quod ſi Adam, ex ſententia S. P. Auguſtini, per Angelum ductus fuit in Paradiſum voluptatis, ipſe tamen Adam Angelos non videbat per eſſentiam in ſuo ſtatu Innocentiæ, quia intelligebat per phantaſmata.

Adam in ſtatu Innocentiæ Angelos non vidit per eſſentiam.

32 *Vt operaretur, et cuſtodiret illum*, ideſt ſuo labore, & induſtria: Vel vt Deus cuſtodiret hominem poſuit in Paradiſo: ſeù vt ille cuſtodiret Paradiſum ſine labore, ſed iucundè. S. Thomas p. p. quæſt. 102. Art. 3.

33 *Præcepit*: ideſt imperauit, vt ab homine agnoſceretur Dominus. Ver. 16.

34 *Dicens, ex omni ligno*: ideſt ex omnibus fructibus arborum Paradiſi.

35 *Comede*: quia tunc homo non inclinabatur ad comedendum; ſed indigebat cibis, quia habebat vegetatiuam alendam cibo, *Et ſi non ediſſet, peccaſſet, cum id ei præceptum fuerit*. S. Thomas p. p. quæſt. 97. art. 3.

36 *De ligno autem ſcientiæ boni, et mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*: ideſt perdes tuam immortalitatem, & efficieris mortalis: In hoc autem ligno Vitæ in ſtatu innocentiæ homo non erat conſecuturus immortalitatem *ſimpliciter*; S. Thomas ibidem art. 4. quia erat ne eum ſenectus diſſolueret: alia vero ligna erant ad ſuſtentationem. Verſ. 17

37 *Dixit Dominus Deus*: ſubditur poſteà *faciamus*: quia vt alibi expoſuimus: in *Faciamus* Verbo, pluritas Perſonarum cognoſcitur; in Verbo *Dixit*, Vnitas Dei oſtenditur: In toto, Trinitas declaratur. Verſ. 18

38 *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum*: quia Deus illum creauit ad habitandam terram.

39 *Fa-*

39 *Faciamus ei*; ideſt Viro. *Adiutorium*; ideſt mulierem, quæ poſſit generare, & parere. *Simile ſibi*; ideſt eiuſdem ſpeciei.

Verſ.19 40 *Formatis*: ideſt iam creatis animantibus terreſtribus, & de aquauolatilibus. *De humo*: de nihilo.

41 *Adduxit ea ad Adam*: ideſt, indito, & inſito motu his ſupradictis anima viuentibus, vt ſpontè accederent ad Adam iam euaſum virum.

42 *Vt videret*: ideſt, vt poneret arbitrio Adæ. *Quid vocaret ea*: quo nomine inſigniret, vel vocaret ea nomine proprio, lumine ſapientiæ, quo præditus erat. *Omne enim, &c. ipſum eſt nomen eius*: ideſt: prudenter nominauit ea.

Verſ.20 43 *Appellauitque Adam nominibus ſuis*: ideſt de facto poſuit nomen adęquatum cunctis animantibus, & vniuerſis volatilibus cęli, & omnibus beſtijs terræ.

44 *Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius*: ideſt poſtquam Adam vidit cuncta animantia cognouit non habere ſocium ſimilem ſibi.

Verſ.21 45 *Immiſit ergo Dominus*: ideſt, cadere fecit Dominus. *Soporem*: ideſt ſomnum extraordinarium, & præternaturalem in Adam.

46 *Cumque obdormiſſet*: ideſt cum iam ſopor ille irrueret ſuper Adamum, ſicut legitur, de Abraham Gen. cap. 15. & in primo Regum cap. 26. & apud Iſaiam 29.

47 *Tulit vnam de coſtis eius*: ideſt detraxit coſtam ex Adæ latere. *Et repleuit carnem pro ea*: ideſt locum coſtæ detractæ carne repleuit Deus.

Verſ.22 48 *Et ædificauit Dominus Deus coſtam*: ideſt ex illa coſta fecit mulierem, *Immediatè*; & hoc, vt ſtrictiùs ſecùm vnirentur. S. Thomas p. p. quæſt. 92. artic. 4. *Et Adduxit eam ad Adam*: ideſt Adam à ſomno excitatus vidit eam.

Verſ.23 49 *Dixitque Adam: hoc nunc os ex oſſibus meis, et caro de carne mea*: ideſt poſtquam vidit eam cognoſcendo eſſe ſimilem ſibi in ſpecie, in ſtatura, & loquela, dixit, *Hoc nunc os ex oſſibus etc.*

50 *Hæc vocabitur Virago*: ideſt, ſicuti ad cætera animantia propria impoſuerat nomina, ſic etiam mulieri adductæ nomen, *Virago*, impoſuit, quia, vt ibi ſubditur, *De viro ſumpta eſt*.

Verſ.24 51 *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, et matrem, et adhærebit vxori ſuæ*: ideſt propter hanc mulieris tantam cum viro naturæ coniunctionem derelinquet homo patrem, & matrem ſuam.

52 *Et Adhærebit vxori ſuæ*: ideſt magis ſociari debet cum vxore, quam cum parentibus.

53 *Et erunt duo in carne vna*: ideſt ſimul coniungentur ad carnem, ſcilicet ad prolem procreandam.

Verſ.25 54 *Erat autem vterque nudus*: ideſt ſine aliquo cooperimento, ſeù veſte erant Adam, & Eua. *Et non erubeſcebant*: quia erant in ſtatu innocentiæ.

ANNOTATIO
MORALIS.

Verſ.1. 55 I*Gitur perfecti etc.* Per hæc igitur clarè oſtenditur, omne quod eſt à Deo eſſe perfectum; *Sine cuius fauore nihil poteſt eſſe perfectum*, dicit S. Ambroſius in lib. 1. ſuper Beati immaculati lit. 1. verſ. 8. tomo 4.

56 *Cæli, et Terra*: ideſt Angeli, & homines, perfectiſſimi inter omnia creata, viſibilia, & inuiſibilia.

57 *Perfecti* perfectione ſingulari, ſunt cęli, & terra, ideſt Chriſtus, & Beata Virgo. Sic S. Gregorius Papa ſuper pſal. 101. idem ſuper 1. Reg. cap. 2. verſ. 16. & Tertul. Ada. Heb.

58 *Perfecti ſunt cæli*, ideſt ſancti; *& Terra*, ideſt Eccleſia Dei viſibilis, Beda in c. 1. Gen. & ſeq. *Et omnis ornatus eorum*: ideſt actiones, ſeù opera eorum.

Verſ.2. 59 *Compleuitque die ſeptimo*: quia die Dominico, & alijs feſtiuis diebus perfectius chriſtiana virtus exercenda eſt: S. Ioannes Chryſ. (Vbi ſupra citauimus) in Literali Expoſit. verſ. 2. huius capitis. *Ab initio hanc doctrinam inſinuans, et erudiens, in circulo hebdomadis diem vnum integrum ſeparandum, et reponendum in ſpiritualem operationem, quippè ab hoc Dominus completo in ſex diebus, opificio ſuo, ſeptimum benedictione dignatus eſt, et ſanctificauit, eo quod cum illo quieuerat ab omnibus operibus ſuis, quæ facere conſueuerat.*

Ab initio Mundi docuit Deus diem Dominicum ſanctificandum.

Verſ.3

60 *Et benedixit*: quia maximè in feſtiuitatibus laudari, ac benedici debet Deus.

Dies feſti ſanctificanda.

61 *Et ſanctificauit*: quià fidelis in diebus feſtiuis debet incumbere ſanctitati, ideſt recipere diuina Sacramenta, & vacare ab operibus ſeruilibus: S. Proſper ſent. 322. *Verùm Sabbatum Chriſtianus obſeruet, abſtinens ab opere ſeruili. Cæterum* (ſubiungit S. Silueſter, in ſummorum ſerie Pontificum hoc nomine Primus, cit. à Durando de Iuſt. Cler. l. 3. c. 46.)

In die feſto vacandum ab operibus ſeruilibus. Crapulare, & inebriari in diebus feſtiuis grauius peccatū quam operibus ſeruilibus operā dare.

Iocare eſt otium,peccatũ graue eſt in diebus feſtiuis.

Ebrietas deteſtãda.

Cæterum, qui his diebus, ad hoc, vacare vult ab agricultura, vt crapulæ, ac ebrietati deſeruiat, vel iocis inanibus operam det; agnoſcat ſe magis peccare per tale otium, quàm ſi alieno vtili opere inſiſteret, Salomone teſtante; cap.23. *Væ illis, qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis.*

Verſ.4 62 *Iſta ſunt generationes cœli, & terræ:* quia bona opera, enumerantur in cœlo, & admirantur in terra.

63 *Quando creata ſunt*: ideſt quando eliciuntur à bonis viris: hinc dixit Apoſtolus, 1. ad Corinh. cap. 4. v. 9. vt bene operemur: *ſpectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus.*

Verſ. 5. 64 *Et omne Virgultum &c.* ideſt, priuſquam homo religioſus, & ſpiritualis germinet opera pænitentiæ, & auſteritatis, debet prius videre omne virgultum, ideſt omnem cogitationem, & omne deſiderium vitæ auſteræ examinare, vtrum ex Deo ſint, vel non.

65 *Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram*: quia aliquando inſpirationes, quæ videntur pluere de cęlo, ſunt diaboli tentationes.

Neceſſarius eſt ſpiritualis director ad fructificãdam ſpiritualiter cordis noſtri terram.

66 *Homo non erat, qui operaretur terram*: quaſi inſinuat ſcriptura, adhoc, vt homo creſcat in ſpiritu, & terra cordis ſui germinet herbas virtutis; debet prouidere ſibi de operatore, ſeù cultore ſpirituali, qui cordis terram aratro directionis ſanctæ fructificare faciat. S. Paulus, ad Galatas cap. 6. verſ. 1. *Vos, qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite, &c.*

Superiores ad bonum exemplum tenentur.

Ver.6. 67 *Sed fons aſcendebat è terra*: ſancti, ſuperiores, & ſpirituales perſonæ ſunt poſiti in mundo, veluti fontes, ad irrigandum vniuerſum bono exemplo, & operibus virtuoſis. Nam dicit S. Gregorius Nazianzenus Apolog. 1. *Neque enim, vel pannus, tincturam, ita facilè contrahit, vel is, qui fætido odori propiùs ſe ſe adiungit, eius particeps fit, vel vapor morbidus, & noxius pori facilitate in aerem diffunditur, ac per aerem animantibus impertitur (quam nos peſtem dicimus) vt ſubditi præfectorum vitio celerrimè imbui, atque impleri ſolent.*

Homines non corpore, ſed animæ pulchritudinẽ ſtudere debẽt.

Ver.7. 68 *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ:* vt homines non corporis, ſed animæ pulchritudinem quærant, ideò de vili terra formauit factor Deus. Procopius, ibidem *Voluit indè nobis oſtendere, quod nullam pulchritudinem indè, vtpotè ex terra fœdiſſima acceperimus, licèt ex ea ſimus nati.*

Nobilitas hominis in verbo, homo. Vilitas hominis de terra de qua formatus eſt cognoſcitur.

69 *Formauit, etc.* dum dicitur homo formatus exprimitur eius nobilitas. Dum ſubditur *Ex limo terræ*, eiuſdem magna miſeria ſignificatur.

70 *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ:* ideſt gratiam Spiritus Sancti, in qua vera vita animæ conſiſtit.

Homo ſpiritualis vocatur anima viuens. Carnalis homo mortuus.

71 *Et factus eſt homo in animam viuentem*: ideſt homo, quando viuit ſpiritui, verè poteſt dici, Anima viuens; quando autem carni, mortuus. Nam prædicat electionis Vas, ad Romanos cap. 8. verſ. 1. & 6. *Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs, qui non ſecundum carnem ambulant. Nam prudentia carnis mors eſt: Prudentia autem ſpiritus vita, et pax.*

72 *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio:* quia tam Eccleſia, quam quælibet Religio ſunt principalius a Deo. Verſ. 8.

Vocatio in Eccleſia Romana vel ad Religionem ſpecialis gratia.

73 *In quo poſuit hominem*: quia naſci in Eccleſia Catholica, vel vocari ad Religionem, eſt ex ſpeciali gratia ipſius Dei.

74 *Vel à principio*: ideſt in primitiua Eccleſia, & quando fundatæ fuerunt religiones, virtus, & perfectio magis elucebat. Conſule D. Thomam 2.2. q.188. art.7.

Pulchritudo mundana nihil.

Pulchritudo in proprio ſubiecto periculoſa.

75 *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu*: Pulchritudo mundana, quæ tam oculis placet, vt nihil (quod eſt) eſt conſideranda; ſeù pulchritudo quam Dominus poſuit in vultu humano, licet ad veſcendum oculorum appetitus ſit ſuauis, tamen periculoſa eſt in proprio ſubiecto. De ea autem ſanctiſſimè dixit Ambroſius, lib. 2. de Sancta Virginit. in medio, *Et ecce agna, & lupus ſimul.* Verſ. 9.

76 *Lignum etiam vitæ in medio Paradiſi*: ideſt crux Chriſti, quæ nobis contulit æternam vitam, poſita dicitur in medio, quia dicit Pſalmiſta Pſal. 73. verſ. 12. *Deus autem Rex noſter operatus eſt ſalutem in medio terræ*: vt ad eam vndique fluant gentes ad remedium redemptionis peccatorum ſuſcipiendum.

Crux reparauit, & reparat damna ligni ſcientiæ boni, & mali.

77 Vel dicitur *in medio Paradiſi*: quia qui ad crucem Domini confugit, in medio Paradiſi ſtare videtur, nam reparat iſta, & reparauit damna ligni ſcientiæ boni, & mali. *Conſideranda ſunt mala*, expendit Chryſoſtomus, ad 2. Gen: *quæ lignum ſcientiæ boni, & mali nobis attulit, & bona quæ lignum crucis nobis conciliauit. Lignum illud mortem introduxit: iſtud autem, immortalitatem elargitum eſt: illud à paradiſo eiecit, iſtud autem, in cęlum nos reduxit.*

Nullum mediũ inter Cruce, & Paradiſum.

78 Vel dicitur, *in medio Paradiſi*, quia qui in hac vita cum Chriſto (vti Apoſtolus ad Galat. cap. 6. verſ. 14.) crucifixus eſt, in medio ſtat Paradiſi, nullo medio interpoſito *Nam qui in cruce eſt, nihil medium eſt, Crux, & ſtatim Paradiſus*, ſcribit Chryſoſtomus homil. de Diuin.

Eucharistia eſt lignum Vitæ in medio Eccleſiæ.

79 Vel *Lignum Vitæ* eſt Euchariſtia, quæ pariter gratiæ vitam donat, poſita *in medio Paradiſi* ſcilicet altaris, & Eccleſiæ: *Reſtat lignum vitæ* (dicit Aureus Doctor homil. de pœnit. ſer. 29. tom. 2. impreſſ. Baſil. lit. D. pag. mihi 548.) *in Paradiſo Dei repoſitum, quod nunc per pænitentiam recepit homo. O' homo, recurre ad arborem vitæ. Quid tardas manducare fructus eius, vt maneas in æternum?*

80 *Lignumque ſcientiæ boni, & mali* ad ſignificandum, quod Religioſi, non ſolum

ope-

operam dare debent virtutibus, ſed etiam ſtudijs Philoſophicis, ac Theologicis.

Ver. 10 81 *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum:* quia tam Eccleſiaſtici, quam Regulares cooperari debent ad ſalutem Animarum, & bonis exemplis ædificare ſæculares.

Quatuor perfectionis gradus.

82 *Qui indè diuiditur in quatuor capita*: quia quatuor ſunt perfectionis gradus; Anima tunc perfecta eſt, quando ab ipſa mundus perfectè deſpicitur: ſicut docuit Chriſtus. Lucæ cap. 18. verſ. 22. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ poſſides, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in cælo*: Primus ergo eſt in affectu voluntatis: Secundus in affectu alienationis: Tertius in profectu erogationis: Quartus in prouentu ſperandæ retributionis. Quia, ſicut ait Gregorius, *Velle, mente ire eſt: volentem enim ſequitur opus: alienando, prorſus mundum deſpicimus: erogando, proximum diligimus, dum neceſſitati ipſius de noſtro ſubuenimus*. Inde ſperando nos habituros præmia in cœlo, theſaurizamus, & ſurſum cor eleuamus: ſicut Sancti Martyres *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos*, Pſal. 125. verſ. 6.

Semina, quæ mittebant martyres eleemoſyna

Verſ. 11 & 12. 83 *Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum: & aurum terræ &c.* ideſt charitas, quæ omnium virtutum maior eſt (*vti ſcribit S. Paulus ad Corinth. 1. cap. 13. verſ. 13.*) circuat animam, vbi per ipſam charitatem naſcatur aurum Sapientiæ, & Veritatis *bdellium*, ideſt, inueniatur argentum Innocentiæ, & Caſtitatis; lapides pretioſi interioris, & exterioris hominis. In figura primi erant *Duo Cherubim aurea* in tabernaculo. Exod. c. 37. verſ. 7. In figura ſecundi *Duas tabulas argenteas, & ductiles* habuit Moyſes, quibus conuocabatur populus in deſerto Num. cap. 10. verſ. 2. In figura tertij dicitur de animalibus Ezechielis *Sub pennis eorum manus hominis in quatuor partibus* Ezechiel. cap. 5. v. 8. Exteriora ſunt in quatuor partibus, quia primò operatur ſibi homo opera pœnitentiæ, ſecundò proximo opera miſericordiæ: Tertiò inimico, opera perfectionis: quartò fiunt in Deum opera pietatis.

Ex charitate oritur aurum veræ ſapientiæ.

Verſ. 13 84 *Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt, qui circuit omnem terram Æthiopiæ*: ideſt diuina Prędicatio, ipſa eſt quæ Æthiopes, ideſt Gentiles coram Chriſto procidere facit; ideò myſticè Prophetauit Eſaias cap. 23. verſ. 3. *In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges eius, & facta eſt negotiatio gentium*.

Prædicatio Verbi Dei.

Verſ. 14 85 *Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios*: ideſt cum fortitudine virtutis pugnandum eſt contra Aſsyrios; ideſt *contra dæmonum tentationes*: ſic Origenes homil. 19. in Num.

86 *Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates*: Quia homo per ſupradictas ſubiectas tentationes, & ſuperatas in virtute creſcit; ideò Euphrates dicitur ideſt *creſcens*: vt ſuprà in litera iam expoſuimus.

87 Vel dic iſta *quatuor flumina*, eſſe quatuor Virtutes cardinales, quibus homo potitus irrigat hortum Animæ ſuæ ad germinandos fructus gloriæ ęternæ. Vel ſunt quatuor Poteſtates, ſcilicet, Pontificis, Epiſcopi, Parochi, & Imperatoris, quibus Chriſtus Eccleſiam ſponſam ſuam regendam commiſit, ſic Ioan. Vgon. in lib. quod Quadriuium inſcribitur, in prolog. refert Caſtaldus. p. 28. tract. tom. 5. num. 6. Hæ poteſtates ſunt 4. illa animalia Ezech. 1. Apoc. 4. Quatuor annuli, Exod. 25. verſ. 10. tribus primis ſpiritualium, Quarto in temporalium curam mandauit.

88 *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit in paradiſo voluptatis*: Quia, vt ſupra diximus, Deus eſt, qui vocat hominem ad fidem, nec non eligit ad Religionem, iuxtà illud Ioannis cap. 15. verſ. 16. *Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat*. Propterea ſubditur, *Vt operaretur, & cuſtodiret illum*. Ver. 15.

Deus vocat ad fidem, & ad religionem vt fructa afferant illa, quos elegit.

89 *Pręcepitque*; quia omnibus neceſſaria eſt lex, & onus legis Chriſti leue quiſque portare debet, ſi vult audire dulcia illa Verba Matth. cap. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, ſupple, *in gloria ęterna*. Verſ. 16

Lex Chriſti ſuauis.

90 *Ex omni ligno paradiſi comede*: non excluditur aliquis cibus, ſi temperatè ſumatur, & quando oporteat.

91 *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas*: quia ſupernaturalia, ac myſteria recondita Diuinitatis ſcrutinare non ſpectat ad homines, nec humana ratione metiri debent; ideò admonuit Dominus per Moyſen Iſraelem, dicens, Exod. cap. 19. verſ. 21. *Conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere terminum ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo*: & nunc omnes hortatur Apoſtolus ad Romanos cap. 12. ver. 3. dicens. *Nolite conformari huic ſæculo, dico omnibus, qui ſunt inter vos; non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*: Hìc, dicit, Interlinealis *Paulus omnibus pręcipit tali modo; Prohibeo omnibus, qui ſunt inter vos, non plus inueſtigare de myſterijs diuinis, quam oportet ſapere*. Rectè igitur minatur inueſtigatoribus Maieſtatis diuinæ ſubita mors. Verſ. 17

Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.

92 *In quocumque enim diè comederis ex eo*: Ideſt eam inueſtigaueris *morte morieris*, nam ſcribit Sapiens Prouerb. 25. verſ. 27. *Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria illius*.

93 *Dixit quoque Dominus Deus non eſt bonum eſſe hominem ſolum*; quia ſi ceciderit non habebit ſubleuantem ſe; vndè neceſſaria eſt correctio fraterna, *quæ* (vt ait S. Thomas 2. 2. quæſt. 33. Artic. 3.) *pertinet ad omnes, quando fit per ſimplicem admonitionē, ad emendationem,* Verſ. 18

Correctio fraterna, vt eſt ſimplex admonitio pertinet

nem,

ſinet ad omnes, quā do vero eſt actus iuſ. ſitia ad ſolos Prælatos.

nem, ſecùs verò, vt eſt actus Iuſtitia ad ſolus attinens Pralatos, maximè his, qui ſunt in paradiſo terreſtri, ideſt in Religione, quæ correptio facienda eſt cum charitate, & amore: Nam, obſerua, non dicitur corrigere, ſed corripere; quia ſcribit Albertus Patauinus, 16. ſerm. fol. 178. & col. 2. *corrigere includit ſeueritatem, & rigorem; ſed charitatem, & amorem corripere: Eſt pœna emendare, corripere autem eſt arguere; illud eſt auctoritatis, hoc charitatis*: hinc bellè Bernardinus Senenſis Serm. 4. in fer. 3. Dom. Quad. Serm. 22. fol. 96. col. 1. lit. F. paucis in verbis totam correctionis normam declarat dicendo, *CORRIPERE eſt quaſi COR RAPERE*.

Corripere eſt rapere cor, ideò correctio cum amore eſt facienda non cum ſeueritate.

94 *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*: quia nullus eſt, qui aliena non indigeat ope; & ſæpè fortior conſtringitur recurrere ad minus fortē, vt humilietur: hinc prædicat Paulus ad Gal. c. 6. v. 2. 3. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legē Chriſti: nam quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum Nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.*

Alter alterius indiget ope.

Verſ. 19 95 *Formatis igitur Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terra*: Vt homo Deum amaret, & omnia quæ ſunt in mundo calcanda cognoſceret, dicitur *cuncta de humo formata*; De humo *vt, qui vtuntur hoc mundo tamquā non vtantur: nam præterit huius mundi figura* dicit Apoſtolus ad Corinth. 1. cap. 7. verſ. 31. *Deus autem in æternum permanet*, canit Pſalmiſta Pſal. 9. verſ. 8. & tamen Proh dolor! lachrymans ſuſpirat Saluianus lib. 10. de Gub. Dei. *Omnia deniquè amamus, omnia colimus, & in comparatione omnium ſolus nobis Deus vilis eſt.*

In mundo omnia ſub pedibus ponenda. In mundo nihil eſt ſtabile.

Deus in comparatione omnium nunc vilis eſt.

96 *Adduxit ea ad Adam*: quia tam in eccleſia, quam in Religione ſunt neceſſarij gradus, & dignitates, ſed qui flagrat amore Dei deſpectui habet dignitates, gradus, ſimul, & honores: Moyſis exemplo præſto eſt Euthymius in Cat. Græc. *In regia Moyſes educatus, in deſerto nunc paſcit oues, neque idcircò indoluit pertæſus vitam ſuam. Quiſquis enim amat Deum, contentus in vrbe degit, in agris pauper, & diues, liber, & ſeruus.*

Qui Deum amat fugit honores.

97 *Vt videret quid vocaret ea*: quia electiones ſuperioratus debent fieri liberè, & in Religione ab ipſis Religioſis, & non ab extraneis vi fauorum, ſed vi meritorum; *nam quod merita conferunt, omnes approbant, nullus inuidet*, aibeat B. Victor lib. 3. de Vualdal. perſecut. alioquin dicit Chriſtus, *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt, & latro* S. Ioannes cap. 10. verſ. 1.

Merita ad electiones, non Principum gratia.

98 *Omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum eſt nomen eius*; quia ad hoc, vt dicatur, ipſum eſt nomen talis hominis, vel Religioſi, debet prius videri ſi ille qui nominatur ſit dignus tali nomine; nam debent conuenire nomina moribus: iuxtà illud *Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis*. Alias ridiculum eſſet, meditatur Eſcobar lib. Comment. in Caput. 2. Gen. *illuſtri nomine nobilitare aliquem, qui vulgaribus moribus vilis obijcitur*, & propter hoc, benè conſideranda nominis impoſitio, vt ſit verè ſimile, quod dicit Angelicus Doctor 3. p. quæſt. 37. art. 2. in corpore, ſcilicet, quod *nomina ſemper ſignificant aliquod gratuitum donum diuinitus datum*.

Nomina debent moribus conuenire.

Nomen ſignificat ſē. per aliquod gratuitum donum.

99 *Appellauitque Adam nominibus ſuis &c.* Verſ. 20 hic obſerua, quod nō ſit mentio, nec de piſcibus, nec de eorum nominibus, vt intelligant Religioſi eorū nomina prorſus deleta eſſe à catalogo viuentiū in mundo; & ſicuti piſces ſunt ab omnibus terræ animantibus ſegregati, & extrà aquas poſiti mortui; ſic, & Regulares alienati à Mundo debent contemplationi vacare, & non extra clauſtra vitam degere; quia ſi ſic, ſtatim Spiritui mortui. Igitur, ſic dulcè exhortatur Apoſtolus ad Coloſſen. cap. 3. verſ. 1. vſque ad 5. Tamquā filios chariſſimos Religioſos, *Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit, vita veſtra; tunc, & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra.*

Regulares piſcibus ſimiles.

Extra Monaſterium Religioſus quaſi mortuus.

100 *Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis eius*: Quia mores innocentes in hoc mundo portum non habent: Iudicium eſt Procopij cap. 18. *Innocentia, inter aſtutias huius mundi, & ſæcularium fluctus cupiditatum, portum non inuenire ſolet.*

Innocentia in illo habitat in mundo.

101 Vel non *inueniebatur adiutor ſimilis eius*: quia rari ſunt hodiè, qui ad ferendum crucis onus adiutorem inueniant, nam inquiunt omnes inſanè, quod ſanè omnibus objicit Eccleſiæ Lumen Auguſtinus, lib. de princip. Dialecticæ. *Aſperum eſt cum dicimus Crux, & ipſius Verbi aſperitas cum doloris, quem Crux efficit, aſperitate concordat.*

Ad ſollendam Crucem non reperitur adiutor.

Verſ. 21 102 *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam*: quia ſuperior debet potius vti pietate, & miſericordia, quam zelo, & iuſtitia: Vndè Medici exemplo ad ægrotum ſuperiores admonet omnes Rauennas Eloquentia, ſerm. 108. *Medicus auſtera remedia cum recipere perſuadet ægrotos, agit precibus, non compellit, imperio: ſciens infirmitatis non voluntatis eſſe quod ſalutaria reſpuit, quoties profutura repellit infirmus. Sic, &c.*

Superior debet eſſe miſericors.

Simile de ſuperiore, & ſubdito.

103 *Cumque obdormiſſet*: triplex eſt dormitio. Prima fouendæ iniquitatis: vndè dicit Apoſtolus ad Ephesios cap. 5. v. 14. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Secunda recreandæ infirmitatis, vndè, *ſi dormit ſaluus erit*, S. Ioannes cap. 11. v. 12. Tertia contemplationis; vndè, Cantic. cap. 5. verſ. 2., *ego dormio, & cor meum vigilat.* Prima ergo eſt fugienda; vnde dominus cum inuenit diſcipulos ſuos dormientes; primò increpauit eos dicens, Matth. cap. 26. verſ. 40. *Vna hora non potuiſtis vigilare mecum?* Secunda eſt indulgenda, vndè Dominus ſecundò Apoſtolos inueniens dormientes tacuit. Tertia

Dormitio triplex.

tia

tia eſt appetenda; vnde Dominus tertiò dormientibus ait, *Dormite iam, & requieſcite*. A prima dormitione ſurgendum eſt; ſed in hac quidem ſomnolentia premuntur, quia tentationibus colliduntur. Quidam ſomno grauantur, quia tentationibus ſuccumbunt. Quidam lethargiam patiuntur, quia ſuccumbentes reuerti nolunt: de his dicit Eccleſia in hym. de Laud.

Gallus iacentes excitat,
Et ſomnolentos increpat;
Gallus negantes arguit.

Gallus excitans fuit Moyſes, & Prophetæ (ſicut dicit Lauretus in Sylua Alleg. lit. G.) increpans ſomnolentos fuit Chriſtus; ne quaſi Samſon deprehendatur in Dalidæ gremio: Iudicum cap. 16. v. 20. & etiam iacentes excitans, vt reſurgerent peccatores quaſi paralytici de grabato, S. Ioannes cap. 5. v. 8.

104 *Tulit vnam de Coſtis eius*: quia ſuperior ſi opus fuerit exponere debet pro ſubditis propriam vitam: ſicut docuit veritas ipſa dicens Ioan. cap. 10. verſ. 11. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*

Superior debet pone. re propriā vitam pro ſubditis ſi opus ſit.

Verſ. 22

105 *Et ædificauit Dominus, &c.* quia tunc Religio conſeruabitur quando talem ſe præbet ſuperior: *Nam hortatur* (inquit Vgo Cardinalis in cap. 24. S. Matthæi) *Prælatos ad vigilantiam, & diligentiam, quos non tantum vult vt eſſent vigilantes, ſed etiam vigiles.*

Verſ. 23

106 *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea*: quia debet vnuſquiſque bono exemplo quærere Eccleſiæ vnitatem: quia *membra ſumus corporis eius*: cuius *caput eſt Chriſtus*, S. Paulus ad Epheſios c. 5. verſ. 23. & 30.

Chriſtus caput Eccleſiæ, fideles totum corpus.

107 *Hæc vocabitur Virago*; quia Vir debet inſtruere verbis, & exemplis Vxorem ſuam; Vxor autem Virum exemplis dumtaxat. *Quia in Viro, & muliere domus dicitur quadam plena eſſe perfectio*, ait S. Ambroſius lib. 2. de Paradiſo.

In marito, & vxore totum ædificium domus.

108 *Quamobrem Relinquet homo*: ideſt vir Religioſus omnia relinquit vt Deo, & animæ ſuæ vacet. Verſ. 24

109 *Et erunt duo in carne vna*: quia anima conformando voluntatem ſuam velle Dei, fit vna cum Deo in æterna deſponſatione: ſicuti Animæ per Oſeam cap. 2. verſ. 19. dixit *ſponſabo te mihi in ſempiternum.*

Anima fit vna cum Deo per voluntatem ſubordinatam Deo.

110 *Erat autem vterque nudus*: nuditas enim ideſt paupertas multum conuenit, tam fratribus, quam monialibus. Verſ. 25

111 *Et non erubeſcebant*: quia Seruus Dei non ſolum non debet erubeſcere de ſua paupertate, & quod à ſæcularibus vilipendio habeatur, immò de hoc debet multum gloriari, & Deo iugiter grates referre, quod ipſum in tali ſtatu poſuerit: Audiant Religioſi pauperes Hieronymum Epiſt. 26. & conſolentur, qui exponens illa verba Gen. cap. 26. verſ. 12. de Iſaac ſic dicit: *Plus ergo accepimus, quam dedimus, parua dimiſimus, & grandia poſſidemus, centuplicato ſænore Chriſti promiſſa redduntur in tali, & Iſaac quondam agros ſeuerat, qui paratus ad mortem ante Euangelium, Euangelicam portauit crucem.*

Seruus Dei, & Religioſus de paupertate nō erubeſcendi.

DVBIA SACRA
IN CAPVT II. GENESIS.

Verſ. 1.

1. 5. QVare in die quo ab opere quieſcit Deus, adhuc cœlos denuò adornat? dum ſacer Hiſtoricus ſcribit *igitur perfecti ſunt Cœli, & terra, & omnis ornatus eorum*. Quis eſt hic ornatus cœlorum, quo ornatus ipſe inactuoſa opificis quiete perficitur? Hoc totum apprimè quadrat in Virginitatem, quam Lauretus Ceruarienſis in Sylua alleg. Lit. C. verbo Cœlum, Cœlorum nomine putat allegoricè intelligi. Sic ad rem opportunè loquitur Zeno Veronenſis de Virginibus, Ser. de Pudicit. *Deum Patrem*, inquit, *vos, & habere, & poſſidere monſtratis, cum pudicitiam, in qua Deus habitat, non dicam diligitis, ſed luculentis moribus adornatis* (Obſerua quæ ſubdit verba) *Magna igitur gloria eſt ornare, per quod orneris*. Profectò ſicut Cœli ornatus, & Cœlum adornat, & viceuerſa ipſum Cælum ornatum ſuum perficit, & adornat; Sic pudicitia virginis ornatus eſt, & rurſus homo pudicus luculentis moribus pudicitiam adornat reciproco ſumptuoſiùs ornatu: Magna igitur gloria *eſt ornare, per quod orneris*. Tanta, tamque ſublimis eſt Virginum dignitas, vt vel ipſam Virginitatem, qua ornatur, adornet! Sic ergo virginitas ſtatui coniugali anteponenda; Concil. Trid. ſeſs. 24. Can. 10.

Pudicitia ornat Virginem, & Virgo pudicitiam adornat.

Homo pudicus luculentis moribus pudicitiam adornat reciproco ſumptuoſiùs ornatu.

Virginum dignitas ſublimis.

Virginitas beatior ſtatu coniugali.

2 Quare cum cęli, & terra iam perfecti, & omni ſuo cultu perfectè adornati dicantur, addit Moyſes, *Compleuitque die ſeptima opus ſuum quod fecerat?* Profectò illud dicitur perfectum, cui nihil deeſt: ergo ſi mundiali opificio additur complementum, illo complemento prius caruiſſe, neceſſe eſt. Qua parte igitur perfectum erit, quod complemento caret? Dionyſius Richel, vt hoc dubium ſoluat, notat creaturas vſque ad diem Mundi ſeptimam, perfectas eſſe in ſua

Verſ. 1. & 2.

Creatura ſex diebus perfecta, die ſeptima, in qua operatio incipitur perfectione complētur.

natura,

natura, & cognatis naturæ proprietatibus, *& ideò perfectas diei. Cum autem additur: Compleait opus ſuum, continuam exindè occupationem operandi actiones ad quas à Deo deſtinantur, ſignificanter denotari.* Vnde ſubdit S. Dionyſius Carthuſianus in c. Gen. 2. *Sicque dicitur Deus ſeptimo die opus ſuum compleſſe; quoniam ſeptimo die cæperunt ſex dierum generaliter exercere actus congruos ſibi, & in inuicem agere, atque ſimilia propagare, ſeù adminiſtrari, aut gubernari. Hinc paulò poſt dicitur Deus diei ſeptimo benedixiſſe. Sic itaquè compleuit Deus opus ſuum.*

Quod in ſe bonum eſt, dum beneſice operatur perficitur, & cō pletur.

Verſ. 2. 3 Quare cum Deus creando non defatigatus eſt, ſcribit Moyſes, *& requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat?* Quia cum Deus incarnatus eſt, tunc requieuit, & ceſſauit ab operibus: Sanè opus tam grande, tam eximium, ac ſublime, vt quod excellentius efficeret, non haberet; ideo in hoc opere requieuit. Suffragatur D. Bernardus Serm. de B. MARIA. *Altiſſimus, ſibi MARIAM, quaſi mundum ſpecialiſſimum coadidit: hęc eſt vnica illa ſalutaris Fœmina, in qua ſola, quæſitam in omnibus requiem inuenit. Atteſtante ipſa Deipara per os Eccleſiaſtici* cap. 24. *Qui creauit me, requieuit in Tabernaculo meo.*

Deus in incarnatione requieuit, & ceſſauit ab operibus.

MARIA eſt mūdus ſpecialiſſimus.

Verſ. 2. 4 Vel *Requieuit ab omni opere*: Quia creando hominem, habens cui miſericordiam ſuam oſtenderet, & cui peccata dimitteret, tunc requieuit. Expende pulchram Diui Ambroſij ſententiam In lib. 6. Hexam. cap. 10. tom. 4. *Gratias ago Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecit in quo requieſceret. Fecit cælum, non lego, quod requieuerit. Fecit terram, non lego quod requieuerit: Fecit ſolem, & lunam, & ſtellas, nec ibi lego quod requieuerit: ſed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuerit, habens cui peccata dimitteret.*

Homo eſt quies Dei. Amor Dei erga hominem. In alio nō requieſcit Deus creaturarum niſi in homine.

Verſ. 3. 5 Quare Diem à creatione Mundi, ſeptimum benedicere Deus clementer dignatur? Quia inquit Oleaſter, in cap. 2. Geneſis v. 3. *Vt diſcamus, & nos grati eſſe illis, qui in nobis beneficia collocarunt, maximè illi, à quo bona cuncta procedunt.*

Gratitudo referenda benefactoribus, & maximè Deo eſt opus inſtitia.

Verſ. 3. 6 Quare cum opus dierum cæterorum, quos ad humanum opus deſtinauerat Deus, communi clauſula ſingulos perſtrinxiſſet Moyſes *Veſpere* ſcilicet, *& mane*; percurrens ad diem ſeptimum diuino cultui, & ſacræ quieti deſtinatum, neque Clauſula *veſperi*, neque *mane* illum concludit; ſed ſolum, ſcribit *benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum?* Quia in re virtutis, & obſequij Deo præſtandi, nulla pænitus habetur ratio, vel *mane* orientis, vel *veſpere* decidentis ætatis *cum virtus careat Tempore*, inquit Rupertus. Et Caietanus in c. 22. Prouerb. v. 6. ex Hebræo, monet ſic: *In ipſo principio vitæ pueri, aſſueſac illum; quamuis non ſit capax doctrinæ, eſt tamen capax conſuetudinis, vt ſcilicet incipiat aſſueſcere bonis actibus, verbis, moribuſque, quia, quæ primum imbibimus, retinemus etiam in ſenectute.*

Virtus caret tempore, quia ſemper eſt exercenda & in quacumque ætate.

Quod in pueritia imbibitur in ſenectute retinetur

Educatio filiorum.

Verſ. 3. 7 Quare *Ceſſauit Deus ipſo ſeptimo die ab omni opere ſuo?* Quia cum in iſto die omnes ſpiritus cæleſtes vnanimi ſenſu, pari iubilo, & concordi voce laudarent Deum tantorum operum architectum, & molitorem, ſecundum illud quod ſcriptum eſt apud Iob cap. 38. *Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*, benè dicitur *ceſſauit*; nam orante homine ceſsat Angelica Melodia in cœlis, vt auſcultet Deus ſanctorum orationes: hinc refert prophetica Voce Ioannes Apoſtolus, Apocalyp. cap. 8. verſ. 1. & 3. *Factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora; & Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum; & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.*

Orantes Deus audit.

Ceſſat Angelica melodia quādo orationes vult Deus audire.

Orante homine ſilet cœlum.

Verſ. 4. 8 Quare omnia producta reducit Moyſes ad vnum diem, dicendo, *iſtæ ſunt generationes Cæli, & Terra quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus: cęlum, & terram*, & aſſerit omne virgultum tunc productum non actu, ſed in virtute ad germinandum, ſi in capite primo ſex dies aſſignat dicendo. *Factum eſt Veſpere, & manè dies vnus: factum eſt veſpere, & manè dies ſecundus*, & ſic de ſingulis? Quia voluit oſtendere omnia facta eſſe primo die, & alijs ſex in diebus eſſe propagata: Nam S. P. Auguſtinus lib. 4. de Geneſi ad lit. & lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 9. ait ſex illos dies recenſitos non eſſe naturales, ſed Angelicos, *diſtinctos non ex parte cognitionis, ſed ex parte rerum cognitarum*, ita vt primum opus, nempè creatio Cœli, Terræ, & lucis, vt cognitum ab Angelo, dies ſit primus. Opus ſecundum, nempè firmamentum in medio aquarum factum, & aquarum diuiſio, vt cognitum ab Angelo, ſit dies ſecundus, & ſic de alijs: de quibus Sacer Hiſtoricus loquitur *Veſpere, & mane*, interpretatur de cognitione matutina, & veſpertina, quarum illa cognoſcit res in verbo, iſta extrà Verbum per proprias ſpecies: Quæ duæ cognitiones cachinnantur à Benedicto Pererio in Gen. c. 2. nu. 183. in p. I. comment. to. 1. dicendo abſq; tāti Eccleſiæ Sanctæ Doctoris Reuerentia: *Poſteà nec fidem, nec rationē habet vllam, voluiſſe Moſem opificium mundi, quod exponebat Hebræis, tam obſcurè: & enigmaticè deſcribere per cognitiones videlicet Angelorum matutinas, & veſpertinas, vix Theologis ipſis hodieque liquidò perſpectas, & cognitas*: Et miror cum iſte Auctor ſua ingenij perſpicuitate perdita potius quam cum tanto admirabilis ſapientiæ Doctore ſentire de his diebus, allucinatus proprijs argumentis confundere quærat: Sed quid Tenebræ ad lucem? verè in tenebris erat, dum de hac re ſcripſit, nam ſe ſuperiorem in ingenio Ad SS. Patrem exiſtimauit, dum hæc formalia expreſſit in Gen. vbi ſupra nu. 185. in fine. *ADDE, QVOD ECCLESIA VIDETVR, POSTHABITA OPINIONE AVGVSTINI;*

Omnia creauit Deus ſimul in vno die, nec eſt erroneum hoc dicere, vti vnule A Lapide in Comment. cap. 1. Gen. let. D. col. 2. pag. mihi 37.

Cognitio veſpertina, & matutina, quid ſit.

TINI, HANC NOSTRAM SECVTA. Ego autem magis cum Doctore Eccleſiæ ſentiam, quam cum alio philoſopho, & tanquam filius (licet indignus) tanti Doctoris Doctorum, & Patris Patrum, quid docet, minus intelligens, ſed magis amans, ſequar: Sic etiam Angelicus Doctor ſpecialem inſtituit articulum, in 2. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 2. ad confirmandam Sancti Patris Auguſtini ſui præceptoris ſententiam; & de ea in articulo ſecundo ſic dicit: *Hæc opinio plus mihi placet*, ergo mihi non magis placere non poteſt; *Quia legi Dei deeſt, quod Auguſtino deeſt*. dixit Voluſianus. Pro Sanctiſſimo Parente ſtant, Scriptura dicente Eccleſ. cap. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*. Iob. cap. 26. *in fortitudine illius repentè maria congregata ſunt*. S. Baſilius homil. 5. Hexameron. *Poſt præceptum Opificis ſine vlla mora protinùs omnes ſyluæ ſurgebant; roſæ, lauri vno momento, cum anteà non eſſent, extitere*: Accedunt Philo Iudæus in lib. de Allegorijs legis Moſaicæ, Procopius Gazæus in Gen. Caietanus in Comment. ſup. 1. cap. Gen. S. Gregor. lib. 32. Moral. & alij, quorum nomina breuitatis cauſa relinquendo, ſic cum SS. Patre in lib. 1. de Geneſi cap. 1. concludo. *De obſcuris naturalium rerum, quæ omnipotenti Deo Artifice facta ſentimus, non affirmando, ſed quærendo tractandum eſt; in libris maximè, quos nobis commendat authoritas diuina.*

Mirabile S. P. Auguſtino debitum elogium.

Verſ. 5. & 6. 9 Quare poſtquam ſcribit Moyſes *homo non erat, qui operaretur terram*, ſubdit ſtatim *Sed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ?* & quiſnam eſt hic fons, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigare ſufficit; & qualis eſt iſta vniuerſa ſuperficies terræ, quam fons ipſe irrigat abundè? Audi Richardum à S. Laurentio lib. 8. de Laudibus B. Mariæ. *Hæc eſt terra* (ſcilicet Maria) *de qua dictum eſt, quod homo non erat, qui operaretur terram. Nullus enim homo operatus eſt in ea terra virgine, de qua formatus eſt Chriſtus, &c. ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Superficies terræ, ideſt dignitas terræ Virgo Maria picturata omnium florum ſpecioſitate, ideſt virtutum, quam irrigat Spiritus Sanctus, qui eſt fons aquæ viuæ.* Neminem autem prætereat latens Richardi acumen, quo plus ſignificat, quam dicit. Expende igitur verba illa, *ſuperficies Terræ*, & magis quam millia Arcana recondita inuenies.

Maria Terra Virginea.

Quare dicatur B. V. Maria vniuerſa ſuperficies terræ.

Maria ſuperficies extimatius digni. tas eſt.

Verſ. 7. 10 Quare dicit Moyſes *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, ſi iam antea in primo capitulo *verſ. 27.* ſemper narrauit hominem creatum, quando dixit: *& Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam?* ſi priùs, cur modò, ſi anteà creatus eſt homo, ergo non hìc: forſan ne ſunt duo homines? minime, dicit ſcriptura *Tulit Dominus hominem, quem formauerat*: Quare igitur bis nominat hominis formationem, ſed cum tali verborum diſcrimine, anteà *creauit*, hìc verò *formauit*? Quia priùs hominem de nihilo fecit Deus; ideò *creauit* dicitur; quia poſtea Sacerdotem ipſum hominem fecit benè dicitur *formauit*. Sacerdotium enim per impoſitionem manuum confertur, hinc dicit Pſalmiſta Pſal. 138. verſ. 5. nomine Protoplaſti, *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me, manum tuam*. Audi quam bellè Moſes Bar-cepha Epiſc. Syr. in par. 1. Comment. de Paradiſo, confirmat. *Per hoc oſtendit Adam fuiſſe Sacerdotem; Dum veluti loquentem cum Deo ait, tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam, Sacerdotium enim manuum impoſitione confertur.*

Adam fuit ſacerdos.

Dignitas Sacerdotalis.

Impoſitione manuũ confertur ſacerdotium.

11 Quare hominis creationem bis Moyſes memorat? vt homo eſſet gratus Deo de tam, tantiſque beneficijs acceptis: Ratio eſt Lippomani in cap. 5. Gen. verſ. 1. *Vt ſciat, cui ſubſiſtentium ſuum, & viuere acceptum referre debeat homo.* Verſ. 7

Gratitudo erga diuina beneficia.

12 Quare dicitur Deus inſpiraſſe Adamo *Spiraculum vitæ*, & non animam? *Vt eius dierum breuitas exprimeretur, nam inſpirare*, ait Hieronymus, *eſt idem ac ſpiritum emittere; & quidem Spiritus, æternus perhibetur; ſpiraculum, ſub tempus cadit*, habet Procopius. Verſ. 7.

Breuitas dierum hominis.

13 Quare corpus hominis *De limo terræ* factum, animam verò ſpiraculum eſſe vitæ dicitur? Quia Anima ſublimia debet appetere, Corpus verò ſui ortus vilitatem agnoſcens infimiſſima ſapere. Sed audiendus eſt Ioannes Damaſcenus in Catena ad ſupradictum Gen. cap. *Fecit igitur Deus hominem purũ bonis omnibus ornatum, veluti quendam ſecundum mundum, in magno quidem mundo paruum, Angelum alterum, adoratorem mixtum, terrenum ſimul, & cæleſtem, temporalem, & immortalem, medium magnitudine, & humilitate; eundem Spiritum, & carnem, Spiritum propter gratiam, carnem propter elationem.* Verſ. 7

Anima quæ ſurſũ ſunt debet quærere. & corpus quæ ſuper terram quærit.

Homo ſecundus eſt mundus.

14 Quare dicitur, *& Factus eſt homo in animam viuentem*, & non in animam rationalem? cum hoc nomen, *Anima viuens*, conueniat brutis, & iumentis, & anima rationalis ſit diſtinctiuum hominis inter cætera animauiuentia? Rupertus Abbas lib. 2. in Gen. cap. 22. hoc dubium proponit, & ſoluit ſic, *Quare ergo tantum honori huius facturæ detractum eſt, hoc ſolùm dicente ſcriptura*, & factus eſt homo in animam viuentẽ? *Videlicet, quia, qui* factus eſt homo *rationali dono non benè vſus eſt, & honorem ſuum non intellexit, ſed comparatus eſt iumentis; rectè illi iam formato à ſcriptore quaſi detractum eſt illud, quo ſuperior eſt iumentis.* Verſ. 7.

Homo per non bonũ rationis vſum caſtigatur.

Homo tandem ſimilis iumentis inſipientibus per culpam.

15 Quare dum Moſes enarrat Paradiſi plantationem ſcribit, à principio; *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à Principio?* Nè homo plantandi ab initio Paradiſi ſcientiam inſolenter ambiret, & ſatis illi fuiſſet poſſeſſorem Paradiſi non promotorem, & auctorem eſſe; ſed, Proh dolor! Inſolens Primæui Parentis iactantia, tantum, & tale parui pendens donum, cu- Verſ. 8

Adami ſuperbia. Quia Paradiſi à ſe non plantati poſſeſſorem ſe doles.

iis non eſt auctor, poſſeſsionem depretiat rei, cuius ipſe auctor non erat, nec à *principio* ſuis auſpicijs condiderat, & ideò ambit, & ipſe ſcientiam plantandi ſibimet paradiſos: Eccinè humanæ mentis honorum dira cupido! Miraris? ſat forſan tibi videtur? Rupertum interroga in cap.2.Gen.verſ.8.lib. 1.cap. 39. *Pulcherrima*, inquit, *ſcientia eſt, quod illum Paradiſum deliciarum talis, ac tantas plantarit hortolanus*, (*nempe Deus*) *ſcientia in quam, cuius ſpe inflatus eſt homo, dicente ſibi diabolo: comedite, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum*. (Nota ò quam bellè) *indignabatur enim miſer, inſpiratus à diabolo, quod alienum hortum ſub alieno cuſtodiret imperio; & ideò tanquam medicinam captabat, vt haberet, & ipſe ſcientiam plantandi ſibimet Paradiſos*.

Honorum cupiditas rui nam generat.

Verſ. 8. 16 Quare poſtquam Deus *plantauit Paradiſum voluptatis* in plaga orientali, in eo *poſuit hominem, quem formauerat*? Quia excogitat Seuerianus in Cat. Lippomani inibi. *Quemadmodum ſydera ab ortu tendentia ad occaſum, rurſus apparent; ſic, & hominem oportebat à vita properare ad mortem, & occidere, ideò ibi poſitum*.

Homo non poteſt imaginari mortem ignorare.

Verſ. 8. 17 Quare *poſuit hominem in paradiſo voluptatis*? vt diſceret Adam, & cum eo omnes homines, diuitias, & delicias huius mundi inſtabiles eſſe, & propter hoc *cor non apponendum, ſi affluant*. De quo diximus expende rationem: Nam *in Paradiſo voluptatis*, quòd habet Vulgata noſtra, ſtat Hæbraicè in horto *Edem*. *Edem* autem erat propè terram *Nod*, ſiuè *Naid* vt patet ex Hebræo Gen. 9. v. 16. quam Tellurem D. Hieronymus in quæſt.Hebr.& in epiſt.48. *fluctuantem, ſeù inſtabilem explicat*: Ergò ſtat myſterium; Paradiſum hunc terrenas huius vitæ delicias, nec non diuitias repræſentare perpetuò fluctuantes: & priùs labentes, quam aduenientes: vndè Paulus Timothæo 1.cap.6.verſ. 17. dicit: *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublimè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo* (*qui præſtat nobis omnia, abundè ad fruendum*) hinc S. P. Auguſtinus prædictum Pauli locum expendens in Pſ.83. *Quid enim*, inquit, *tam incertum, quam res volabiles? nec immeritò ipſa pecunia rotunda ſignatur, quia non ſtat*.

Mundi delecia diuitiaque inſtabiles.

Sola ſpes noſtra in Deo eſſe debet.

Pecunia quia rotunda ideò citò fluit.

Verſ.8 18 Quare in creatione, cœli, terræ, lucis, firmamenti, Solis, Lunæ, Animantium omnium, & arborum; ſimplici nomine ſcriptura vocat Deum, nullam addens compoſitionem, vel additionem: vt quando dicit, *In principio fecit Deus cœlum, & terram, & deinceps dixit Deus; ſeparauit Deus, Vidit Deus, fecit Deus*: Et poſtquam hominem creatum legitur, ſtatim nomini Dei adiungit, *Dominus*; eum appellans *Dominus Deus, Formauit igitur Dominus Deus, Plantauerat Dominus Deus, produxit Dominus Deus*. Et id non ter, nec decies, ſed in ſeptemdecim capitibus ordine, & rurſus deinceps, & ſemper ipſum *Deum*, & *Dominum* nominauit? Quia facto homine duplici (qui eſt inquam, compoſitus ex terra, & diuina inſufflatione) ſtatim ſcriptura compoſitum quoque, & duplex fecit nomen opificis ipſum nominans *Dominum*, & *Deum*; (Audi etiam Anaſtaſium Sinaitam Patriarcham Antioch. lib. 7. de Dei nom. duplicato. in Bibl. Vet. PP. & obſerua myſterij nobilitatem) *Tanquam continuatione duplicationis, & compoſiti nominis Spiritu Sancto nos docens, et dicens: Cognoſcite quòd qui olim antè ſæcula ſimplex erat, et incompoſitus, ſibi conſtructo humano Tabernaculo, et vnietur in Hypoſtaſi in poſterioribus temporibus, et fiet compoſitus, qui erat antè ſimplex, et incompoſitus, compoſitam portans appellationem per incarnationem, vt qui appelletur Chriſtus Deus; hoc eſt Deus, et homo*.

Incarnationis diuina mirabilis figura.

Homo Dei Tabernaculum.

Ver.9. 19 Quare dicitur *lignum vitæ in medio Paradiſi*? Quia figurabatur Euchariſtiæ efficacia; proindè *lignum Vitæ in medio Eccleſiæ*: *lignum vitæ*, quia hic cibus vitalis eſt mortis antidotum, & vitæ promptuarium. Sic pulchrè meditatus eſt Iacobus Sarugienſis, in Orat. de eiecto Adamo apud Barcepham de Parad.p.2.cap.20. qui ait. *Fieri poſſe, vt arbor illa vitam allatura eſſet, propter quod myſterium Chriſti in illa lateret; ac proindè occulta quadam efficacia ipſius fructus, ramique pollerent, cùm Chriſtus ipſe natura ſua vita ſit, atque vbicumque ille adeſt in propinquo, illìc longè abſit mors*.

Euchariſtia lignum vitæ in medio Eccleſiæ.

Chriſtus futurus dabat efficaciam arbori vitæ.

Ver. 10 20 Quare fluuius egreſſus de loco Voluptatis *in quatuor diuiditur capita*? Quia Sanguis Chriſti (cuius figura fuit fluuius ille, vti ſcribit Sinaita in lib.8. Hexam.) ex latere egreſſus in Cruce in quatuor terræ partes diuiditur irrigando, purificando totum orbem, & viuificando precipuè paradiſum Eccleſiæ, ideò cecinit Regius Vates Pſal. 73. verſ. 12. *Deus autem rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio Terræ*.

Fluuius egreſſus, & diuiſus in 4. capita in Paradiſo eſt ſanguis de latere Chriſti irrigans 4. partes Terræ.

Verſ.10 vſq; ad 14. incluſiuè. 21 Quare dicitur *Fluuius Paradiſi in quatuor* diuiſus capita, & non in tria, aut duo? Quia cum quatuor ſint lacrymæ, vel genera lacrymarum animæ deuotæ, idcircò benè dicitur diuiſus in quatuor capita. Flet enim anima primò pro incolatu miſeriæ; Secundò pro triſtitia culpæ; Tertiò pro horrore gehennæ; quartò pro deſiderio Patriæ. Primæ lacrymæ potant ſitientem animam, & de his dicitur Pſal. 79. verſ. 6. *Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in menſura*. Secundæ lauant immundam, & de his dicitur Pſal.6.verſ.7. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum*. Tertiæ humectant aridam; & de his dicitur Pſal. 125.verſ.6. *Qui ſeminant in lacrymis in exultatione metent*. Quartæ rigant iam fæcundam; & de his dicitur Pſal. 6. verſ. 7. *lacrymis meis ſtratum meum rigabo*. Iſtæ ergo lacrymæ *ſunt quatuor flumina*, quæ exeunt de Paradiſo. Primæ ſunt *Primus fluuius, qui dicitur Phiſon*, interpretatus *mutatio* Verſ.11

Quatuor ſunt genera lacrymarum animæ deuotæ.

oris,

oris, & circuit terram Heuilath, quæ dicitur *parturiens:* Quia vbi ſunt cum lacrymis iſtis *dolores vt Parturientis* Pſal. 47. verſ. 7. poſt huius miſeriæ pondera; mutatio oris, ideſt corruptio in incorruptionem circumdabit: *Vbi* etiam *naſcitur aurum optimum;* quia de

Lacrymæ ſunt quatuor flumina, quæ extant de Paradiſo.

Verſ.12 hac terra corruptibili fiet *aurum*, ideſt incorruptibile corpus, quando omnes plateę Ieruſalem ſternentur auro mundo; vti Apocal. cap. 21. verſ. 18. habet, *ipſa vero ciuitus, aurum mundum ſimile vitro Mundo.* Sunt

Verſ.13 lacrymæ *Secundus fluuius, qui dicitur Gehon ideſt inctnt terra, & circuit Æthiopia terram omnem.* *Æthiopes* peccatoribus comparantur, propter nigredinem, quia lacrymæ pro peccatis circumeunt peccatores, vt inducant *iactum terra*, ideſt cordis, per Con-

Gehon interp. Iactus terra.

Verſ.14 feſſionem. Tertiæ lacrymæ *ſunt fluuius tertius, qui dicitur Tygris*, propter velocitatem, *& ipſe vadit contra Aſſyrios: Aſſyrios* in multis locis pro aduerſarijs SS. PP. intelligunt. Sciendum, hìc, quod multi ſunt nobis aduerſarij Videntes enim peccatores pœnas, quas aduerſarij iſti præparant malis, prorumpunt *velociter* in lacrymas; vt ab ijs liberari mereantur. Sicuti fæliciter aduenit Ezechiæ ægrotanti ad mortem, dicente Domino 4. Regum cap. 20. verſ. 5. *Vidi lacrymas tuas, & ecce ſanaui te; Et ſic fluuius* iſte vadit

Verſ.14 contra Aſſyrios. Quartæ lacrymæ ſunt *quartus fluuius dictus Euphrates*, qui interpretatur *fructifer*, quia lacrymæ deuotionis multum fructum habent. Iſte fluuius non dicitur circuire aliam terram, quia lacrymæ deuotionis magis circa proprium cor, quam ad rem alienam ſe diffundunt. Iſtæ rigant, quia cor hominis quadam pinguedine afficiunt. Quia vt dicit Diuus Bernardus; Serm. 30. in Cant. *In lacrymis eſt vita odor, ſapor gratia, indulgentia guſtus, reconciliationis iucunditus, Sanitas innocentia redeuntis, Serenata ſuauitas conſcientia.*

Euphrates interpret. fructifer.

Verſ.15 22 Quare extrà paradiſum formatus homo *tulit eum* poſtea *Deus, & poſuit in Paradiſo voluptatis?* Vt carentia olim voluptatis paradiſeæ, illius dulcius fruendi artificium foret. Num paradiſus voluptatis non foret Adamo voluptatis Paradiſus, ſi eius poſſidendi delicijs ab initio, & exinceps ſemper frueretur. A Ruperto, in hunc Gen. locum Singularis aſſignatur cauſa; cur hic locus delicijs ſuperfuſus paradiſus voluptatis vocetur? *Nomen autem voluptatis*, inquit, *omnis indigentia ſenſum excludit; quia videlicet non ſicus hic, ita ex neceſſitate manducabatur, & illic.*

Voluptas excludit egeſtatem.

Quare Paradiſus i nominatur voluptatis?

Ver.15. 23 Quare *poſuit eum Dominus in Paradiſum Voluptatis?* Audi qnam bellè ad iſta Verba tacitè adludens Clemens Alexandrinus in Adh. ad Gent. ſcribit: *Vt luderet, quoniam erat Dei puer.* Quo vno verbo ſemel expoſuit Clemens vniuerſas gratias, quæ fælicem innocentiæ ſtatum adornabant. *Primus homo quando in paradiſo erat, ludebat ſolutus, quoniam erat Dei puer.*

Adã puer Dei.

24 Quare Adamus poſitus in Paradiſeis delicijs labori confeſtim addicitur, *vt operaretur, & cuſtodiret illum?* Quia Adam ne nihil agendo, malè agere perdiſceret: ſic eleganter Ambroſius lib. de Paradiſo. *Quamuis paradiſus operibus ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex poſteritatis futurus erat, ideò legitimi etiam in Paradiſo ſpeciem ſuſcepit laboris, vt nos ad operationem, & cuſtodiam debiti officij, & hæreditariæ ſucceſſionis munus adſtringeret.* Verſ.15

Adamo in paradiſo otiari non permittitur, etſi ſuperuacuo labore.

Otium inclaſum à terreſtri Paradiſo.

Vitiorum ſemen eſt otium.

25 Quare dicitur, *vt operaretur, & cuſtodiret illum*, ſi in innocentia poſitus Adam laboris neſcius inſciebat quomodo operari debebat vt paradiſum conſeruaret? *Non opere corporis laborioſo, ſed animi gratitudine*, inquit, Rupertus lib. 6. in Ioan. *Vt operaretur per fidem*, idcircò *enim tulit eum, in paradiſum, & vt cuſtodiret eum ſcilicet ne deſerta fide, vel dilectione Creatoris, ſimul perderet datum optimum* lib. 2. in Gen. cap. 3. Vel, *poſuit*, vt cogitando, & loquendo, quod Deo placitum eſt, *operaretur, & ſic ipſum cuſtodiret, ne à diabolo deciperetur:* Sic Philippus in Cantic. fol. 330. Vel *vt operaretur, ne aliquid admitteret, quare indè mereretur expelli.* Sic S. P. Auguſtinus lib. 8. de Gen. ad literam. Verſ.15

Gratitudo erga diuina beneficia eſt opus ſine labore, opus vero iuſtitia.

Dilectio Dei.

Meditatio Dei fugat diaboli deceptiones.

Otium malorum cauſa.

26 Quare *vt operaretur, & cuſtodiret*, & non vt gaudeat de illo? ne Adam otio incumberet; ſed qui vt operaretur paradiſum venit, paradiſo voluptatis fruens, delicioſè interim otiabatur. Indè forſan Geneſis verba antedicta Rupertus in Gen. lib. 3. cap. 39. exponens ſic de Adamo loquitur: *Taciturnu ingratitudine tantum tamque facilem deliciarum Dei locum, quaſi rapinam arbitratus occupauit.* Verſ.15

Quaſi rapina putatur paradiſus, & velut furtiua fruitione poſſidetur, dũ operatio non tradit delictarũ ſaporem.

27 Quare *Pracepit* Deus Adamo *ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientia boni, & mali ne comedas?* Vt Adam vno carens ligno, reliqua digniùs æſtimaret; & vt cognito vnius prohibitore, præbitorem reliquorum cognoſceret. Opportuniſſimè occurrit Seleuca eloquentia in orat. 3. quæ ſic fatur. *Accipe poteſtatem in omnia, vno ſolo te abſtine, in omnia manus extendatur, & ad vnum retrahatur. Citra inuidiam fructu interdixi, neque mihi vſum reſeruaui ipſi; nullius enim indiga mihi natura eſt, nulliq; obnoxia paſſioni* (pondera Verba, quæ acutè ſubnectit) *Verùm vt prohibitore cognito, præbitorem quoque cognoſcas, & vnius priuatio recordationem illius excitet, qui dedit vniuerſa: ne voluptas vndequoque circumfuſa beneficij memoriam ſpolies.* Ver.16. & 17.

Per prohibitionem vnius, quod renuitur dignius æſtimatur.

28 Quarè addubitat pulchrè Rupertus, ibidem de huius præcepti vtilitate *non abſque vlla conditione, abſque vllo præcepto poſuit Deus hominem in paradiſo? nonnè meliùs fuiſſet, nullum dediſſe præceptum, quam poſitione præcepti facere præuaricationi locum? Vbi enim præceptum non eſſet, nec præuaricatio? Quia infælix quodammodò foret Protoparens in paradiſi delicijs, tot virtutibus innocentia ſtatui congruis or-* Ver.16. & 17.

Si non eſſent præcepta, nec præuaricationes.

natus ſi patientia aliqua caruiſſet: Et quia in illo ſtatu nulla erat patientiæ occaſio: impoſuit illi Deus præceptum, cuius ſubiectione patientiam exerceret, & ſic ſuum innocentiæ ſtatum coronaret. Eleganter ſic coronat Baſilius in Hexam. ibidem, *ſciendum autem mandatum, quod obedientiam hominis probaret, datum fuiſſe, vt manus ab eſu ſuauiſſimi fructus abſtinendo, Patientia coronam ſibi iuſtè compararet*. Quaſi Patientia eſſet Paradiſi voluptatis gratia, ſanctitatis conſummatio, corona virtutis, & menſura fœlicitatis.

Præceptũ Adamo impoſitum fuit, vt ſtatus innocentiæ Patientia coronaretur.

Verſ.16 & 17. 29 Quare *præcepit* Deus Adæ recens creato? Quia cum ipſe dominium ſuper cuncta creata accepiſſet, & imperium: imperat illi Deus vt ediſceret parere, vt ſciret imperare. Malè enim imperabit omnibus, qui, vel vni benè parere neſcit.

Adamus præcepti iugum ſubit, vt ipſe omnibus imperare diſceret.

Verſ.16 & 17. 30 Quare præcepti materia fuit poſita in arbore *ſcientiæ boni, & mali*: nam ſi huius arboris fructus dabat ſcientiam *boni, & mali*, Adam, qui hac ſcientia orbatur, obſequij etiam *bonum* ignorabit? *Qui neſcit* (inquit Ambroſius in lib. de Paradiſo) *bonum, & malum, ne ipſum quidem nouit eſſe malum, non ſeruare mandatum; nec ipſum bonum nouit, quod eſt obedire mandato?* Reſpondet egregiè idem Sanctus Doctor, *Si vim neſciebat boni, & mali, tamen quia tantorum Auctor dixerat: de ligno ſcientiæ boni, & mali non eſſe guſtandum, fidem Præceptori ſeruare debuerat. Non enim ab eo peritia, ſed fides exigebatur.*

Obſequentes peritia eſt, pìè imperita vtilitas.

Verſ.17 31 Quare arbor *ſcientiæ mali* cum paradiſeis voluptatibus? Quia eſſet magis cognoſcibile bonum illarum deliciarum, ideò *malum* poſitum fuit: Vix enim (aut fortè ne vix quidem) agnoſceretur *bonum*, niſi *malum* pariter cognoſceretur. Sic ergo ex malo infirmitatis, Valetudinis commoda metimur; & ex angore triſtitiæ vtilitates gaudij penſamus: Vndè eloquentèr Lactantius Firmianus lib:7. de diu. præ. cap. 5. ad rem ſic fatur: *Nulla enim virtus eſſe poterat, niſi Deus diuerſa feciſſet: neque omninò apparere vis boni poteſt, niſi ex mali comparatione. Adeò malum nihil aliud eſt, quam boni interpretatio. Sublato igitur malo, etiam bonum tolli neceſſe eſt.*

Malum nihil eſt aliud quã boni interpretatio.

Verſ.16 & 17. 32 Quare *præcepit* Deus Adæ? quia reſpondet S. P. Auguſtinus in ſententijs num: 238. *Perfectè Deus, euidentèrque monſtrauit quantum ſit bonum obedientia, cum hominem in Paradiſo poſitum ab ea re prohibuit, quæ non erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmam; ſola inobedientia incidit in pœnam.*

Obedientia de bono prohibito laudabilior eſt.

Verſ.16 & 17. 33 Quare *præcepit* Deus Adæ? vt hoc præceptum eſſet velut teſſera, qua ab animantibus cæteris ſeruiliter ex legibus ingenuè diſtingueretur homo. Sic bellè cogitat Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 4. *Sed, & legem* (inquit) *Dei bonitas erogauit, conſulens Homini, quò Deo adhæreret, ne non tam liber quàm abiectus videretur, æquandus famulis ſuis cæteris animalibus ſolutis à Deo, & ex faſtidio liberis: ſed vt ſolus homo gloriaretur, quod ſolus dignus fuiſſet, qui legem à Deo ſumeret, vtiquè animal rationale, intellectus ſcientiæ capax, ipſa quoque libertate rationali contineretur ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia.*

Præceptum Adæ impoſitum fuit ſignum quo à brutis animantibus diſtinguetur.

Solus homo inter cætera animalia dignus Dei lege.

34 Quare in ipſo immortalis vitæ limine, mortis timor Adamo oſtenditur in illis verbis, *Ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris?* Quia fuit diuinæ Sacramentum pietatis, vt mortis memoriam tunc Deus oſtenderet, vt homo, aut immortalitatem non amitteret, aut amiſſam (ſicuti poteſt) recuperaret. Confirmat elegantèr S. Zeno Serm. de Circumc. *Indè eſt*, dicit, *quòd, & ego æternam vitam me poſſidere contendo: quia ſpecialiter annexam curam mortis mihi à Deo præſtitam recognoſco.* Verſ.17

Annexa mortis memoria immortalis negotiatur.

35 Quare Deus comminando Adamo mortem, pœnam Inferni non comminatus fuit? *Propterea*, inquit S. P. Auguſtinus in lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 23. *Comminatus Adamo Deus mortem, de ſecunda morte nihil dixit, quia occultam eſſe voluit propter diſpenſationem Teſtamenti noui, vbi ſecunda mors apertiſſimè declaratur, vt priùs iſta mors prima, quæ communis eſt omnibus proderetur ex illo veniſſe peccato, quod in vno commune factum eſt omnibus: mors verò ſecunda non vtique communis eſt omnibus, propter eos qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, quos ante præſciuit, & prædeſtinauit, ſicut ait Apoſtolus, conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus, quos à ſecunda morte per mediatorem, Dei gratia liberauit.* Verſ.17

Deus non comminatus in Veteri Teſtamento expreſſè pœnas inferni, & mortem æternam, & præſertim apud Prophetas.

36 Quare dicit S. Ambroſius *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, cum ſciamus, quòd antequam foret mulier, non errauerit Adam*: Si igitur *Viro culpæ auctor eſt mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta?* Confeſtim ſibimetipſi reſpondet Ambroſius lib. de paradiſo cap. 10. *Verum ſi conſideres quia Deo vniuerſitatis eſt cura, inuenies plùs placere Domino debuiſſe id, in quo eſſet cauſa vniuerſitatis, quam condemnandum fuiſſe illud, in quo eſſet cauſa peccati*. O quam benè! nonnè vides quam myſticè bonum aſſerit eſſe Euam producere, ſollerter hominum vniuerſitati prouidens: ex illa enim prima Eua, Eua ſecunda naſcitura erat, quæ humano generi plùs prodeſſet, quam prima mulier obfuit, dum incentiuum peccati extitit. Hìc ergò agnoſce, quantum Dilectæ Deo, optimæ Matri hominum vniuerſitas debeat. Verſ.18

Benè fuit producere Euam peccati cauſã, ne Vniuerſitas B. Virgine Maria careat.

37 Quare dixit Deus *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium?* Quia deerat nobis aduocatus apud filium, & quaſi non ſufficeret iſte interceſſor pro nobis apud Patrem in Cœlo, fuit factum *adiutorium ſimile ſibi*, ſcilicet, B. Virgo MARIA ad intercedendum pro toto genere humano. Sic meditatus Richardus de S. Laurentio lib. 2. de laud. B. MARIÆ *Deerat nobis Aduocatus apud Filium, antequam Maria naſceretur, dixit autem Pater* (Gen. 2.) *Non eſt bonum* Ver.18.

Quaſi Generi humano ſatis nõ eſſet vnicus mediator; Virgo Maria apud filiũ Deum mediatrix inauguratur.

eſſe

eſſe hominem ſolum, ideſt non ſufficit vnicus Aduocatus, aut Mediator, aut intereeſſor humani generis in Cælo, cum tot, & tam periculoſas habeat cauſas coram me. Faciamus ei adiutortum; ideſt Beatam Virginem, quæ alleget pro genere humano coram filio, ſicut filius coram me. Propter hoc dicitur de ipſa Pſal. 88. verſ. 38. Teſtis in Cælo fidelis.

Verſ.18 38 Quare dixit *Faciamus adiutorium ſimile ſibi?* Nè Genus humanum ad turpitudinem pronum illicito congreſſu miſerè deperiret, fecit ei adiutorium, ideſt iunxit ei mulierem in matrimonium, quo præſeruatum morte non pereat ſempiterna, ſed vita potiatur æterna. Præſtò eſt S. P. Auguſtinus vbi ſupra, *Vtriuſque Sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officium, ſit agris remedium.* Hinc S. Paulus 1. ad Corinth. cap. 7. verſ. 2. & 6. dixit: *Propter fornicationem autem, vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat &c. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum Imperium.*

Coniungit ad remedium infir. morum in futurum.

Verſ.19 39 Quare ſi Deus firmamento, terræ, homini, & ſoli, nec non lunæ nomina impoſuerat, ita & animantibus nomen non adiecit, adducendo illa ad Adam, vt videret, quid vocaret ea? Quia cum per animantia adumbrentur peccatores (Gloſa interl. in cap. 7. Leuitici) voluit ipſe Deus oſtendere hos carere nomine in conſpectu ſuo. *Peccatores*, ſcribit Rupertus ibidem *per animalia ſignificati carent nomine in conſpectu Dei.*

Peccatores ſunt bruta.

Carent nomine in conſpectu Dei.

Verſ.19 40 Quare, *adduxit*, igitur *ad Adam, vt videret quid vocaret ea?* Vt iſtæ beſtiæ, ideſt noſtri beſtiales animi appetitus dominarentur à nobis; nam ni reprimere illos in noſtro non foret dominio, Deus ad Adam non adduxiſſet; Vndè (inquit D. Ambroſius lib. 1. de Parad. cap. 11.) *Vide quod ille tibi tribuerit poteſtatem, vt de omnibus iudicare debeas; ſingulorum genera, iudicij tui ſobria definitione diſcernere; vocauit ad te omnia Deus, vt ſuprà omnia mentem tuam eſſe cognoſceres.*

In hominis poteſtate eſt frenare ſuas irrationabiles paſſiones.

Ver.19. 41 Quare Deus adduxit animantia cuncta terræ, & vniuerſa cœli volatilia ad Adam, *vt videret quid vocaret ea?* O magnum amoris exemplum! Itaque rerum artifex Deus fictricis prudentiæ gloriam cum Adamo partitur, vt nomina imponat quibus ipſe naturam indidit. Audi quam bellè, Seleucienſis Baſilius orat. 2. alloquentem Dominum cum Adamo portans omne luculentèr elucidat: *Eſto Adam nominum artifex, quando rerum eſſe non potes. Formentur à me, nominentur à te, quæ procreata: partiamur fictricis huius ſollertia gloriam: me cognoſcant Artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine: inde nomen, quibus ego aſſentiam: non appellationem euerto, non gratiam refingo: omne enim, quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius.*

Deus creationis gloriam cum ſuo Adamo partitur.

Amor Dei erga hominem.

Quia Adā non potuit eſſe rerum artifex, nominum rerum factorem eſſe fecit Deus.

42 Quare adduxit Deus animantia ad Adam *vt videret* corporali intuitu, qui animantia ſibi ſubiecta benè nouerat? nam vt dilucidè notat Caietanus in cap. 2. Geneſ. verſ. 19. *non ex corporali viſu noſſe poterat proprietates animalium, ſed intellectuali opus erat viſione*: ad rem Lippomanus in Caten. ibid. dicit, *vt explores ingenia, & ſtudia eorum.* Verſ.19

Non tamen quā viſus ſuperioris ſubditorum explorat ingenia.

43 Quare dicitur *ipſum eſt nomen eius*, & non ipſum fuit nomen eorum? Quia originale delictum non eualuit delere, aut alienare rerum nomina, licèt Creatoris facturam mutare potuit. Pulchrè ſuper hæc Geneſis verba Baſilius Seleucienſis orat. 2. *Non potuit vel ipſa tranſgreſſio nomina labefactare, neque legis violatio appellationes alienare.* Verſ.19

Primordialis culpa non potuit, delere, ſeù alienare nomina rerum.

Vocabula difficilè delentur.

44 Quare Adam cæteris animantibus nomen indidit, non ſibi? Quia Adam creatus ex nihili parte; ideſt ex limo terræ, quæ *credita fuit vacua intùs, & extrà*, inquit Caietanus ibidem in Gen. cap. 1. & quia nihilo terrenæ eſſentiæ commenſurari Adam debuerat, ideò nomen ſuum præterijt, quod non niſi à nihilo fuerat deducendum: Non ſic verò alia Animalia, quorum appellatio eſſentiam aliquam importat, ex qua nomen ſubſiſtit; ſicut nomen Leonis, per quod fortitudo importatur, adnata innititur potentia nomini: Nomen autem *Adam, Terram* importat. Sed terra non erat, quia nihil erat; vndenàm ergò eliciendum fuerat eius nomen, ſi cui niteretur appellatio iàm non erat? Quod ſi obijcis *Adam* vocatur *Homo*, quia humanitatem portat, expende ad meam confirmandam rationem, huius nominis nobile myſterium: Prima litera huius nominis *Homo* eſt *H*, aſpiratio quædam nihil valens, & nihil eſt: ſecunda, & vltima literæ ſunt duo O O; Gemini zeri abſque aliquo addito nihil ſunt; ſolum nunc reſtat in nomine Homo litera M, in qua Trinitatis Indiuiduæ myſterium adumbratum rectè cognoſcitur: quia in hac litera tres ſunt lineæ inter ſe diſtinctæ per vnam ſuperiorem vnitæ ΠΙ, quæ totam formant literam: ſic ergò in Trinitate tres ſunt Perſonæ diſtinctæ, in vnitate eſſentię coniunctæ, quæ vnum conſtituunt Deum, & Dominum: Audi quam bellè hanc rationem Carthagena in homil. tom. 3. confirmat: *Nec deſunt* (inquit ille) *qui propter eamdem rationem myſterium Trinitatis adumbrare dicant: ſicut enim in hac litera ΠΙ tres lineæ per vnam ſuperiorem vniuntur, quæ communis eſt illis, ità & tres Diuinæ Perſonæ in vnitate eſſentiæ illis communis conueniunt*: Tolle ergò in hoc nomine *Homo* Trinitatis adumbratum myſterium, quid reſtat? Nihil. Ver.19.

Adam non poſuit ſibi nomē quia vnde haberet, vt poneret non habuit, ſi Adam terram importat.

Terra vacua intùs & extra nihil eſt ergo nōn potuit, quia ex nihilo nihil fit.

Ex ſola virtute nomen promeretur.

Vox homo nihil importat.

In littera M myſterium Trinitatis adumbratū eſt.

Pulchrum exemplum de Triade Sanctiſſ.

45 Quare *immiſit Deus ſoporem in Adam*, vt indè ex latere eius ad efformandam mulierem coſtam auferret? Audiendus eſt Tertullianus lib. de Anima cap. 43. qui qua ſolet ingenij profunditate ita fatur: *Immiſit ergò dominus Deus ſoporem in Adam. Si enim,* Verſ.21

Somnus Adæ mortis Christi derituri in mortem fuit figura

inquit,

Fæmina de coſta Ada Eccleſia de Latere Chriſti.

inquit, *Adam de Chriſto figurabat, ſomnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria perindè lateris eius vera mater viuentium figuretur Eccleſia.*

Verſ.22 *De latere viri Vxor formatur, vt quiddã æqualis honoris cum ſubiectione præ ſe ferat.*

46 Quare de coſta formauit Deus mulierem? Reſpondet Gennadius apud Caten. Lippom. ibi. *Volens igitur Deus ampliori charitate virum vxori coniungere, fœminam è latere viri formauit, vt quidam æqualis honoris, vna tamen cum ſubiectione præ ſe ferret.*

Verſ.21 *Ne Adam negeret Deo coſtam vel de ipſa alter careretur, immiſit in eum ſoporem Dominus.*

47 Quare Deus *immiſit ſoporem in Adam*, dum voluit Euam formare? Quia cum Dominus creaſſet Adam, vt coſtam haberet, de qua ſociam ei formare poſſet; ſi priùs non immiſiſſet ſoporem in Adam, & vi coſtam ex eius latere abſtuliſset, preces perdidiſset valdè, & rationes, ſi eam æquo animo poſtulaſset: Proh inexpletæ auaritiæ ſordida humanitas! *Genus auarum*, iuſtè exclamat Oleaſter hìc in annot. moralibus in Geneſim. *Genus auarum, non ſinit ſibi auferri, etiam quod vtile ſibi eſt; quamobrem opus eſt ab eo ſurripere, quod ipſe negligit concedere; tam difficile eſt ab homine auferre, quod in eius cedit vtilitatem.*

Inſatiabilitas hominis auaritia.

Miſeri pauperes, qui ergò expectatis à filijs, ſi talis fuit Pater?

Verſ.21 *Inter vxorem, & Maritum debet eſſe dilectio chara.*

48 Quare Adamo dormienti potiùs quàm vigilanti erepta fuit coſta? Ne vigilans doloris ſenſu aliquo affectus in auferenda coſta, odium aduersùs coniugem ſuam Euam concepiſset; volens Deus quòd inter maritum, & vxorem ſumma fuiſset dilectio: Ità ſcribit S.P.N. Auguſtinus lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 26. *Etiam hinc ſatis ſignificatum eſt, quàm chara mariti, & vxoris debeat eſſe coniunctio.*

Verſ.22 *Mulier nõ Domina, non ſerua, ſed ſocia.*

49 Quare Eua formata fuit non ex capite, non ex pede, ſed ex coſta de latere? Quia dicit S. Thomas p.p. quæſt. 92. artic. 3. *Non ex capite, quia non domina; non ex pede, quia non ſerua; ſed ex coſta, & latere, quia ſocia: & ob ſacramenta, quæ de latere Chriſti fluxerunt.*

Verſ.22 *Adam ſolus fuit principiũ naſcendi.*

50 Quare ſi Adam formatus fuit ex limo terræ, etiam ſic Mulier non fuit facta? *Vt vna eademque radix, & naſcendi principium eſſet omnibus hominibus ipſe Adam*, dicit Moſes Bar-cepha in Comment. de Parad. p.p.

Verſ.22 *Fæmina debet eſſe viro obſequioſa. Eſt infirmior homine. Fæmina abſquè viro non poteſt ſe ſuſtentare.*

51 Quare de ſiniſtra parte, & non de dextera formata Eua? Vt ſit viro obſequioſa, eiuſque imperio obtemperans; & vt ſciatur infirmioris eam naturæ eſſe. Nam, ſcribit Bar-cepha, vbi ſupra *Siniſtrum latus dextro imbecillius eſt: neque enim ſeſe poteſt abſquè dextri auxilio ſubregere, vt neque fæmina ſe abſquè viro ſuſtentare valet. Et verò ſiniſtrum arguere imbecillitatem, vel ipſa animantium natura monſtrat; quorum omnium ſiniſtra pars imbecillior eſt quam dextra.*

Verſ.22 *In formatione Euæ ex coſta, & latere ſignificabatur Eccleſia de latere Chriſti, & eiuſdem lateris vulnus.*

52 Quare de coſta, & de latere ſiniſtro? Quia voluit ſignificare myſterium perfoſſi lateris Chriſti Dom. Noſtri in cruce, ex quo profluxit ſanguis, & aqua, vt hac renaſcerentur fideles per Baptiſmum, illo verò expiarentur. *Ideò enim lancea Domini Noſtri latus pertuſum eſt, vt lueret, expiaretque fæmina illius ſcelus, quæ ex latere viri per coſtam fuerat enata.* Sic habet Moſes Bar-cepha vbi ſuprà.

53 Quare *Adamum de limo terræ Dominus formauit, Euam de coſta* Adami? Vt Reges, Principes, Prælati, & Superiores edoceret, ità ſubditorum bona illorum cordibus affutura, vt non modò illos impenſo proſequantur affectu, verùm, & è proprijs quodammodò coſtis, quæ profutura ſubditis nouerint, prodiga liberalitate deducant: ſic rectè fatur Syneſius orat. de Regno *Qui feliciſſimam fortunam, Dei beneficio eſt adeptus, cuique in prima ætate, magni Regis appellationem conceſſit, eum, nullum, non laborem perferre oportet, & omni vitæ commoditate ſeparari, & ſomni parciſſimi ſollicitudinem, aut plurimarum eſſe participem, ſi quis, Regis nomen, non immerito ſibi vellet obtinere. Audiant Prælati, & exequantur.* Verſ.22

Reges, Principes, Prælati, & ſuperiores velut de coſtis proprijs extrahant ſubditorum ſubſidia. Charitas ſuperioris in ſubditos exercenda, etiam cum ſuo magno incommodo.

54 Quare Adam non dixit, vt coniugem ſe nouit Euæ, *Nunc anima mea de anima mea*, vt dixit *Nunc os de oſſibus meis*? Quia Religioſiores, & excellentiores ſunt mentis, quam corporum copulæ, & præſtantiora ſunt virtutum, quàm corporum coniugia. Dubium eſt Origenis homil. 1. in Exodum qui dicit; fatur *Adam hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, nec tamen addidit & anima de anima mea, Quia, quæ de terra ſunt, ſua eſſe profitetur; non audet verò ſua dicere, quæ ſcit non eſſe de terra.* Aduocandus tamen eſt in rem præſentem D. Ambroſius lib. de Parad. cap. 11. qui de Sopore Adam hæc meditatur: *Quis eſt iſte ſopor? niſi quia paulisper ad coniugium copulandum cum intendimus, velut intentos oculos ad Dei Regnum, inclinare, atque inflectere videmur ad quemdam ſomnum iſtius Mundi, & paulisper obdormire diuinis, dùm in ſæcularibus, mundaniſque requieſcimus.* Verſ.23

Meliora ſunt virtutum quã corporum coniugia.

Iuſtitia, & Veritas ſimul laudanda.

Qui cogitat de Matrimonio dormire ad diuina videtur.

55 Quare Deus hominem fecit de puluere, Euam vero de homine? Quia Deus præuidens ſe incarnandum ex fæmineo ſexu, ad illum honorandum fæminam de Adamo, non de puluere fecit. Elegantèr habet Dionyſius Carthuſianus. *Deus honorauit in hoc ſexum fæmineum, &c. quia ipſe Creator Omnipotens prauidit ſe ex ſexu illo incarnandum.* Verſ.22

Deus honorauit ſexũ fæmineum quia de fæmina incarnandus erat. B. Maria Gloria.

56 Quare poſt Adamum Eua, & non cum Adamo efformatur? & quare ſopor irruit in Adam, vt ex eius coſta formetur mulier? Quia abalienari à Senſu, & mente Adamus debuit, vt nuptias pateretur; niſi altè ſopitus, & profundè, vxorium non ſubijſſet iugum, quod forsàn ſi plenè vigilaſſet prudens reſpuiſſet. O Magnum huius dormitionis Myſterium! *Immiſit ergo* (dicit Rauennas mirabilis Eloquentia ſerm. 58. *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet, &c. Soporatus eſt Adam; vt de viro Virgo ſumeretur.* O quam bellè, & Verſ.21 22. & 23.

com-

Modeſtia oculorum habenda, & præcipuè vbi ſunt mulieres.

compendioſè myſteria fatur! nempè dormiuit Adam, vt cæcus ſit ad illius viſionem, quæ prorſus Virgo debuit efformari. *Sopitus eſt Adam vt è viro virgo ſumeretur*. Dormiuit Adam, quia ſi antè nuptias mulieris formationem videret oculis, non prorſus virgo mulier formaretur; nam denudata puella, planè publicatur: *tota iam virgo ſibi non eſt: alia eſt facta*. Ideò dixit Iob cap. 31, verſ. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine*. Ergo dum mulier formatur, profundè ſopitus eſt Adam, & oculorum ſuſpenditur incurſus, ne denudata oculis proſtitueretur.

Adam ſopitus eſt vt è viro virgo ſumeretur.

Verſ.24 57 Quare dicitur *Relinquet homo patrem, & matrem ſuam?* Reſpondet, Audi, Hugo Victorinus in Annot. in Geneſim. *Quid eſt autem, inquit quod dicit relinquet? Nec dicendam, quod relinquat habitatione, aut omninò dilectione, ſed priuilegio dilectionis, quod ad vxorem transferre debet: ſed etiam relinquat ſubiectione, & tutela.*

Quod minus diligitur relinqui dicitur. Coniux diligitur priuilegiatè. Subiectio amorem impedit.

Verſ.25 58 Quare de Adamo, & Eua, dicitur quod *Erat vterque nudus?* quia in ipſis figurabatur Incarnatio Chriſti cum eius coniuge Eccleſia; & quia Deus Verbum qui erat ab initio nudus, & incompoſitus, à Deo, erat componendus, & induendus pelliceam noſtræ carnis tunicam, caro factus, & habitans in nobis, ideò Deus Adam hominem (ſecundum Adami prototypum) nudum condidit, & eius coniugem Mulierem, imaginem Eccleſiæ ipſo rurſus indutæ: *Nam quicumque* (inquit) *In Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*: Et ideò dicit Scriptura *Erat autem vterque nudus*, Adam ſcilicet, & Vxor eius, *Et non erubeſcebant*.

Adam, & Eua, tam nudi, quã veſtiti quid ſignificarent.

Conſule S. Anaſtaſium Synaitam lib. 10. in Hexam.

59 Quare Adamo, & Eua creatis non dixit Deus, ſicut alias, *bonum eſſe quod feciſſet?* Quia, reſpondet Moſes Bar-cepha, Epiſc. Syr. in Coment. de Paradiſo parte p. *quia in Libertate arbitrij poſiti erant, vt aut boni, aut non boni eſſent*.

Libertas arbitrij.

60 Quare Adamus prius oſſis proprietatem, quam formæ pulchritudinem allaudarit in Eua? Quia in ſponſa, & muliere quod primum placere debet, eſt occulti oſſis natura, non corporis elegantia, aut vultus forma, os enim corporis ſemper abditis innutritum, & oculis creaturarum incognitum, carne tegitur, cute velatur, & cum aliæ partes obijciantur obtutibus, os nunquam patet aſpectibus; aut quidem ſi aliquandò patet, & corpori periculum imminet. Sic mulier, dum oſſis imitatur ingenium, & fælicitatis eſt ſulcrum: Verùm ſi in publicum prodeat, ſi ſecretum auerſetur ſi oculis pateat, iam corporis ſtructura labaſcit, & oſſis firmitas perit. Eleganter hoc totum confirmat S. Baſilius Seleucus in orat. 2. dicens, *Concordiæ; & continentiæ magiſtra talis molitio: Vni viro vnicam adſocians vxorem continentiæ ſubindicat legem: de latere verò mulierem deſponſans, iubet à viro mulierem foueri, ac tegi: fouetur enim ſimul, ac tegitur à manu ſubiecta coſta: mulieris quoque ſubiectionem ſilentio teſtatam facit: illa enim cogitans quo ex loco ſit afficta, voluntatem ad obſequelam flectat, vt coſta cooptetur illiuſque vice foueatur*. Dum aptatur vt coſta, à viro fouetur, & quia abſcondita plus amatur.

Verſ.23

Mulier debet eſſe, vt os corporis.

In fœmina eſt laudabilior quòd ſit ab alijs ſegregata quod ſit pra alijs venuſtior.

Sponſa, quia abſcondita plus ideò à viro diligitur.

CAPVT III.
GENESIS.

Verſ. SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus
1. Deus: Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi?
2. Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur.
3. De fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.
4. Dixit autem ſerpens ad mulierem: * Nequaquam morte moriemini.
5. Scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.
6. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & * comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.
7. Et aperti ſunt oculi amborum: cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.
8. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.
9. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?
10. Qui ait: Vocem tuam Domine audiui in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.
11. Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?
12. Dixitque Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.
13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem; Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me, & comedi.
14. Et ait Dominus Deus ad ſerpentem; Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ; ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.
15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.
16. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, * & ipſe dominabitur tui.
17. Adæ verò dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.
18. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.
19. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.
20. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.
21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.
22. Et ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.
23. Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt.
24. Eiecitque Adam; & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ. 1. §. 1. S*Ed, & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ* : non principalitèr, ſed inſtrumentalitèr, virtute Dæmonis. Sed cum non ſit mea mens in hoc opere, agendi ex profeſſo quæſtiones de rebus, de quibus variæ natæ videntur opiniones : curram hic, etiam fælici (velit Deus) calamo, hanc de Serpente, vtrum eſſet, vel non; Dicam verò cum SS. Parente Auguſtino Verum Serpentem fuiſſe; ſic ſeribit S. P. N. in lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 27. & in libro 14. de Ciuit. Dei cap: 11. *Diabolus in ſerpente locutus eſt, vtens eo velut organo, mouenſque eius naturam eo modo quomodò verè ille mouere, & moueri illa potuit ad exprimendos verborum ſonos, & ſigna corporalia, per quæ mulier ſuadentis intelligeret voluntatem.*

Serpēs terreſtris Paradiſi fuit verus ſerpens.

Verſ. 2. 2 *Erat Callidior* ideſt (dicit SS. Parens Eccleſiæ Doctor Auguſtinus lib. 11. de Gen. ad literam cap. 29. quidquid contra velint dicere Alphonſus Toſtatus in quæſt. 438. ſup. cap. 13. Gen. & Benedictus Pererius de lapſu hominis quæſt. 1. num. 22. Simplices Theologi, & non Eccleſiæ Sanctæ Lumina, & Doctores) *Aſtutiſſimus omnium Beſtiarum dictus eſt ſerpens propter aſtutiam diaboli, qui in illo, & de illo agebat dolum: quemadmodum dicitur prudens, vel aſtuta lingua, quam prudens, vel aſtutus mouet ad aliquid prudentèr, aſtutèque ſuadendum.*

Verſ. 3. 3 *Qui dixit ad Mulierem* : ideſt mouendo Dæmon ipſe linguam Serpentis. Sìc ergò, dicit S. Pater Auguſtinus ibidem vbi ſuprà *Locutus eſt ſerpens homini, ſicut aſina, in qua ſedebat Balaam, locuta eſt homini* (Numer. cap. 22. Verſ. 28.) *niſi quod illud fuit opus diabolicum, hoc Angelicum. Habent enim quædam boni, & mali Angeli opera ſimilia, ſicut Moyſes, & Magi Pharaonis* (Exod. cap. 7. & ſeq.) *Verùm in his etiam boni Angeli potentiores ſunt, nec mali Angeli etiam talium operum quicquam poſſunt, niſi quod per bonos Angelos permiſerit Deus*. Hactenus S. Pater Auguſtinus.

Verſ. 4. 4 *Ad mulierem*: quia mulier faciliùs viro decipi poteſt, S. Ambroſ. in lib. de Parad. cap. 12. impreſs. Parig. lit. M. col. mihi 160. *Sexus prodit, qui priùs potuerit errare.*

Mulier faciliùs Viro decipitur.

5 *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi*: ideſt ſi eſtis in ſtatu Innocentiæ cur dedit Deus vobis tale præceptum? Vos eſtis liberi, & omnibus lignis ſuperiores, quare ergo, &c. *Videtur enim verò* (inquit Moſes Bar-cepha in parte p. Comment. de Parad.) *In ipſo ſermonis initio, ideò verba ſua ad multas arbores extendiſſe, vt occaſionem ſibi compararet in progreſſu vnam illam vetitam arborem calumniandi.*

6 *Cui reſpondit mulier* : hìc obſerua cum SS. Patre Auguſtino de Gen. ad lit. cap. 30. lib. 11. impreſ. Baſil. pag. mihi 688. *Quòd priùs interrogauit Serpens, & reſpondit hæc mulier, vt præuaricatio eſſet inexcuſabilis, neque vllo modo dici poſſet id, quod præceperat Deus, oblitam fuiſſe mulierem.* Verſ. 2.

7 *De fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo, veſcimur*, ideſt quaſi putans ſerpentem dixiſſe vetita omnia ligna paradiſi ad veſcendum, reſpondit mulier, verba Dei peruertens *De fructu lignorum veſcimur*; & tamen dixit Deus Gen. cap. 2. verſ. 16. *Ex omni ligno paradiſi comede*; Hìnc Oleaſter in cap. 17. Gen. verſ. 15. erigit ſupercilium dicens: *Mirabilis artifex ſimulationum fæmina, neque ſolum verbo, ſed facto, nouit optimè mendacia componere!*

Mulier prona ad mendaciū.

8 *De fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus* : hìc meminit præcepti, & recenſet ea quæ includit: Verumtamen, dicit S. P. Auguſtinus lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 30. *euidentior eius tranſgreſſio eſt, cum memoria retinetur: & tanquam in illo Deus aſſiſtens, præſenſque contemnitur.* Verſ. 3.

Euidētior culpa redditur cum præceptum quod trāſgreditur in memoria habetur.

9 *Et ne tangeremus illud*: eccè apertum Euæ mendacium; addendo, quod Deus non dixerat.

10 *Ne fortè moriamur*, per *ly* fortè ſignificat ſe dubitare; hìc etiam mentita eſt dubiam mortem demonſtrans, aſſerente Auctore Vitæ *Morte morieris*, hoc enim dicebat (ſcribit Abulenſis quæſt. 4. in cap. 3. Geneſis lit. D.) *Quia per diſplicentiam mandati diuini deuenerat in dubitationem, vtrum Deus, ſecundum verba quæ prædixerat, mortem infligeret.*

11 *Dixit autem ſerpens ad mulierem*, ideſt diabolus per ſerpentem. Verſ. 4.

12 *Nequaquam morte moriemini*, ideſt ſimulat Deus mortem infligere, vt tali correpti timore ad ſciendum bonum, & malum non eleuemini, & ne eſu ligni vetiti euadatis ſicut Dij.

13 *Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo*: ideſt quocumque tempore, & hora comederitis ſcietis, quòd non moriemini: *Eò ſpectant verba, vt perſuadeat* (inquit Bar-cepha in p. p. commen. de Paradiſo lit. D. col. mihi 381. in Biblioth. Vet. PP. impreſs. Pariſ.) *Deum per inuidiam ea illis arbore interdixiſſe; nempè ne Dij fierent, qualis ipſe eſſet.* Verſ. 5.

14 *Et eritis ſicut Dij*: ideſt ſinè aliqua ſubiectione.

15 *Scientes bonum, & malum*, non ab alio inſtruente, ſed per voſ-metipſos.

Pulchritu do aliquãdo pericu loſa, ideo fugienda. Modeſtia neceſſaria in occaſionibus periculoſis.

Verſ.6. 16 *Vidit igitur Mulier quòd*: mâgis enim Eua fuit allecta pulchritudine cibi, quam ſuaſione diaboli: Deniquè, ſcribit S. Pater Auguſtinus vbi ſuprà pag. mihi 687. *Verbis non contenta ſerpentis conſiderauit lignum, viditque bonum ad eſcam, & decorum ad aſpectum: & non credens poſſe indè ſe mori: arbitror quod putauerit Deum alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe: ſi manducaueritis morte moriemini: atque ideò ſumpſit de fructu eius, & manducauit.*

Gula quãdo eſt peccatũ mortale.

17 Aduerte hìc cum Doctore Angelico in 2. 2. quæſt. 148. artic. 2. quòd Gula eſt peccatum mortale ſi ſumatur inordinatio ſecundum auerſionem ab vltimo fine, ideſt, vt ſit paratus facere contra Dei præceptum pro hac delectatione, vndè cum talis fuerit mens Euæ, ſequitur hoc peccatum etiam patraſſe.

18 *Deditque viro ſuo*, ideſt ipſum inducendo, vt comederet: *fortaſſis*, dicit S. P. Auguſtinus vbi ſuprà, *etiam cum Verbo ſuaſorio, quod ſcriptura tacens intelligendum relinquit*.

19 *Qui comedit*: ne ipſam contriſtaret, ſperando veniam à Deo.

Exemplũ malum ad culpam inducit.

20 Vel, vt dicit S. Pater Auguſtinus de Geneſi ad lit. vbi ſuprà. *An forte nec ſuaderi iam opus erat viro: quoniam illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.*

Verſ.7 21 *Et aperti ſunt oculi amborum*: ideſt ſtatim ſenſerunt rebellionem carnis: *Quomodò* (fatur S. Parens Auguſtinus vbi ſuprà cap. 31.) *Aperti ſunt oculi amborum, niſi ad inuicem concupiſcendum ad peccati pœnam carnis ipſius morte conceptam.*

22 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos*: ideſt diſcernebant inter bonum quod amiſerant, & malum in quod ceciderant, *ad hoc ergo aperti ſunt oculi ad quod anteà non patebant*, S. P. N. Auguſtinus vbi ſuprà.

23 *Conſuerunt folia ficus*; ideſt illius met arboris, cuius fructum comederunt: *Nam dicunt quidam Iudæi*, vt ſcribit Toſtatus ibid. quæſt. 11. lit. C. pag. mihi 37. impreſ. Venet. *Quod ideo conſuerunt folia ficus, quia arbor ſcientiæ boni, & mali, in qua peccauerant erat ficus.*

24 *Et fecerunt ſibi perizomata*: ideſt *ſuccinctoria*, vt vult S. P. *& operuerunt ex folijs illius eorum verenda.*

Deus in forma deitatis non poteſt videri oculis corporeis.

Verſ.8 25 *Et cum audiſſent vocem Domini Dei*; non Dei exiſtentis in forma Deitatis, ſed in aliqua ſimilitudine creata: nam vt dicit D. Thomas p.p. quæſt. 12. artic. 3. ſic etiam S. P. N. Auguſtinus de Gen. ad lit. cap. 33. Eſſentia diuina non poteſt videri oculis corporalibus, quia eſt incorporea, ſed oculo ſolo mentis, vel viſione imaginaria.

26 *Deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem*: ideſt *ad Veſperam*; inquit S. Pater *non niſi per creaturam viſibiliter factum eſt, nè ſubſtantia illa inuiſibilis, & vbiquè tota quæ eſt Patris, & Filij & Spiritus Sancti corporalibus eorum ſenſibus locali, & temporali motu apparuiſſe credatur.*

Verecundia propriè non eſt virtus.

27 *Abſcondit ſe Adam, &c.* ideſt occultauerunt ſe præ verecundia: quæ non fuit Virtus, cum eſſet timor de turpi actu S. Thomas 2. 2. quæſt. 144. artic. 1.

Cum Deus auertit intrinſecus faciem ſuã homo conturbatur.

28 *A facie Domini Dei in medio ligni paradiſi*: ideſt inter denſiſſimas Paradiſi arbores. quia dicit SS. Pater, & Doctor Auguſtinus lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 33. in fine *Cum Deus auertit intrinſecùs faciem ſuam fit homo conturbatus*. Canente Pſalmiſta Pſal. 29. verſ. 8. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.*

29 *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei vbi es?* ideſt non, in quo loco es, ſed in quo ſtatu: quia dicit S. Pater Auguſtinus lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 34. *Increpantis vox eſt, non ignorantis.* Ver.9.

30 *Qui ait: Vocem tuam audiui in Paradiſo: & timui eò quod nudus eſſem, & abſcondi me*: Hic dicit S. Patriarcha Auguſtinus ibidem *Satis probabile eſt ſolere Deum per creaturam tali actioni congruam in forma humana illis hominibus apparere, quos tamen numquam permiſit aduertere nuditatem ſuam, eorum intentionem in ſuperna ſuſtollens, niſi poſt peccatũ pudendum in membris motum pœnali membrorum lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt, vt ſolent affici homines ſub oculis hominum: & talis affectio de peccati pœna erat cum latere vellent, quem latere nihil poteſt, & ab eo carnem occultare qui cordis inſpectator eſt.* Verſ.10

In ſono Peccator dum Deum offendit, vel offendere vult, ſe celat a noſcente, ſi corpus tegit, Dei oculis, & corda, & corpora aperta eſſe.

31 *Cui dixit*: ideſt dicit S. P. N. Auguſtino ibidem cap. 35. *Dominus volens iam peccatores more iuſtitiæ interrogatos punire ampliùs quàm erat illa pœna de qua iam cogebantur erubeſcere.* Ver.11.

32 *Quis enim indicauit* (inquit) *tibi, quòd nudus eſſes*, niſi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? hìnc enim, Scribit S. Pater Auguſtinus ibidem *mors concepta propter Dei ſententiam, qui ſic fuerat comminatus fecit aduerti concupiſcentialiter membra: & ibi dicti ſunt aperti oculi: & ſecutum eſt quòd puderent.*

33 *Dixitque Adam*: ideſt, Reſpondit, numquid humiliter, *peccaui?* minimè, ſed. Verſ.12

Superbia in creatorẽ refert quid mali agit, ſibi autem quid boni.

34 *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi*: ideſt, excuſando ſe, & accuſando Deum, quòd ſibi dederit talem vxorem; quaſi ad hoc data ſit, vt non ipſa potiùs obediret Viro, & ambo Deo: *Quod ſi mendaciter*, inquit S. Pater ibidem cap. 35. *non vtiquè vtiliter: vt aduertamus quo morbo ſuperbia laborans homines hodiè, non niſi in Creatorem conantes referre, ſi quid egerint mali: tamen ſibi velint tribui, ſi quid egerint boni.*

35 *Et dixit Dominus Deus ad mulierem*: quia ſi ambo peccauerunt, ambo erant corrigendi. Verſ.13

36 *Quare hoc feciſti?* ſequitur Deus inquirere

Iudex non debet parte inaudita proferre ſententiā. Iudicium quomodo fieri debet.

rere peccantium cauſam; ſubtaxans futuros iudices, qui inaudita cauſa ſententiam proferunt. Hinc ſcribit S. Io. Chryſoſtomus homil. 30. *Vt per hoc erudiamur nunquàm temere frutres condemnaudos; neque auditu ſolo iudicandum, niſi pluribus argumentis certi reddamur.*

37 *Qua reſpondit, ſerpens decepit me, & comedi*: ideſt, quaſi cuius ſuaſio præcepto Dei debuerit anteponi: *Nec iſtu confitetur peccatum, ſed iu alterum refert impari ſexu, pari faſtu*, ità S.P.N. Auguſtinus vbi ſuprà.

Verſ.14 38 *Et ait Dominus ad ſerpentem, quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia*: Aduerte hic cum Sancto Patre Auguſtino de Gen. ad lit. lib. 11. cap. 36. *Proinde quod ſerpens cur hoc fecerit non eſt interrogatus: poteſt videri, quod non ipſe vtique id iu ſua natura, & voluntate fecerat: ſed diabolus de illo, & per illum, & in illo fuerat operatus, quia iam ex peccato impietatis, & ſuperbia ſua igni deſtinatus fuerat ſempiterno.*

39 *Maledictus es*, ideſt iam pœnā experiris. *Non autem*, dicit S. Pater Auguſtinus lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 17. *Nunc ea damnatio diaboli dicitur, qua vltimò iudicio reſeruatur. Pœna enim eius eſt, vt in poteſtate habeat eos, qui Dei præceptu contemnunt.*

40 *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vita tua: Hic in Verbis*, ſcribit S.P.N. Auguſtinus de Gen. ad lit. lib. 11. cap. 36. *Tentator ille deſcribitur qualis Generi humano futurus eſſet: quod genus humanum propagari tunc cœpit quando hæc in Diabolum eſt tamquam in ſerpente prolata ſententia.*

Ver.15. 41 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* ideſt, in actus nocendi mulieri ſemper erumpes.

42 *Inimicitias ponam inter te, & Mulierem*, non exiſtentem modò, ſed futuram, quæ erit MARIA.

43 *Et tu inſidiaberis calcaneo eius*: ideſt perfectiſſimis greſſibus ſuis.

Verſ.16 44 *Mulieri quoque dixit, multiplicabo ærumnas tuus, & conceptus tuos: in dolore paries: Refertur hæc pœna ad proprietatem literæ*, dicit S.P.N. Auguſtinus in Gen. ad lit. cap. 37.

Fœmina antè peccatum ſeruiebat homini per dilectionē: poſt peccatum verò ex debito pœna ſeruiuit.

45 *Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*: hic Aduerte cum Sancto Patriarcha ibidem, *quod mulier antè peccatum non aliter formata fuit, niſi, vt vir ei dominaretur; & ad eum ipſa ſeruiendo vteretur, ſed iſta ſeruitus erat intelligenda per charitatem, & dilectionem ſicuti* dixit Apoſtolus ad Galatas cap. 5. verſ. 13. *Per charitatem ſeruite inuicem: modo non natura, ſed culpa meruit habere maritum dominum; quod tamen niſi ſeruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa.*

Verſ.17 46 *Ada verò dixit Maledicta terra in opere tuo*: ideſt quia conſenſiſti mulieri tuæ, & mihi non obediſti, terra tibi euadet ſterilis & non dabit tibi ex ſe; ſed ex magno tui labore conuenientem fructum, vſquè dum viues tu, & viuent *Filij tui in ſempiternum.*

47 *Spinas, & tribulos, germinabit tibi*: ideſt Verſ.18
ſpinæ quæ paucæ, & ad ornatum anteà germinauerant de Terra; modò ſpiſſiſſimæ ad ſupplicium tuum prodeant.

48 *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*: Verſ.19
ideſt cum herbis terræ, quas comedes, dum propter peccatum *Comparaſti te iumentis inſipientibus, & ſimilis factus es illis* Pſal.48. verſ. 13. ſi vis veſci frumento, opus erit in tuo ſudore, arare terram, & vnco glebas dimouere aratro, & hoc vſquè dum morte præuentus puluis, quæ es, efficiaris. Hinc S. Pater Noſter Auguſtinus 11. lib. de Gen. ad lit. cap. 38. dicit *Hos eſſe in terra labores humani generis quis ignorat? Et qui non eſſent, ſi felicitas quæ in Paradiſo fuerat tenerent: non eſt vtique dubitandum: ac per hoc etiam propriè verba hæc primitus accipere, ne pigeat.*

Peccatum Adæ fuit ſuperbia.

49 Hinc obſerua cum Doctore Angelico: 2. 2. quæſt. 163. art. 2. quod Adam per ſuperbiam peroptauit diuinam ſimilitudinem non æquiparantiæ, ſed imitationis inordinatè ſupra ſuam menſuram quia voluit, per virtutem naturalem ſcire bonum, & malum ad agendum, vel quid ſibi futurum intelligere, ſcire ſupra ſuam naturam.

Peccatum Adæ grauius Euæ peccato ex circumſtātia perſonæ.

Illud autē Euæ grauius Adamo quantum ad ſpeciem ſuperbiæ.

Per peccatum mors.

Pœnæ ſecutæ ad peccatum.

50 Hoc peccatum Superbiæ Adami fuit cæteris grauius, inquit S. Thomas Ibidem artic. 3. non ſecundum ſuam ſpeciem, ſed ex circumſtantia perſonæ, & perfectionis ſtatus. Et ſic ſuum peccatum fuit grauius peccato Euæ, quia erat perfectior vir: Eua autem grauius peccauit, quantum ad ſpeciem ſuperbiæ, quia credidit Diabolo, & ſic voluit ſimilitudinem Dei per eſum ligni contra voluntatem Dei; licet tamen quantum ad genus, fuit æquale peccatum, quia vtrunque fuit ſuperbia: Per iſtud ergo peccatum mors data fuit in pœnam, ſicut, & omnes corporales defectus, & rebellio carnis ad ſpiritum; ſic etiam cōuenienter determinatæ fuerunt particulares pœnæ primorum Parentum in ſcriptura: Scilicet, Exilium à terreſtri paradiſo: Dolores partus, Subiectio ad virum. Sterilitas terræ, Anxietas laboris, & ſpinæ: Confuſio in anima, Rebellio rationis ad ſpiritum, Increpatio culpæ, & mortis comminatio, vide S. Thomam 2. 2. quæſt. 164. art. 1. S. Paulum ad Romanos cap. 5. verſ. 12. S. Thom. vbi ſupra art. 2.

51 *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Hena*: Verſ.20
Neque enim fruſtrà, dicit S. P. Auguſtinus, lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 38. *& ipſe Adam maiori quodam inſtinctu tunc vocauit nomen mulieris ſuæ vitam, ſubijciens etiam: Quoniam iſta eſt mater omnium Viuentium: Nam, & hæc non ſcriptoris narrantis, vel affirmantis, ſed ipſius primi hominis verba intelligenda ſunt: vt diceret, quoniam hæc eſt mater omnium viuentium, tanquam nominis à ſe impoſiti cauſam inferens cur eam vocauerit, HEVAM, ideſt VITAM.*

52 *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori* Verſ.21
eius Tunicas pelliceas, & induit eos: & hoc ſi-

gnificationis, *gratia factum eſt, ſed tamen factum: ſicut illa quæ ſignificationis gratia dicta ſunt, ſed tamen dicta ſunt*: Sic S. Pater Auguſtinus vbi ſuprà cap. 39.

53 *Tunicas pelliceas* in ſignum mortalitatis ſic Origenes homil. 6. in Leuit. *Talibus* (inquit) *oportebat indui peccatorem, pelliceis ſcilicet Tunicis, quæ eſſent mortalitatis, quã primo peccato acceperat, & fragilitatis eius, quæ ex carnis corruptione veniebat indicium.*

Verſ.22 54 *Et ait: ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum, & malum*: S. P. Auguſtinus vbi ſuprà cap. 39. *Verba enim ſunt hæc Dei non tam huic inſultantis, quàm cæteros, ne ità ſuperbiant deterrentis; propter quos iſta conſcripta ſunt.*

55 *Factus eſt*, inquit, *vnus ex nobis in cognoſcendo bonum, & malum. Quid aliud intelligendum niſi exemplum timoris incutiendi eſſe propoſitum, quo non ſolum non fuerit factus qualis fieri voluit, ſed nec illud quod factum fuerat conſeruauit*: inquit S. P. N. Auguſtinus ibidem. Sed etiam vide alium pulchrum ſenſum in lib. 2. de Geneſi contrà Manichæos cap. 22.

56 *Nunc ergo* (Supple) VIDE *Ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*: loquitur Deus ad Angelum, vt eiectum Adam de paradiſo non permittat ipſum ampliùs intrare ad accipiendum lignum vitæ ad prolongationem ipſius vitæ.

57 *Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo,* Verſ.23
vt operaretur Terram, de qua ſumptus eſt; ideſt vt experiretur pœnam ſibi datam in laborando Terram: *Et factum eſt*, inquit S. P. N. Auguſtinus lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 40. *Vt contrà Paradiſum, quo beata vita etiam Spiritualiter ſignificatur, habitaret peccator vtiquè in miſeria.*

58 *Et eiecit Adam*]: ideſt factum fuit quòd Verſ.24
dixerat Deus.

59 *Et collocauit antè Paradiſum Voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque verſatilem*: ideſt dicit S. P. N. Auguſtinus vbi ſuprà, *vt per Angelicum miniſterium eſſet illic ignea quædam cuſtodia; & hoc per cæleſtes vtique poteſtates etiam in paradiſo viſibili factum eſſe credendum eſt.*

60 *Ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*: ideſt ne Adam potuiſset iterum ingredi ipſum Paradiſum.

ANNOTATIO
MORALIS.

Verſ.1 61 SEd, *& ſerpens erat Callidior*: oſtenditur Dæmon nimis callidus, vt contrà ipſum magnam adhibeamus cautelam in tentationibus ſuis: *Quis enim*, inquit Cæſarius Arelatenſis ſerm. de Tentationibus, *quis enim, vel cogitare, non dicam, verùm, nec numerare valeat dolos, & inſidias diaboli hoſtis antiqui, de quo ſcriptum eſt: Tibi nomina mille, mille nocendi artes*: quæ porrò artes? referat Gregorius 48. Moral. cap. 7. *priùs complexionem vniuſcuiuſque proſpicit Aduerſarius noſter, & tunc tentationis laqueos apponit.* Inſuper idem in hom. 12. in Ezech. lib. 8. Moral. cap. 14. *Rimatur debiliora, vt illa parte hominem aggrediatur, qua illum videt infirmum.*

Dæmon eſt ſerpens nimis callidus in tentando homines. Cautela ſeruanda in tentationibus.

62 *Qui dixit ad mulierem*; facillimè diabolus inducit homines ad peccandum mediantibus mulieribus: indè dixit S. Ambroſius ſerm. 115. in Pſal. 118. *Serpens enim ille callidus, & aſtutus, ad conſuetudas nequitiæ ſuæ artes, fœmineis magis illecebris, quàm ſuis compoſuit venenis. Itaquè fœmina, virum quem ſerpens tentare non eſt auſus, & reconciliatricula, nimatoria ſedulitatis affectione traduxit.*

Mulieres fugiendæ. Mulieribus vtitur dæmon ad tentandũ. Mulier facilis ad aſſentiendũ diabolo.

63 *Cur præcepit?* Vera obedientia non diſcurrit de præcepto. *Perfecta obedientia, maximè in incipiente*, inquit D. Bernardus, *eſt indiſcreta, ideſt non diſcernit quid, vel quale præcipiatur*. S. Bernardus hic, & alibi. Vide, etiam D. Antoninum 4. p. tit. 5. c. 11. §. 2.

Verus obediens non debet diſcurrere de præcepto.

64 *De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo* Verſ.2
veſcimur: Religioſus debet eſse contentus de cibis, quos ſuperior in menſa miniſtrat, nec ſęcularium, vel Principum dapes ſuſpirare: hinc Apoſtolus gentium perfectorum norma, Religioſorum Princeps, dicebat, 1. ad Corinth. cap. 4. verſ. 11. 14. & 16. *Vſquè in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus. Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Rogo ergò vos, imitatores mei eſtote.*

Religioſi ſint contenti de panpera menſa Religionis.

65 *De fructu vero ligni, quod eſt in medio Pa-* Verſ.3
radiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus: ſæcularibus vetitum eſt non ſolùm ſibi ipſis Euchariſtiam, fructum ligni, nempè Crucis, miniſtrare, ſed etiam tangere, quia dicit S. Thomas 3. p. quæſt. 82. art. 3. nullus debet tangere Euchariſtiam, niſi cadat in terram, vel alio caſu neceſſitatis.

66 Vel dic, lex quæ obſeruanda præcipitur à Deo cum omni reuerentia eſt accipienda, quia cum *in lege Domini ſit voluntas eius*, Pſal. 1. verſ. 2. non ſolùm adorandus eſt

Deus,

Deus, ſed etiam *ſcabellum pedum ſuorum*; non poteſt igitur adorari Deus, & voluntas eius, niſi lex obſeruetur: in lege autem Dei cor eſſe debet, ideò dicitur lignum vitæ in medio Paradiſi, & non Paradiſus in medio ligni vitæ: quia valdè diuerſum eſt habere legem in corde, & habere cor in lege: Quòd diſcrimen ſubtiliter agnoſcens Hugo Victorinus in pſal. 1. verſ. 2. ſic edisſerit, *Multi habent legem in corde, ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent qui cognoſcunt veritatem; cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui verò legem in corde habent, non cor in lege, hi portant legem, non portantur à lege: onerati ſunt, non adiuti; quia ſcientia, vbi non eſt charitas grauat, non allevat.*

Lex Dei non eſt habenda in corde, ſed cor habendum eſt in lege, & quare.

67 *Ne forte moriamur*: Quia licèt peccator timeat pœnam de peccato, nihilominùs multum præſumit de miſericordia Dei: in hac re autem audiendus eſt D. Hieronymus, qui in Pſal. 100. verſ. 1. exponens verſ. 1. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*, ſic fatur. *Audiant canticum miſericordiæ peccatores, qui de ſua ſalute deſperant: Audiant canticum iudicij contemptores, qui dicunt Miſericors eſt Dominus, peccemus indulgebit nobis.*

Nemo deſperet de ſua ſalute.

Præſumere de Miſericordia Dei, dum peccatur, peccaminoſum, hoc ſi vis ſcire de Præſumptione quando ſit vel non ſit peccatum conſule D. Thom. 2. 2. q. 130. art. 1.

Verſ.4

68 *Dixit autem ſerpens ad mulierem, nequaquam moriemini*: cum per ſerpentem intelligat S. P. Auguſtinus Epiſt. 121. & de verb. Dom. ſer. 29. peccatorem, & per mulierem fragiles ſignificentur: hinc habetur, quod fragiles malorum conſortio facilè peruertuntur, ergò malorum ſocietas fugienda, quæ, vt malum non agnoſcatur, animum ad malum perpetrandum præſtat ſuis blanditijs. Sic Melliſluus veritatem hanc referando loquitur Serm. de bona & mala Societ. cap. 2. art. 2. *Peruertunt autem peruerſi fragiles ſuis blanditijs, quibus tripliciter inquinant eos; primò inquinati corrumpunt fragiles, conuerſantes cum eis*, proindè Iſaias cap. 45. verſ. 14. admonet eos dicens, *Labor Ægypti, & conuentio Æthiopiæ, & Sabaim, viri ſublimes ad te tranſibunt; quaſi dicat, ſis cautus, quia aliàs te corrumpent in eiſdem.*

Serpens eſt homo malus idest peccator.

Fragiles, malorum conſortio facilè peruertuntur.

Societas malorum fugienda.

Verſ.5

69 *Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri*: quia Anima fidelis in quocumque die comedendo corpus Chriſti in Euchariſticis velatum ſpeciebus aperit internos oculos ad cognoſcendam communicationem gratiæ cæleſtis, & vitæ: Præſtò eſt D. Ambroſius cap. 9. lib. 10. ſuper Lucam, qui dicit *Vndè, & corpus Chriſti edimus, vt vitæ æternæ poſſimus eſſe participes. Non enim victus, & potus nobis præmij loco ſpondetur, & honoris, ſed communicatio gratiæ cæleſtis, & vitæ.*

Euchariſticus panis communicationem cæleſtis gloriæ præfigurat.

70 *Et eritis ſicut Dij*: ideſt, illi, qui mandata Dei cuſtodiunt, accipiunt promiſſionem euadendi filij Dei; ſicut ſcripſit Ioannes: cap. 1. verſ. 12. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius*: licèt dicat Incognitus in pſal. 81. *Hoc enim ſolis iuſtis dicitur, qui prædeſtinati ſunt ad Vitam.*

Qui cuſtodiunt mandata Dei euadunt filij Dei.

71 *Scientes bonum, & malum*: ideſt per gratiam Dei, quam habent, cognoſcunt homines bonum, & malum.

72 *Vel eritis ſicut Dij*; hic eſt Dæmonis mos, plura ſcilicèt, & magna hominibus, vt decipiat, promittere, ſed falſiſſima, immò etiam impoſſibilia: ſic bellè Hugo in cap. 4. S. Matthæi *largus eſt diabolus: promittit terram, quam mentitur habere in poteſtate ſua.*

Dæmon largus in verbis nihil reipſa largitur, quos in ſua gerit poteſtate.

Verſ.6

73 *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile*: efficaciores ad peccandum ſunt occaſiones, quam Verborum ſuaſiones: Iudas enim Patriarcha (Geneſis cap. 38. verſ. 14. 16.) licèt non ſemel locutus cum Thamar de ſponſalibus, numquam eum ipſa concubuit, ſed poſita ipſa in biuio itineris, quòd Thamnam ducebat, arrepta occaſione, licèt eam nón cognoſceret, cum ea coiuit: ergo *in occaſione peccandi apprehende fugam, ſi vis inuenire victoriam, nec tibi verecundum ſit fugere, ſi palmam deſideras obtinere*: Hæc habet S. P. Auguſtinus ſerm. 250. de tempore.

Efficacior ad peccandum occaſio, quam verborum ſuaſio.

In occaſione peccandi fuga neceſſaria.

74 *Et tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo qui comedit*: Mulier eſt multum potens ad ſui deſiderium inducendum hominem, vndè per ipſam facillimè impetrantur fauores: ſic etiam vnica Eſther pro toto Iudaico populo coram Rege Aſsuero gratiam inuenit. Quid ergò non recipiet homo, ſi preces ad Dei Matrem fuderit, vt ipſa à filio gratias obtineat? *Ad thronum igitur*, dicit S. Antoninus p. 4. tit. 15. cap. 14. §. 7. in verba Diui Pauli ad Hæbr. cap. 8. *eius ſcilicet Virginem MARIAM, in qua quieuit, accedamus cum fiducia (ait Apoſtolus) vt miſericordiam, & gratiam conſequamur in tempore opportuno.* Et Melliſluus ſubiungit Doctor ſerm. 28. in Cant. *Ad Mariam recurre; exaudietur enim ipſa pro reuerentia ſua: exaudiet vtiquè Matrem filius.*

Fœmina faciliter inducit hominem ad ſui deſiderium.

B. V. Maria potentiſſima ad obtinendas gratias à filio pro peccatoribus.

Verſ.7.

75 *Et aperti ſunt oculi amborum*: quia grauitas peccati, & eiuſdem magna calamitas, experiuntur patrato ipſo peccato: ſic filio aduenit prodigo tunc, quando *in ſe reuerſus dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* S. Lucas cap. 15. verſ. 17. Hinc S. Petrus Chryſologus ſerm. 1. de duobus filijs Prodigo, & Frugi Eccè, prædicat, *quid facit cupiditas ad cenſum præceps... Luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor apponitur: vt ibi vltrix pœna ſæuiat, vbi pœnalis reatus exarſerat.*

Grauitas peccati, & eius calamitas patrato peccato cognoſcuntur.

76 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos*: quia peccatum nudando hominem gratia Dei facit, vt iumentum, nudus incedat; dicitur ſe eſſe nudos, quia Deo neglecto, & eius mandatis perperam conculcatis Peccatores ſe contemptibiles faciunt, & ignobiles; vndè per Malachiam cap. 2. verſ. 9. dicitur *Dedi vos contemptibiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege*, & 1. Regum cap. 2. verſ. 30. *Qui autem contemnunt*

Peccata nudant homines gratia Dei.

Peccatores ignobiles, & contemptibiles.

temnunt

temnunt me erunt ignobiles.

Homo dũ peccat ſem per excuſas ſe de peccato.

77 *Conſuerant folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata* : ſtatim ac aliquis peccat, quærit ſe operire, ideſt excuſare de peccato: *Etiam in peccatis manifeſtis* dicit S. P.N. Auguſtinus 14. de Ciuit Dei cap. 14. *ſuffragium excuſationis inquiritur*: Hoc autem eſt conſuere folia ficus, quæ facilè ſiccantur, quia excuſatio euaneſcit, & veritas propalatur, nam ſcribit D. Bonauentura Serm. 4. in Hexameron *Super omnia enim præualet veritas.*

Veritas sẽper de mẽdacio triũphat.

Verſ. 8. 78 *Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem*: Nunquam Deus ceſſat vocare peccatores ad pænitentiam, propter hoc dixit Ieremias cap. 3. verſ. 14. *Conuertimini filij reuertentes*: Septuag. *filij Apoſtatæ*. Vatab. *filij rebelles*. Chald. *filij qui vos obfirmatis ne conuertamini*. Theodoret. *filij qui receſſitis*: Nota quod ſemper nomine filij vocantur peccatores. Et aptiùs S. Io. Chryſoſtomus homil: de Elia tom. 1. adducens ipſum Deum loquentem cum Elia de eius Zelo, inquit. *Tù autem valdè ſeuerus es, & peccatores ob zeli nimietatem ferre non vales; idcircò aſcende quaſi in Cœlum, vbi contubernales habeas Angelos, qui impeccabiles ſunt: ego autem in terra quaſi peregrinus aro cum peccatoribus, & non puniam eos* (ò magna miſericordia Domini!) *ſed reficiam, & dicam. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Deus nunquam ceſſat vocare peccatores.

Peccatores etiam filij Dei vocãtur.

Erga peccatores magna Dei miſericordia.

79 *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi*; Peccatores cum ſunt in conſpectu Dei in Eccleſijs debẽt corpore, & anima abſcondere ſe in humilitatis profundo, & peccatorum malitiam non abſcondere, & diminuere, ſed aggrauare; nõn minorare, ſed amplificare; non ad ambitionem excuſare, ſed ad veniam accuſare; nec non pectus tundere, vt latentem in pectore malitiam prodant: ò quam fæliciter pro noſtra, & omnium ſalute Parabola duorum hominum in templum aſcendentium, vt orarent, à Luca cap. 18. Verſ. 13. refertur. Vterque ſtat, orat vterque, Phariſæus ille, Publicanus alter, & in pari apparentia peccatorum, diſpar negotiatio in vtroque inuenitur: Stat vnus in legis obſeruantia inflatus; ſtat alter in legis abiectione demiſſus: Amborum vis ſcire finem? Reprobatur Phariſæus, opera Publicani eliguntur: Quare? *quia percutiebat pectus ſuum.* O quam benè nunc fatur S. Eccleſiæ Doctor Auguſtinus Serm. 8. de Verbis Dom. *Tundere autem pectus quid eſt, niſi arguere, quod latet in pectore, & euidenti pulſu occultum caſtigare peccatum?* Ergo vide quàm preſtò ſit Dei miſericordia peccatoribus, dum ipſi in humilitatis, & erubeſcentiæ profundo abſconditi ſua non celant ſcelera.

Peccatores in Eccleſijs debent abſcondere ſe in humilitatis profundo.

Dei Miſericordia preſtò eſt peccatoribus, dum ipſi ſua ſcelera non abſcondũt.

Verſ. 9 80 *Vocauitque Dominus Deus Adam*; Peccatores ſæpiſſimè voci Dei non reſpondent, habent cordis aures, in cuius oſtio ſtat pulſans Dominus, ſed *Vt non audiant*: inquit Paulus ad Romanos cap. 11. verſ. 8. *Vſquè in hodiernum diem.*

Deus vocat peccatores ad pænitentiam, & ipſi nolunt audire.

81 *Et dixit ei: vbi es?* quia iudex nunquam debet reum ſententiare, niſi priùs per interrogationes competentes informetur de delicto.

Iudex caut tus in ſententiando.

82 *Vel, dixit ei vbi es?* Peccator licèt ſit ouis perdita in via ſalutis, ſi tamen cum Pſalmiſta pſ. 118. & 176. interno cordis dolore dicit, *erraui ſicut ouis, quæ perijt: quære ſeruum tuum* poteſt redire ad viam: nam Deus ipſe ad inſtar ſolliciti paſtoris præuenièntis ſubſidio gratiæ vadit ad ouem deperditam vbi es? vbi es? quærendo eam, & gratiæ concomitantis ope, congregat in bracchio ſuo: roborante, ſeù confirmante gratia collocat in ſinu ſuo, eadem tandem ſubſequente ponit in humeros ſuos, nominatim vocat relatas in libro vitæ efficacis præſidio gratiæ: *conuocans omnes*, dicit, *congratulamini mihi quia inueni ouem meam, quæ perierat*. S. Lucas cap. 15. verſ. 9. Ergo benè concludit S. Ambroſius in pſal. 118. impreſſ. Pariſ. lit. C. col. mihi 362. tom. 2. *Qui errauit in via, poteſt redire in viam, reuocari poteſt in viam: & Pulchrè addidit; ſicut ouis quæ perierat, ſiquidem, non enim perit qui agnoſcit errorem.*

Quemodò Deus multiſfariè multiſque modis ſubſidio gratiæ ſtudet peccatori recuperando.

Quot formas Chriſt. cuſtodiuit, vt vnius animæ ſaluti ſtudens.

83 *Qui ait, vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quòd nudus eſſem*, omnis peccator ſi poſt patrata delicta vocem excitantis gratiæ audit, concitans ſe à ſomno peccati timet Dei vindictam, & à tali correptus timore incipit ſe cognoſcere ſpoliatum gratia Dei, & bonis denudatum operibus; Hinc dicit Eſaias cap. 26. verſ. 18. vti volunt expoſitores *à timore tuo Domine concepimus ſpiritum ſalutis.* Verſ.10

Peccator audiens vocem Dei conuerſionem incipit.

84 *Et abſcondi me:* quia, inquit S. Ioannes cap. 3. verſ. 20. *Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.*

Qui malè agit odit lucem.

85 Vel abſcondi me: quia *rectè*, ſcribit Rupertus Abb. lib. 3. in Geneſim cap. 12. *Quiſque in eo vitio dicitur abſconditus, quo delectatus, per confeſſionis ianuas nuſquam egreditur cubante cum illo deceptore ſuo diabolo.*

86 *Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes comediſti?* Quia ſæpè hæc Protoparentis ſcientia ſcientiam filiorum adumbrat magno ſapientiæ, & innocentiæ diſpendio; nam poſtquam doctus prodijt Adam nudus latuit, & bonus deſijt: hinc argutè dixit Rupertus Abbas ibidem cap. 15. referens Deum cum Adamo loquentem: *Hæc ipſa ſcientia qua nudum te eſſe perſpexiſti, culpa eſt, quia rapina eſt. Vndè enim tales tibi aperti ſunt oculi, quos, & concupiſcentia commoueret, & conſcientia reuerberaret, atque ità ferre non poſſent vt nudus incederes?* Verſ.11

Docti ſæpè qui ſunt boni deſinunt eſſe.

87 *Dixitque Adam; mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno, & comedi*; Peccator cum peccat quærit in alium refundere propriam Verſ.12

priam

Peccator cum peccat, ſua aliiſquam in Deum culpam refundit.

priam culpam: quia dicit S. P. N. Auguſtinus; lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 17. *Nihil eſt autem tam familiare peccantibus quam tribuere Deo velle vndecumque accuſantur.*

Malè compoſitis animus incompoſita verba.

Timor ex Tumore non ex humilitate aliquando.

88 *Dixit Adam, &c.* quia malè compoſitus animus habet incompoſita verba, quibus vel in fugitiuo timore ambitioſæ excuſationis tumida arrogantia translucet. Ità de hac re fatus eſt S. Gregorius in moralibus cap. 28. *Primus homo poſt culpam audacior extitit, dicens: mulier quam dediſti mihi, &c. Qui quidem per timorem ſe ipſum abſconſurus fugerat, ſed tamen requiſitus innotuit, quantum etiam timens tumebat. Cum enim ex peccato præſens pœna metuitur, & amiſſa Dei facies non amatur timor ex tumore eſt, non ex humilitate.*

Ver.15. 89 *Et dixit Dominus Deus ad mulierem, quare hoc feciſti?* Cum plures peccant Superior non vnum tantum, ſed omnes corrigere debet, quicumque ſint illi, & non ſe partialem oſtendere, nam dicit Ven. Beda in Prouerb. cap. 11. *Perſonam iudicis exuit, quiſquis amicum induerit, & qui aliter cauſam pauperis, aliter cauſam potentis, aliter ſodalis, & aliter audit ignoti, ſtatera vtique librat iniqua.*

Iudex non acceptator perſonarũ debet eſſe.

90 *Quæ reſpondit, ſerpens decepit me, & comedi*: propria crimina accuſantes miſericordiam Domini ſtatim experiuntur mitiorem, at verò ſi Dominus agit in peccatores diſtrictiùs arguit non in miſericordia, ſed in ira ſua; Sic eleganter ad rem ſcribit Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 15. *Eſt autem hæc regula diuinæ æquitatis, vt homo ſi iuſtificari velit, ideſt, ſi ſeipſum accuſet (iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui) tunc mitius, ac manſuetius agat cum illo miſericordia Dei. Si autem homine tardante, priorem Deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc diſtrictius arguat, atque corripiat non in manſuetudine atque miſericordia, ſed in furore, & in ira ſua.*

Qui ſe accuſat de peccato miſericordiam Dei agit indulgentem; ſecus verò iram Diuinam experitur.

Verſ.14 91 *Et ait Dominus ad ſerpentem: quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*: qui dat occaſionem peccati valdè puniendus eſt, eſt enim cauſa ſcandali quod maximè Deo diſplicet: & hoc ſcandalum actiuum ſemper eſt peccatum in eo qui ſcandalizat, quia dicit S. Thomas (2. 2. quæſt. 43. artic. 2.) opus habet ſpeciem peccati, & eſt dimittendum propter charitatem proſſimi. Ad fugiendum igitur occaſiones, & ſcandala hortatur Apoſtolus (p. ad Corinth. cap. 11. verſ. 1.) omnes dicens *imitatores mei eſtote*; ſuper quæ ſcribit S. Iſidorus Hiſpalenſis in cap. 6. Geneſis. *Secundum quippè genus noſtrum viuimus, quando in opere bono ſanctos viros quaſi proximos imitamur.* Intelligis? ad fugiendum prædicta, Vita ſanctorum imitandi.

Qui dat occaſionẽ peccati valdè puniendus. Scandalũ actiuum ſemper eſt peccatum.

Vita ſanctorum imitanda.

92 *Maledictus es inter omnia animantia*; Per peccatum incurritur ſtatim maledictio Dei quæ ſecum fert omnes ærumnas, quas quidem infeliciter experientur illi, qui in nouiſſimo audient die Dei maledictionem in verbis illis *Ite maledicti in ignem æternum*. S. Matthæus cap. 25. verſ. 41.

Maledictio Dei ærumnas omnes ſecum fert.

93 *Super pectus tuum gradieris*: O' digna ſuperbi hominis pœna! Eccè præpondera ſuperbe nimis homuncio. Qui alta ſuperbè petit, ima miſerrimè calcare inſperatè oportet. Audi Rupertum in lib. 3. in Geneſim cap. 18. *Igitur ſub nomine ſerpentis, quem inuaſit diabolus, ipſe percutitur, & qui per ſuperbiam ſuam ſimilem ſe altiſſimo fore putauit, propter malitiam ſuam infimæ creaturæ, quam ipſe vitiauit, indicatur fieri pœnaliter ſimilis.*

Cadit qui nimis altè aſpirat.

Diabolus in ſerpente punitur.

94 *Et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*: ideſt illi non quorum conuerſatio in cælis eſt, ſed terrena ſapiunt, ipſi ſemper prò cibo eadem terrena habent, & tali conſolantur infelici comeſtione.

Qui Terrena ſapit comedit terrena.

95 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ſignificatur* (ſic habet S. P. Auguſtinus in lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 18.) *Semine diaboli peruerſa ſuggeſtio: ſemine autem mulieris fructus boni operis, quo peruerſæ ſuggeſtioni reſiſtit; & ideò.* Verſ.15

Semen diaboli eſt peruerſa ſuggeſtio. Semen mulieris fructus boni operis.

96 *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: & ideò*, ſequitur S. P. *obſeruat ipſe plantam mulieris: vt ſi quandò illicita elabitur delectatio, tunc illam capiat: & illa obſeruat caput eius, & eum in ipſo, initio malæ ſuaſionis excludat.*

Vel: *inſidiaberis calcaneo eius*: quia valdè mulctatur Dæmon cum videt iuſtos elicere actus virtutum.

Beatiſſimæ Virgini MARIÆ applicat Rupertus Abbas in Gen. lib. 3. cap. 19. & de Eccleſia, Anaſtaſium Synaitam, vide in lib. 11. Hexam. fol. 270. lit. C.

97 *Mulieri quoque dixit: &c. Magnum Sacramentum* dicit S. P. Auguſtinus in lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 19. impreſs. Baſil. pag. mihi 311. *eſt huius ſententiæ: quod nulla abſtinentia fiat à voluntate carnali, quæ non habeat in exordio dolorem, donec in meliorem partem conſuetudo flectatur. Quod cum peruenerit quaſi natus eſt filius, ideſt ad bonum opus paratus eſt affectus per conſuetudinem bonam: Quæ conſuetudo, vt naſceretur cum dolore reluctatum eſt conſuetudini malæ: Nam eſt illud quod poſt partum dictum eſt.* Verſ.16

98 *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui: non ne*, ſequitur S. Doctor, *multæ ac propè omnes mulieres abſentibus viris ſuis pariunt: & poſt partum ſe ad illos non conuertunt? Quæ autem ſuperbæ ſunt mulieres, & dominantur viris; nunquid poſt partum carent hoc vitio, vt viri earum dominentur?* Hoc totum à S. Patre; ſed expende quod additur.

99 *Sub viri poteſtate eris; & ipſe dominabitur tui; ideſt illa pars animæ quæ carnalibus gaudijs tenetur cum aliquam malã conſuetudinem volens vincere paſſa fuerit difficultatem ac dolorem, atque ità pepererit conſuetudinem bonam, cautius iam, & diligentius rationi obtemperat tamquam viro; & ipſis tanquam erudita doloribus conuer-*

titur

titur ad rationem; & libenter ſeruit iubenti, ne iterum in aliquam pernicioſam conſuetudinem defluat.

Coniugiū malum verum ſub ſpecie boni depictum, mutua ſeruitus.

100 *Vel: ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*; inſpice qualis ſit coniugalis Vita, mutua durè ſeruitus eſt, calamitas deſiderabilis, & verum malum, boni ſpecie depictum: *Nam anteà*, inquit Oleaſter ibi in commentar. Liter. *multa poterat fœmina deſiderare cum effectu, abſque conſenſu viri; ſimiliter poterat huc illuc diſcurrere; ſed propter peccatum huiuſmodi libertas ei adempta eſt. Et in poteſtate viri eſt* modò omne deſiderium, & diſcurſum ſuum: & è contra de homine marito dixit Hieronymus(lib. 1. contra Iouinian. in verba Diui Pauli 1.Corinth.cap.7.v. 27. *Alligatus es vxori?*) ſic: *Qui vxorem habet, & debitor dicitur, & ſeruus vxoris; & (quod malorum ſeruorum eſt) alligatus.*

Domina ſeruitus Mariti ad Vxorem cui alligatur.

Verſ.17 101 *Ada verò dixit; quia audiſti vocem vxoris*, vſquè in finem huius verſiculi: Ne homines otio ſe dediſſent, & mortem animæ ſuæ æternam non timerent, hæc antedicta Adæ, & Poſteris eius inflixit Deus; benè hic meditatur Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 24. *Deus bonus ne malam mortem animæ ſuæ homo neſciret, & ſecurus vſquè ad vltimi iudicij diluculum in ſuis voluptatibus dormiret, morte carnis illum percellit, vt ſaltem eius inſtantis metu aliquis euigilet. Et interim quia Saturitas panis, & ocium, iſtam quoque poſſet abolere ſolicitudinem, voluit illum non ſinè laboribus, & ſudore vultus ſui veſci pane ſuo.*

Vtile eſt hominem laboribus exerceri.

Otium fugiendum continua operatio debet eſſe hominis vita.

Verſ.18 102 *Spinas, & tribulos germinabit tibi*; quia etiam homo iuſtus in hac vita dummodo eſt ſpinas patitur tentationum; habet enim ſpinas ſub ſe, circa ſe, & iuxtà ſe; habet ſub ſe ſpinas diuitiarum; vndè dicitur Lucæ cap. 8. verſ.7. *Semen cecidit inter ſpinas.* Habet circa ſe ſpinas falſorum fratruum; vndè Propheta Nahum cap. 1. verſ. 10. ex Verſione *Sicut ſpinæ complectentes ſe inuicem epulantes, & potantes ſimul confundentur.* Subditi enim contra Magiſtros ſuos ſeſe inuicem complectuntur, per conſpirationem. Habet iuxtà ſe ſpinas, ſcilicèt carnales voluptates vndè Dominus maledictioni huic Adamaticæ dixit cum operatus fueris terram, *non dabit tibi fructum ſuum ſed ſpinas, & tribulos germinabit tibi* iſtæ tres ſpinæ configuntur in corde hominis: hæ tres ſunt lanceæ quas Ioab fixit in corde Abſalon. Primò enim impedit diabolus ne fiat bonum: Secundò extinguit perpetratum: Tertiò ducit in obſtinationem.

Tres ſunt loci vbi ſtant tentationum ſpinæ circa hominem.

Spinæ tres, tres lanceas Abſalon ſignificans.

Verſ.19 19 *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptus es*; cum triplex ſit Panis nempè Hordaceus, Subcinericius, & Similagineus; debet ergò vnaquæque anima his tribus veſci panibus in ſudore ſuæ bonæ operationis. Primus panis dicitur conuertentium, ſecundus fortiter militantium, tertius in cæleſtibus delectantium: ergo ſi anima vult veſci, poſtquam propter delicta derelicta à gratia videtur; ſudet acquirendo panem conuerſionis per pęnitentiam, & inde panem perſeuerantiæ per propriam deiectionem, vt vltimò gaudeat de pane cæleſti, nempè de gloria æterna Dei, dicitur *in ſudore vultus tui, nam non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*. S. Paulus 2. Timoth. cap. 2. verſ. 5., & omnes iſti tres panes proprio acquiſiti ſudore myſticè deſignantur ab Apoſtolo iſtis Verbis: *bonum certamen certaui* eccè primus, nam ſi non pugnatur cum vitio non triumphatur de eo per pœnitentiam; *Curſum conſumaui* S. Paulus ibidem cap.4. verſ.7. & 8. eccè ſecundus, quia non poteſt dici curſum conſumaui niſi comite perſeuerantia: *fidem ſeruaui*. Eccè ſudor, quia ad cognoſcendam fidem opera adducuntur, quæ cum ſint propria proprio eliciuntur ſudore: *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddit mihi Dominus in illa die iuſtus iudex*: Eccè tertius in quo habetur corona gloriæ.

Triplex panis.

104 *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*: ideò, dicitur, *puluis es*, quia Deus formauit hominem de limo terræ, ſed quia diabolus deformauit eum limo culpæ, ideò dicitur homini, *& in puluerem reuerteris*; Quia Chriſtus reformauit in limo humilitatis ſuæ, vt limum mutaret in ſoliditatem, indè S. Paulus 1. ad Corinth. cap. 15. verſ. 53. *Corruptibile hoc induet incorruptionem*. Fimum, in iuſtitiæ ſanctitatem, inde *liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ* idem ad Romanos cap. 6. verſ. 18. Imum, inuidendæ maieſtatis ſublimitatem, indè, *ſuſcitans de puluere egenum, vt ſolium gloriæ teneat*: 1.Regum cap.2.verſ.8.

Deus formauit, Chriſtus reformauit, diabolus deformauit, & deformat.

105 *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quod mater eſſet cunctorum viuentium*: Verſ.20
Eccè noſtræ nimis elatæ conditionis mira ſuperbia! poſtquam dixit Deus Adæ *puluis es, & in puluerem reuerteris*, continuò, & ipſe præſumptor homo ſuperba æſtimatione nomen vitæ adinuenit, *& vocauit Eua, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium. Idem eſt ac ſi diceretur* ſcribit Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 26. *Sicut ſuperius dicente Deo, in quocumque die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, ſed comedit, quia mulierem, quæ prior comederat, non ſtatim corporaliter mortuam eſſe vidit: ſic, & nunc dicenti, donec reuertaris in Terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, adeò non credidit, vt è contrario vocaret nomen vxoris ſuæ Euam, ideſt, vitam, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium*: Diſcite ergò mortales, & quiſquis veſtrum puluerem, & cinerem ſe cognoſcens, ſub potenti manu Domini humiliatus cum Regio Vate(pſal. 43. verſ. 16. & 20.) dicat *Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me, quoniam humiliaſti in loco afflictionis, & cooperuit Vmbra mortis.*

Incredulitas hominū damnoſa aliquando

106 *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, &* Verſ.21

vxori

Miſeri hominis conformata, & ex globo ea Elogia.

vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: Non debet homo obliuiſci, ſed ſemper memoriam habere de propria miſeria: nam *quid eſt homo?* ad noſtram confuſionem Gentilis Seneca in Conſolat. ad Martiam ſcribit, & ſibi reſpondens ſequitur: *Imbecillum corpus, fragile, nudum, ſuaptè natura inerme, alienæ opis indigens, & ad omnem fortunæ contumeliam proiectum*: Meditare humana mens meditare tuum nihilum, & in hoc miſeriæ libro vitæ præcepta diſce.

Peccator humiliandus quia ſuperbus.

Verſ.22 107 *Et ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum, & malum*: Peccator humiliandus, quia ſuperbus, & propter hoc dictum eſt, Quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſed dictum eſt dicendus eſt ironicè; *& cur* dicit Rupertus vbi ſuprà cap. 28. *tali ironia irridendus eſt? Videlicet quia ſtultè, & ſuperbè fallaciſſimo diabolo credidit, dicenti, & eritis ſicut Dij.*

Vigilantia ſuperioris erga malos.

108 *Nunc ergo ne forte mittat &c.* Superior precipuè erga malos inuigilare debet. Nam dicit Innocentius diſtinct. 83. C. error. *Error cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cum non defenditur opprimitur; negligere quippè cum poſſis deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quam fouere; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori, cum poteſt, deſinit obuiare.*

109 *Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis*; Inobedientes non faciunt pro Verſ.23
Religione.

Religioſus eſt exul mundi, ſed hæres Paradiſi, & incola.

110 *Vel, emiſit eum dominus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt*: Nota *antitheſim*: Adamus per peccatum primæuum, factus eſt exul paradiſi, mundi incola: è contrario nunc Eremita, & Religioſus ſolitarius Solitudinis priuilegio factus eſt exul Mundi, & paradiſi hæres, ſeu incola; Nunc ad rem Baſilium, de laudibus Eremi, Sapientia æquè, ac Sanctitate Magnum audi; *O eremus Mundi perſequentis fælix effugium, laborantium quies, mærentium conſolatio, ab æſtu ſeculi refrigerium peccandi repudium, reclusio corporum, libertas animarum, Curia Cœleſtium Senatorum, vbi Victor Dæmonum, ſocius efficitur Angelorum* (ò quam benè nota quæ addit) *exul Mundi, hæres eſt paradiſi.*

Eremi nobile elogiũ.

Superior debet eſſe ſapiens, & charitatiuus Cherubin ſimilis.

111 *Et collocauit ante paradiſum voluptatis* Verſ.24
Cherubin, & flammeum, &c. Superior debet in Religione ſe gerere tanquam Cherubin cum gladio flammeo, ideſt debet eſſe multum ſapiens, & charitatiuus, & propter hoc in Regula ſcripſit S. P. N. Auguſtinus, & præcepit nobis Eremitanis ſuis Filijs. *Ipſe verò qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed Charitate ſeruiente fælicem.*

DVBIA SACRA
IN CAPVT III. GENESIS.

Spiritus malus non venit in forma columbæ ad Euam tentandam, quia in iſta forma venturus erat in mundum Spiritus Sanctus.

Ver.1. §. 1. QVare in ſerpentis non in columbæ forma Dæmon Euam ſeducit? Quia de columba Spiritus Sanctus formam veniendo in mundo aſſumere volens, non permiſit Spiritum malum à columba ſeductionis miniſteriale munus accepiſſe, nè poſtea humanæ ſuſpicionis temeritas ſuſpectum haberet Spiritum Sanctum ſi columbæ ſpeciem accepiſſet. Qua ſuper re rectè loquitur Hugo de S. Victore apud Tilmannum in cap. 3. Gen. verſ. 1. dicens, *Venit, ad hominem in ſerpente callidus hoſtis, quia fortaſſe ſi permiſſus fuiſſet, in forma Columbæ venire maluiſſet; Sed hoc vas ſibi Spiritus Sanctus reſeruauit; quia profectò dignum non erat, vt Spiritus malignus formam odioſam faceret, in qua poſtmodum eidem Spiritus Sanctus apparere debuiſſet.* O bona boni Spiritus cautela!

An non diuina tentatio ad coronam?

Verſ.1 2 Quare permiſit Deus Protoparentes à ſerpente tentari? Quia formati, & relicti in eorum libero arbitrio, & adiecto eis mandato de pomo non guſtando permiſit vt tentarentur, vt ſi vellent, tentatio ad coronam gloriæ æternæ aquirendam deſeruiret. Procopius dubium qui ponit ſoluit dicendo in hunc Geneſis locum *Deus, qui per liberum arbitrium fortiter decertantibus coronam proponit, cum conſpexiſſet Diabolum obſeruare hominem, & inſtituiſſe, hunc, fraude, doloque; circumuenire, conceſſit vt hoc faceret*; vndè etiam dicit Eccleſ. cap. 2. veſ. 1. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem.*

Serui Domini Dei permiſſione tentantur.

Sæpè Dæmon quando tentat homines, de illo peccato quod intendit priùs non oſtendit tentationem, ſed ab alio; quo alio motiuo incepit.

Ver.1. 3 Quare Dæmon dixit mulieri cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradiſi, & non de ligno ſcientiæ boni, & mali, de quo datum fuerat præceptum? *Aſtutè* (reſpondit Caiet: inibi) *non proponit arborem vetitam, abſolutè, ſed per modum exceptionis ab omni arbore, vt ipſa exceptio ſuggeſta, diſplicentiam pareret in animo mulieris.*

Noua mundi doctrina ſita ſunt diaboli Nouitas demonis amica.

Vel dic quia nouam introducere voluit in mundo doctrinam; *Quia nouitas multum placet Diabolo.*

4 Quare Serpentis induſtriam miniſterialem mauult Dæmon ad mortem hominis pro-

Serpens mortē hominis procurat quia de hominis morte ſerpens naſcitur.

procurandam, magis quam alterius animalis? Quia mors hominis ſerpenti vtilis eſt: Eleganter prefata verba exponens Rupertus Abbas lib. 3. in Geneſim cap. 17. ſcribit. *Dicit Pythagoras de medulla hominis mortui, quæ in ſpina eſt, ſerpentem creari. Quod ſi creditur, meritò euenit, vt ſicut per ſerpentem mors hominis, ità, & hominis morte ſerpens naſcatur:* Ecce ergo *de hominis morte ſerpens naſcitur*, ideò per ſerpentem mortem procurat hominis (cape Myſterium) mortuo homine per gratiam, anima ſtatim ſerpens euadit plena veneno peccatorum.

Homo peccans anima ſit ſerpens.

Ver. 1. 5 Quare ſerpens tentauit Euam, & non Adamum? Quia mulier extrà paradiſum curioſitatis nota vagata erat. Rupertus Abbas vbi ſuprà cap. 2. hæc loquitur. *Libera nobis relinquitur facultas aſſerendi, quod non ſerpens in Paradiſo fuerit, ſed mulier corpore, & oculis vaga, dum incontinenter deambulat, fortè proſpectans, qualis extrà Paradiſum Mundus haberetur, & ſerpens vtpotè aſtutus, dulcedini terræ propiùs, vel ambitioſius innititur, locus datus eſt, & occaſio porrecta vnde tentaret:* Si hæc curioſitas mala intulit, ecquis curioſitatis compendium quærat? *Audite inſulæ*, cum Eſaiæ metaphora loquar, cap. 49. verſ. 1. *audite Inſulæ, & attendite populi de longè*, vos, inquam, Religioſi, qui longè ſtatis à mundo in mundo ne vagemini, ſi ab immundo ſerpente veſtræ munditiei, & candoris ſtolæ criminum venenatis maculis, vt deturpentur, non cupitis.

Mulier homines otio, dis per curioſitatem.

Religioſus vagus ſæper tentatus, & in periculo ſtat Deum offendendi.

Fœmina fugitnda.

Verſ. 1 6 Quare Dæmon ad expugnandos primos Parentes ſerpentis linguam adhibuit, & non Leonis, aut cuiuſuis alterius animalis? Quia viderat inuidus Lucifer in Adamo, & Eua, & agnouerat ad ſeſe defendendos validum in Trinitate prœſidium; Trinitati ergo, trinitatem opponit, trifariam diuiſam ſerpentis linguam aſſumens, vt linguæ vnitatem, vnitati naturæ, triſulcamque linguam perſonarum opponeret Trinitati; ſic etiam triplici ictu incautos aggreditur, parentes vt doloſo victoriaret inuento: Nonnè legis in huius capituli exordio tria tentationum lethifera ſpicula? Audi: primum: *Nequaquam morte moriemini.* Secundum: *ſcit Deus quod in quocumque die comederetis ex eo aperientur oculi veſtri.* Tertium nunc lege: *& eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum*: Omne ſupradictum eleganter confirmat Leontius apud Photij Biblioth: *Hanc ad opem ſumpſit inuidus, tamquam contra Trinitatem pugnaturus, & per vnam Adami imaginem totam deitatem calumnians: vndè ille parens, rebellis eſt Deo: per ſimiles res accipit doctrinam, vt ab hoc reprehenſus, ſerpenti meritò indignetur, inimicitiam perpetuò cum illo gerens.*

Quia in Adamo Trinitatis imago erat ad ſuum ſubſidiū, vt non caderet, ideò dæmon linguam trifariam ſerpentis aſſumit vt præcipitaret.

Verſ. 2 7 Quare reſpondit Eua *De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur* in plurali, non autem, *veſcor* in ſingulari, ſi ſerpens cum ſola loquebatur muliere? quia fœmina tam garrula eſt, vt omnia quæ ſcit palam in diſcurſo loquatur; Eua enim de Adamo nil aliud ſciebat, niſi illud comediſſe ſimul fructus lignorum, quæ erant in Paradiſo; & hoc totum quod ſciebat, vnicæ interrogationi, totum ſerpenti dixit. Hinc bellè ſcripſit Valerius. *Quis mulieris garrulitati aliquid committit, quæ illud ſolum poteſt tacere, quod neſcit?*

Mulier id ſolum tacet, quod neſcit.

8 Quare Eua adiunxit ad præceptum Ver. 3.
Dei de non comedendo pomo vetito verbum illud *ne Tangeremus* cum hoc non dixiſſet Deus, *ſed ſolam ne comedas?* quia fæmina etiam ſub prætextu ſanctitatis ſimulatæ ſe contegere ſolet: Iam Euæ voluntas de pomo comedendo venerat, ſed hanc excuſat voluntatem ſub forma virtutis, & *ne tangeremus*: benè ergò dicit Oleaſter in Exod. cap. 34. de fœmina: *fœminarum genus non licet hinc indè diſcurrere, etiam pietatis, ac Religionis prætextu. Amat hoc genus exire; amat hinc indè diſcurrere, & quia à viris ſuis ſæpè arcentur; cauſam religionis, aut pietatis mentiuntur.*

Fœmina prætextu ſimulatæ virtutis ſe ſolet contegere.

Mulieribus non licitum ſemper in feſtiuitatibus exire, & diſcurrere.

9 Vel dic, adiunxit, *ne tangeremus*, vt in- Verſ. 3.
telligat homo, quam periculoſus ſit mulieris manus tactus: Vndè Eſcobar in lib. 1. Comen. cap. 3. Gen. pag. mihi 54. doctiſſimè, & eleganter ſcripſit. *Quam periculosè tangis fœminæ manus, quæ curas exitiali non deperire incendio.*

Tactus manus mulieris periculoſus.

10 Quare dixit, *Dæmon nequaquam morie-* Verſ. 4.
mini ſcit enim Deus quod aperientur oculi veſtri & & 5.
eritis ſicut Dij? quia cum inuidus ipſe eſſet inuidum Deum facere voluit: Audi Rupertum Abbatem in lib. 3. Gen. cap. 6. *Verè*, inquit, *inuidus, præcepti Dei cauſam eſſe inuidiam, audet aſſerere: Quæ hac præſumptione nequiſſimi nebulonis ſceleratitas? quaſi parum fuerit, quod ſuperbiendo Dei ſimilitudinem perdidit, adhuc detrahendo ſimilem ſibi Deum aſſerere præſumit.*

Quiſquis eſt vnuſquiſque talem proximum eſſe putat Dæmonis inuidia.

11 Quare Eua dicitur *vidiſſe lignum quod* Ver. 6.
eſſet bonum ſi perſtringebat omnium compendium malorum? Quia anima iuſta omne quòd videt, etiam ſi malum ſit, bonum eſſe putat; ſic etiam econtrà Peccatrix anima omnia quæ videt, etiam ſi bona ſint, mala eſſe credit, *Prius quidem videbat*, ſpeculatur S. Baſilius Seleucus in orat. 3. de Adam) *Sed aſpectum expugnantrat affectibus, & propter puritatem; ratio in ſeruitutem minimè duci poteras: anima verò, paſſionum vinculis impedita, cum oculo, malum communicauit: qualia nempè ſunt animæ conſilia, talis, & corporis motus.*

Homini recto omnia videntur eſſe bona, ſecùs animæ peccatrici. Paſſio immoderata perturbat mentem ne verum diſcernat.

12 Quare Eua non dedit integrum fru- Verſ. 6
ctum Adamo, ſed partem illius *quem comedit*, cùm poſſet integrum alium de arbore auellere, aut quem præ manibus habebat dimidiare? *Quia*, eleganter Mellifluus ſerm: 59. in Cant. reſpondit, *Quia amor proprietatem annuit, ſocietatem non reſpuit.*

Amor proprietatem annuit ſocietatem nō reſpuit.

13 Quare cum Adam cognouiſſet ſe cum Verſ. 7

Eua

Alā fuit Idaa pro-pta pœni-tentia poſt patratum peccatum.

Eua nudum eſſe conſueuit folia ficus potiùs quam ex alijs arboribus, & fecit ſibi perizomata? Quia cum folia ficus ſint aſpera, illa potiùs quam alterius arboris accipere voluit, vt ab illo amictu rigidæ aſſumptæ pœnitentiæ diſcerent Poſteri peccatores non eſſe differendam pœnitentiam, & poſt patrata delicta fæſtinare ad lacrymas: bellè ſic meditatus eſt D. Irenæus qui lib. 3. aduersùs hæreſ. cap. 37. dicit. *Per ſuccinctorium, in facto, oſtendit pœnitentiam ſuum (Adam) folijs ficulneis ſe ipſum contegens, exiſtentibus, & alijs folijs multis, qua minùs corpus eius vexare potuiſſent; condignum tamen inobedientia fecit umictum, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum, quoniam indolem, & puerilem amiſerat ſenſum, & in cognitionem priorem venerat, fraenum continentia, ſibi, & vxori ſua circumdedit.*

Verſ. 7. 14 Quare Adam præ alijs folijs ficulneas frondes ſibi delegit ſtatim vt peccauit? quia folia ficus extra ſunt aſpera intùs verò lactem ſeruant: expende igitur pietatis myſterium. Permiſit Deus Peccatores parentes foliorum ficus ſibipſis Perizomata feciſſe, vt illo eodem tempore, quo aſperum iuſtitiæ ſuę exteriùs in mortis ſententia videbant remedium Redemptionis intus in lacte miſericordiæ cognoſcerent, ò Dei boni Pietas immenſa! benè ergo dixit Habacuc Propheta cap. 3. verſ. 2. *cum iratus fueris miſericordia recordaberis.*

Deus in illo momēto in quo flagella ſua iuſtitia cum peccatoribus debet exercere, ſua immēſa miſericordia effectus benigniſſimè oſtendit.

Verſ. 8 15 Quare Deus ad iudicandum Adamum venit non in feruore diei, ſed ad auram poſt meridiem? quia refrigeſcit charitas diuina ergà hominem dum ipſe peccat: ità ex S. P. Auguſtino collige dum ad fratres in Eremo ſer. 16. dicit: *An oſtēdere volens, quod ab amore peccatorum refrigeſcit, quia per peccatum in homine refrigeratus eſt amor creatoris?*

Amor diuinus deferuet ergà homines dum peccant.

Verſ. 8 16 Quare dicitur, deambulantis, non currentis, aut ſtantis? Quia Deus quando ſcelera punire debet, quaſi coatus à ſua iuſtitia, tardus venit ad ſua infligenda peccatoribus flagella; vndè Abulenſis in cap. 3. Geneſis quæſt. 14. lit. D. dixit, *Sic enim Deus ad puniendum peccatum primorum Parentum tardus veniebat, quia Deo, miſereri proprium eſt ſemper, & parcere.*

Deus tardus venit ad ſcelera caſtiganda.

Verſ. 8 17 Quare ſtatim ac peccauerunt Parentes acceſſit Deus? Quia differre noluit ad diem alteram medicinam, ſed tanquam medicus cæleſtis ad ſanandam infirmatam propter peccatum naturam, ſtatim adhibuit opportuna medicamenta. Nam dicit Tertullianus lib. 2. contra Marc. cap. 27. *nihil tum dignum Deo, quum ſalus hominis*. & ideò, *veluti medicus ad inualidum, & agrotantem, iacentemque, & indigentem cura, & medici munu, protinùs ad illum accedit*: vide etiam Diuum Ioannem Chriſoſtomum homil. 17. in Geneſim.

Homini per peccatum infirmo Deus ad diem alteram non differt medicinā nec gratia.

Verſ. 8 18 Quare Adam abſcondit ſe dum vocem Dei audit? Quia licet facies domini ſit plena miſericordiæ, vti dixit Vates Sacer Pſal. 79. verſ. 8. *oſtende faciem tuam, & ſalui erimus* vbi ſcribit Ambroſius in hunc locum Pſalmi *Aſpectus Dei, ſalus noſtra eſt, & atque in eius vultu, noſtrum eſt adiutorium*. Et vox eius ſit dulcis, ſicut ſponſa dixit, & propter hoc eam in auribus audire quærebat: *oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora*; Cantic. cap. 2. verſ. 14. Tamen peccatori videtur terribilis; indè dixit Pſalmiſta Pſal. 28. verſ. 8. *Vox Domini concutientis deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades*: hinc concludit Moſes Bar-cepha cap. 8. de Parad. Adam abſcondit ſe: *quia ſe illi repræſentat humana ſpecie formidabilem, turbidum, & difficilem, & quaſi peregrinum aduenientem.*

Facies Domini noſtra pietas noſtra ſalus eſt.

Vox Domini dulcis Anima ſancta.

Vox Dei Terribilis peccatori videtur.

19 Quare Adam abſcondit ſe à facie Domini Dei, ſimul cum Vxore ſua in medio ligni paradiſi, & non ſub alia arbore? Quia cum illud lignum Crucis Chriſti eſſet figura contremiſcentes parentes abſconderunt ſe ſub illo currentes, velut ad aſylum indubiæ ſaluationis. Sic bellè ratiocinatus Origenes homil. 4. in Geneſim *Impulſu enim quodam primos parentes, ad arborem, tanquam ad aſylum ſe contuliſſe putandum eſt, vt ſignificaretur iam tunc, vnicum perfugium peccatorum, quod ſubindè conſtitutum eſt in arbore Crucis.* Verſ. 8

Arbor Paradiſi Terreſtris Crucis figura fuit.

Ad aſylum Crucis peccatores cōfugere debeat ſi cupiunt à morte ſaluari æterna.

20 Quare lignum vetitum Deus in medio paradiſi collocauit? O magnus Dei amor! quia non ſolum Deus præceperat, ne comediſſent de eo, ſed vt illud ſeruarent parentes; & ne occaſionem haberent ad cadendum, abſtulit periculum proximum, & eam arborem in medio poſuit paradiſi, vt non viderent, ne videndo peccarent: quod acutè adnotauit Procopius, ib: dicens *Eam, in medio Paradiſi abſcondit, ne, dum frequenter eum cernerent, quaſi quibuſdam irritamentis illecti, in datam legem committerent.* Verſ. 8

Non ſolum fugiendū eſt à peccato, ſed etiā tollenda omnis occaſio peccati.

21 Quare cum oculis Domini omnia ſint aperta, nihil occulta, dixit Adamo vbi es? & vocauit? quia voluit oſtendere quòd per violatam abſtinentiam longiùs receſſerat ab eo Adam, qui propè illi, & coniunctus erat per ieiunium: eccinè quantum gula homines longiùs à Deo abſentat! Ergo benè ſcribit Porphyrius de Abſtin. Animal. *Non aliter Deo copulari poſſumus quam per puriſſimam abſtinentiam.* Verſ. 9

Gula abſentat homines à Deo.

Ieiunium Animam Deo propinquat, & cum Deo ipſa copulare dicitur.

22 Quare Deus qui vbiquè eſt immenſitate totus Vocauit Adam, & dixit ei: *vbi es?* quia preuaricator Adam extrà omnem locum erat: Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 14. peregregiè ſic luculenter ediſſerit *Rectèque dicitur illi, vbi es? quia videlicet mouet pedem ſuum, & in loco ſuo non eſt: Locus enim hominis Deus eſt extrà quem nuſquam benè eſt.* Inſpice modo peccator vbi tua te poſuit culpa: Si quæris, vbi? te non inuenies; vbi enim non habes, locum non tenes, quia qui Verſ. 9

Locus proprius hominis Deus eſt.

in Deo non eſt nullibi eſt.

Verſ.9 23 Quare dicit Deus Adam *Vbi es?* ſi Deus ignorare poteſt vbi ſit Adam? Rupertus ſupracitatus locum explicat de arcana quadam ignoratione, qua Deus dicitur ignorare peccatores præſertim damnatos, *Quia profectò poſtquam ſemel dixerit neſcio vos, neminem damnatorum cognoſcet Deus neminem perditorum requiret ampliùs*: Sed vide tamen Altiſſimi miſericordiam; ignorat peccatores Deus, ſed miſericorditer; nam ſequitur Rupertus *Hoc enim benignitas quærentis intendebat*.

Deus peccatores ignorat, & reprobos neſcit.

Deus neſcit peccatores, ſed miſericorditer.

Verſ.10 24 Quare Adam reſpondit Domino *Timui, eo quod nudus eſſem*, & non, eo quod offendi te Domine; peccaui? quia diſſimulantèr peccatum ſuum confitebatur, defendebat excuſationibus, & licet nudus eſſet nudam præcepti violationem propalare erubeſcebat. Ad rem currit Leontius tali acumine in ſermone de Creatione, & Lazaro apud Bibliothecam Photij *Camrem* (in perſona Adam loquitur) *cum tali reo habeas, non habeo cauſa dicendæ libertatem; ſuſcipe timorem, qui peccatum meum purget, & qui ſit patronus suæ iuſtitiæ. Vincere te oſtendi, fugias ſententiam tuam. Crimina fuga detexi; oſtendi errorem, defendi non poſſe*: ſed, Heù malum! à Protoparente didicerunt timorem peccatores, non delicti confeſſionem, potiuſque non agnoſcere ſe tales maluút, & excuſationibus crimina depingere, cupiunt, quam peccatores eſſe, mirum! eccinè redijt priſtina innocentia: Heù qualis innocentia! defendere vitia, & magis quam illa excutere, excuſare: ſic moraliſſimè, moralis Seneca ad Lucillum in epiſt. 117. ſcribit. *Vitia noſtra, quia amamus, defendimus; & malumus excuſare illa, quam excutere*: Vtinam, vtinam ergò torqueat Dei timor peccatores, qui confeſſionem extorqueat. Vtinam audiret veſtrum vnuſquiſque peccantium, quod vnicuique ſceleſto, inquit S. P. Auguſtinus in Pſal.49. referam ego vt vnus audiens omnes diſcant: *Aſcende* (ò Peccator) *tribunal mentis tuæ, eſto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat à te confeſſio, & dic Deo tuo: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*. Audiſti? fac.

Licet homo timore accuſet ſua crimina, tamen excuſatione timore exaggerat.

Adam fugiendo, & timendo diſſimulanter prævaricationē confitetur.

Dum amātur culpa, non accuſantur.

Timor Dei confeſſionis eſt cauſa.

Verſ.10 25 Quare Adam præuaricationem non confitetur dum Deus vocauit, & loco peccatum propalandi, nuditatem fatetur, abſconſionem dicit; *timui eo quod nudus eſſem, & abſcondi me*? quia Adam etiam vitium diligebat, deitatem ſuſpirabat, & dummodò nota dilectionis culpa proſequitur, ſemper abſcondita ſtat conſcientia, oſtium oris clauſum, & delictorum confeſſio intercluditur. *Nam* (Rupertus lib. 3. in Geneſim cap. 12. eleganter confirmat) *quamdiu Peccator blandum amat vitium, tamdiù clauſus, & abſconditus animus preſſum tenet oris oſtium, & ad Deum vocantem non egreditur per ſimplicem confeſſionis occurſum*.

Peccatum qui diligit confeſſionē negligit.

26 Quare Deus vocauit Adam, quaſi vbi eſſet ignorans? *Quia* Reſpondet S. Gregorius Papa lib. 1. in Iob cap. 13. *tenebras erroris eius non approbat, quaſi vbi ſit peccator, ignorat*. Proh peccatoris miſera infelicitas! viuit in mundo ignoratus à Deo; & quomodò vocabitur viuens, quem vera vita ignorat? Verſ. 9.

Deus non approbat tenebras peccatorū.

27 Quare abſconderunt ſe parentes primæui dum vocem domini audierunt? Quia erant intrinſecus protectione diuina nudati, & à tali erubeſcentia magnoperè confuſi, & humiliati ſeſe abſcondere? *O quantū perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati*, (ſcribit eleganter S. Proſper. 2. de vita contempl.) *Sicut iſti, qui ſe abſconderūt à facie Domini, de ſua turpitudine, non de nuditate confuſi, qui non ideò erubeſcebant, quia veſte erant extrinſecùs nudati, ſed quia intrinſecùs protectione diuina nudi*. Verſ.10

Pudor peccati peccatores humiliat.

28 Quare dixit Adam eo quod nudus eſſem? quia indutus luce diuina veritatem ſimulare nequiuit; ambierat ipſe deitatem cuius cauſa fructum comederat exiſtimans cum tali eſse eſcam vniuerſorum, & omnia tamquam propria in ipſo, & per ipſum habere; ſed miſero intuitu oculos aperiens (vtinam nunquam tali pacto aperuiſset!) ſe nihil proprij habere videns, trepidans dixit præ confuſione *abſcondi me*, quia pauper, & nudus ſum: Audi quam clarè S. P. Auguſtinus in lib. 2. de Gen. contra Manichæos c. 16. rem totam verſat. *Nudus enim erat à ſimulatione, ſed veſtiebatur luce diuina; Vndè auerſus, & ad ſe ipſum conuerſus: quod ſignificat de illa arbore manducaſse nuditatem ſuam vidit: & diſplicuit ſibi ex eo, quod non habebat aliquid proprium*. Verſ.10 & 11.

Dum homo peccat nihil proprij habet omnia perdit.

Ex peccato paupertas oritur.

29 Quare Adam in ſociam refundit culpam, & non ſibi delictum adſtringit, dicens *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi*? Quia in auctorem vitæ culpam retorquere volebat, vt ſe excuſaret; *exceſsus ſui vitium*, Sic fatus S. Gregorius lib. 4. moral. cap. 23., *in Auctorem latenter retorquet, ac ſi diceret: Tù occaſionem delinquendi præbuiſti, qui mulierem dediſti*; Proh ſcelus nefandum, inexcogitata iniquitas! eſtnè quod didiciſti ſuperbæ vitis infecta propago? Iudex eſto: & vt iudicij cauſam non fraudas, Gregorium audi. *Hinc eſt quod huius erroris ramus in humano genere, & illa nunc vſque radice protrahitur, vt quod malè agitur, adhuc etiam defenditur*. Immò, & Saluianum lib. 8. de Gubernatione Dei lege. *A pluribus, noſtræ iniquitates, Deo aſcribuntur: & ne accuſabiles ipſi eſſe videantur, Deum accuſare præſumunt*. Verſ.12

Peccator incuſat Deum tamquam ſui ſceleris auctorem.

30 Quare Adam de ſcelere interrogatus dum ad confeſſionem ſui ſufficiebat ſolum verbum *Comedi*, antepoſuit *Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno*? Quia putabat cum tali defenſionis ſcuto ſe cuſtodire à telis diuinæ iuſtitiæ; At verò quia peccator dum ſe defendit, Deus condemnat; hinc Verſ.12

Peccator dum ſe defendit, Deus illū condemnat.

pro

pro eadem muliere, quam adduxit, damnatur ad mortem *quia audiſti vocem vxoris tuæ &c.* Vndè Rupertus Abbas in lib. 3. in Gen. cap. 15. dixit *Adam antequam diceret comedi, ſcutum defenſionis arripuit dicens, mulier dedit mihi, quaſi firmitatis, aut rationis haberet aliquid hæc defenſio.*

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Verſ.13 31 Quare Eua dixit *Serpens decepit me*, & non confeſſa fuit ſuum ſcelus? Quia ab Adamo didicerat *verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis*. Pſal 140. verſ. 4. Nec differt à mea opinione eruditiſſimus Eſcobar in hunc locum Gen. num. 4. pag. mihi 55. nam ſcribit. *Impietatem illam docta fuit à marito. Rarò vxores virorum mores non æmulantur.*

Vxor à marito, impietatem aſſolet edoceri. Rarò vxores virorũ mores non imitantur.

Verſ.14 32 Quare punitur ſerpens à Deo cum non ſit animal quod habeat liberum arbitriũ? *Illud fuit* dicit Thomas Anglic. qui dubium ponit *Ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ*: Et ratio eſt ſi cuncta propter hominem creata ſunt, etiam animalia plecti debent, quæ ad vtilitatem hominis peccantis producta ſunt.

Homo reus in animalibus plectitur, dum ipſa caſtigantur.

Hinc collige, ſi in ſacris ſcripturis legitur toties in bruta animalia deſæuiſſe Deum, ſicut in Leuitico cap.20. verſ. 15. Exod. cap. 19. verſ.21. & 18. Ioſue 6. 17.20. 24. & in primo Regum cap.15. v. 3. fuit, vel, vt erudiret hominem ad Dei flagella timenda, vel, vt ad pœnitentiam vocarent, ſeù, & ipſa plecterentur quæ ad vtilitatem peccatoris hominis deſeruiunt: Vide Theodoretum in Exodum cap.21. quæſt. 39. D. Thomam Aquin. 2.2. quæſt.105. art.2. ad 11. & Arnoldum. Igitur deduc ſi Deus tam ſæuit in bruta, quantò magis in hominem accingetur delinquentem? Satis benè pro ſuperiori dubio concludit Carthuſianus in Exod.cap.19.verſ.13. *Vt bruta puniantur ſecundùm quod expedit ad hominum inſtructionem, ac punitionem; ideò ſerpens ille taliter eſt punitus, ad hominum, & ſpecialiter protoplaſtorum informationem. Sic documentum edebatur mortalibus omnibus quanta Deus ira deſæuiret in impios.*

Deus in bruta deſæuit propter peccata hominum.

Verſ.14 33 Quare Deus ſerpenti malè dicendo dixit quia feciſti hoc, *maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*, cum iſtis creaturis nullum offendiculum intuliſſet ſerpens? Quia cum à ſerpente omnibus creaturis venenum ſcandali deriuauit ideò ab omnibus maledicendus erat. Ità D. Ambroſius *Maledictus tu ab omnibus pecoribus terræ; omnium enim communis inimicus eſt, qui fuit hoſtis bonorum, & prò his damnatur, quos adhuc non læſerat.*

Ad grauem peccatum alicuius ſcandali graue ſupplicium decernitur. Scandalũ eſt veluti venenum, & peſtis.

Verſ.14 34 Quare Deus dixit ſerpenti *ſuper pectus tuum gradieris?* Vt nos admoneret impoſterum ne decipiamur à dæmone, & videndo viſibilem ſerpentem reptantem inuiſibilis deceptoris recordaremur. Præſtò eſt Theodoretus *Organum enim deceptionis manifeſtum, manifeſtæ maledictioni ſubijcit, volens argumentum, & memoriam hominibus relinquere in ſerpente manifeſto, occulti, & inuiſibilis deceptoris, vt videntes, inſurgentem, aut reptantem, antiqui doli recordemur.*

Greſſus ſerpentis, antiquum dolũ nos admonet.

Verſ.14 35 Quare ſerpenti dictum fuit, *& terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*, & non fructus? *Vt, quia* (ſcribit Moyſes Bar-cepha in Coment. de Parad. p.1. mihi pag. 392. lit. A.) *in puluerem primos redegerat parentes, puluere veſceretur tota vita.*

Quale peccatum talis pœna.

Verſ.15 36 Quare vix peccauit Adam, diſſidium inter mulierem, & ſerpentem intimatum fuit? quia de ſemine mulieris naſciturus erat Chriſtus, *quem* ſcilicet *in carne venturum, Deum, hominemque deſignat Deus omnipotens, & clemens, denuncians ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxij capitis erectionem ſua virtute contereret?* ità habet S. Leo Papa 5. diſt. cap. cùm enixa.

Inimicitia ſerpentis, & mulieris, fuit figura de Chriſti cũ ſerpente infernali diſſidio.

Verſ.15 37 Quare mulier inimica ſerpenti? Vt ſicuti fæminea imbecillitas futilis eſt, & ad inimicitias gerendas infirma, ideò ſit magis penale ſerpentis audaciæ à ſuo proſtrato inimico proſterni; & vt cognoſcat præteritum imbecillem fuiſſe triumphum, ſi cum fraude vicerat: Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 19. præſcripta verba exponens ità ſcribit: *Ponam inimicitias inter te, & mulierem, profectò magnum gratiæ ſuæ opus promiſit, quod victorem Diabolum qui vicerat fraude, victa nunc mulier, vincere quandoque debeat fortitudine.*

Magis pœnale eſt ſerpenti proſterni ab inimico proſtrato. Qui fraude ſuperat imbecillè vincit.

Verſ.15 38 Quare dictum fuit ſerpenti, *& tu inſidiaberis calcaneo eius? Quia calcibus* (ſibi reſpondet Moſes Bar-cepha Epiſc. Syri in parte 1. Coment. de Parad. mihi pag. 392.) *ſuis, properarunt primi parentes ad arborem prohibitam; & ideò, Tù ſeminis ipſorum calces feries.*

Quemodo culpa, ſic, & pœna.

Ver. 15 39 Quare ſi ſerpens caput gerit contritum inſidiari alterius calcaneo poterit? Quia licet alij ſerpentes penitus eneruentur cum eorum caput pede premitur; non ità Callidus ſerpens, qui antæus ſuperbiæ tunc altius ſurgit per iſtam, qui paſſim cum iſta vicit, quamuis per alia vitia ipſum doloſum ſuperaueris, indè Eminentia Hugonis in Pſal. 17. admonet omnes dicens: *cauendum eſt vitium, quod de victoria ſurgit vitiorum.*

Dæmon per ſuperbiam vincit omnia. Ideò ſuper omnia altera, eſt fugiendo, ſi alia ſuperaueris vitia.

Verſ.16 40 Quare Deus, dixit ſerpenti, *& ipſa*, ideſt mulier; *conteret caput tuum?* Quia voluit docere mulieres, vt calcato infernali ſerpente ſibi ipſis victoriæ coronam imponerent; ſicuti D. Hieronymus ad Marcellam ſcribens inquit: *Calcato Diabolo coronam iam Securitatis accepit*, Sed quid inquam de noſtri temporis mulieribus? An ne forſan de conculcati ſerpentis veſtigijs coronantur? Me pudet, quid calamo ſcribendum currit: Tumidioris ornamenta laſciuiæ, non pedibus caput ſerpentis contritum, ſed de ſerpentijs ſpolijs eorum caput exornatum indicant? Currite nunc lacrymæ, luge ſæculum.

Mulieres de contrito ſerpente coronam accipere debent.

Lacrymabilis nimis ambitioſa fæminarũ laſciuia.

lum . Proh dolor ! ſic ſordet Tellus, ſic fœmina tumeſcit,ſic calſidus de muliere vincit ſerpens , quid nè ergo dicit triplicicter eloquentiæ Tullius ? Quid? vis ſcire? audi . *Aiunt , & de frontibus draconum gemmas erui . Hoc quoque deerat Chriſtianæ , vt de Serpente cultior fiat . Sic calcabit diaboli caput , dum de capite eius ceruicibus ſuis , aut ipſi capiti ornamenta ſtruit?* O quam benè ad talem fœminarum ſtultitiam , talis Tertulliani cachinnatio debebatur , quæ habetur in libro de habitu muliebri cap. 6.

Ver. 16 41 Quare mulieri triplex infligitur pœna ſcilicet , *Multiplicabo ærumnas tuas: In dolore paries : & ſub viri poteſtatem eris ?* Quia præſtò eſt Abbas Rupertus lib. 3. in Geneſim cap. 21. *Quantitas peccati triplo maior , quam in viro eſt : Vndè triplici peccato, triplex quoque vindicta , præter communem ſibi cum viro mortem reddita eſt .*

Ad pondus peccatorū currit pœnarum æqualitas.

Ver. 16 42 Quare mulieri dictum in dolore paries Filios? Quia Deus præuidendo,& ſciendo incontinentes futuros homines , & fœminas,dixit : *in dolores paries* , vt metu doloris libidinem temperarent . Quod his verbis eleganter notauit Primaſius in prima ad Corinth. cap. 7. *Sub maledicto ſe Eua ſubijcientes , quæ ideò in partu maledictionem accepit , quoniam ſciebat Deus incontinentes futuros homines,vt vel metu doloris à libidine temperarent.* Ergo Virginitas numquam ſatis eſt laudanda ; ſi præter partus dolores quibus non viuit ſubiecta , nec ſubditam maledictioni Euæ ſe cognoſcit.

Dolores partus ſæminis, inflicti vt à libidine renouarentur.

Virginitas numquam ſatis laudabilis.

Ver. 16 43 Quare Mulieri imperauit Deus , *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui?* Quia mulier voluit imperare Adamo tunc quando dedit de fructu , vt comederet vndè propter peccati talis ſuperbiam , nunc ipſa pœnam ſubiectionis luet . Occurit Rupertus Abbas ſup. 1. ad Timoth. cap. 2. verſ. 14. *Cogendo* , inquit de Eua , *potius quam ſeducendo , imperando magis quam aliquid fingendo hoc effecit,vt obediret vir ſuæ voci , pluſquam Dei .*

Fœmina ſub viri eſt imperio , quia ipſa priùs viro imperare voluit .

Verſ.17 44 Quare Deus, in ſententiando Adamo Terræ malè dicit non aquis? *Maledicta terra in opere tuo* . Quia de fructu terræ comedit homo non de aquis bibit ; & quia in aquis , & lacrymarum , & Baptiſmi redempturus erat homo peccator , ideò terræ non aquis maledicitur ; Alcuinus quæſt. 10. in Gen. qui dubium fecit , ſic ipſe eruditiſſimè reſpondet , *Quia de terræ fructu contrà interdictum manducauit homo , non de aquis bibit : Et quod prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum , quod de fructu terræ contraxit homo .*

Aqua non maledicta quia de ipſa baptiſmus formandus erat,& lacryma redemptrices.

Verſ.18 & 19. 45 Quare dictum fuit Adæ *Spinas , & tribulos germinabit tibi ; comedes herbam terræ . In ſudore vultus tui veſceris pane tuo ?* quia Deus contraria contrarijs curare voluit in Adamo . Ad dubium ſubtiliter Thomas Anglicanus in cap. 3. Gen. reſpondet *Quia de ligno vitæ guſtauit delitiosè , ideò debet viuere laboriosè .*

Contraria contrarijs curantur .

46 Quare dicitur *donec reuertaris in terram de qua ſumptus es : quia puluis es , & in puluerem reuerteris ?* quia licet homo de paradiſo eiectus videtur, tamen ad natale deportatus fuit , & vt homo Adam ad patriam reſtituatur ſuam, ideò diuinæ ſententiæ verba exilium ſonant : quòd perſpicaciter adnotauit Mellifluus Doctor Claræuallenſis ſerm. de S. Mart. *Quid cauſaris ò homo ? terra addictus es , factus es terra , vt ipſa tibi ſit patria quæ materia fuit .* Itaque Homo , & viuus, & mortuus ſemper eſt in propria patria. Ver.19.

Adam in duplici exilio bis patriam ſuā inuenit . Etiam infortunia aliquando ſunt felicis cauſa ſortis. Homo viuus , & mortuus ſemper eſt in propria patria.

47 Quare dicitur hominem in puluerem reuerſurum , *puluis es , & in puluerem reuerteris ?* Quia qui propriæ conditionis limites tranſcendere cupit , propriæ miſeriæ limites aduenire neceſsitatur . Sic commentatur Bar-cepha in p. par. Comment. de Paradiſo pag. mihi 394. dicens : *Sicut conditionem Adami , Deus , mirificè extulerat , dum ipſum crearet, vt quem ſe ad ſuam ipſius imaginem ſimilitudinemque fingere diceret , ità vt affectauit diuinitatem , pro fallacis ſerpentis conſilio , illam eamdem , ad terram vſquè deprimit , demoſtrans ex puluere conſtare .* Verſ.19

Superbire, & cadere ſynonima.

48 Quare Adam poſtquam audiuit ſe in puluerem reuerſurum *Vocauit nomen Vxoris ſuæ Heua* : quæ Vita interpretatur , (Heua Hebraicè dicitur חוה Chauua ; ideſt *Vita* à radice, חיה chaia , ideſt *Vixit*) vndènam, ſi mortem audit , vitam ſibi auſpicatur? Miranda cordis impænitentis duritia eſt . Mortem non minùs temporalem quam æternam Deum offendendo antè oculos habet , & ipſum ſpernens, illi minimè credens,æternum ſe putat in ſæculo , quando atomizatur anima ,& corpore in tempore mira cæcitas : *Quid ergò inſanius* , dicit de Adamo , ſed de omnibus intellige, Rupertus Abbas lib. 3.in Gen.cap.26. pag. mihi 62. *Quid ergo inſanius , quam in illo talis cauſæ iudicio illam nuncupare Euam , ideſt , vitam , quæ nec ſaltem habebat vitam, dicere matrem cunctorum viuentium eam, quæ potiùs mater eſt cunctorum morientium : Et hic ſi ritè perſpicias miranda cordis impænitentis duritia eſt , mira quoque carnis innititur ſuperbia .* Ver. 20

Cordis impænitentis duritia .

Peccatores ſe æternos in hac vita credūt.

49 Quare Deus veſtibus pelliceis induit protoparentes? quia cum illis mortem indixiſſet , vt ad mortem ſe prepararent in tunicis pelliceis mortis meditationem antè oculos poſuit , & proindè *velut morte quadam* dicit Epiphanius lib.2.hæreſ. aduerſus , hæreſ.68. *induit eos* ; ad rem non minùs eruditè quam eleganter fatur S.P.N. Auguſtinus in Pſal.103.cap.1. *Primi parentes noſtri , auctores peccati generis humani Adam , & Heua , facti mortales dimiſſi ſunt de paradiſo , vt , aut ſignificaretur ipſa mortalitas eorum , induti ſunt tunicis pelliceis ; de pellibus autem tunicas factas accepimus , pelles autem detrahi non ſolent niſi de* Verſ.21.

Preparatio ad mortem eſt mortis meditatio.

ani-

animalibus mortuis. Ergò pellium nomine mortalitas illa figur ata eſt.

Ver.22. 50 Quare ſi Adam dicit Pſalmiſta per peccatum comparauerat ſe iumentis, fatur Deus, *Quaſi vnus ex nobis eccè Adam factus eſt?* quia licèt per Vgonem de S. Victore hoc dixiſſet Deus ironicè tamen myſterium obſerua; Adam poſtquam indutus fuit pellicea tunica *factus eſt, quaſi vnus ex nobis ſciens bonum, & malum*, dixit Deus ironicè; vt nos de Deo incarnato dicere potuiſſemus verè, & realiter, eccè ſecundus Adam indutus pelle mortali *factus eſt quaſi vnus ex nobis ſciens reprobare malum, & eligere bonum* Eſaias cap.7.verſ.15. Audi quam eleganter elucidat rem Hugo de S. Victore apud Tilman. in cap.3. Gen. verſ.22. *Certè ſi ironicè diXitis: Quia homo factus eſt quaſi vnus ex nobis: nos de cætero dicemus tam fidenter, quam veraciter; quia Deus factus eſt quaſi vnus ex nobis. Dictum eſt illud in voce exprobrantis, & obloquentis; dicamus nos iſtud in voce exultationis, & confeſſionis. Quod igitur dictum eſt per ironiam de Adam primo, iam dicere poſſumus ex ſententia de Adam ſecundo: Eccè factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis ſciens bonum, & malum:* O qualis reformatio honoris fuit iſta! Penſa homo Dei pietatem, & dilige eum, qui tot, & tam bona benigniſſimè largitus eſt.

Quod ironicè dixit Deus verū fecit.

Amor Dei erga homin.

Ex Dei ſarcaſmo odi. ſcenda hominibus veritas eſt.

Ver. 22 51 Quare dicitur, *Eccè Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*, ſi verè, vt Deus factus non erat? Quia homo dum ſuprà ſe eſſe ambit, infrà ſe eſſe cæpit, benè ergo irridetur à Domino. Luculenter ſcribit S. Ambroſius lib. de Elia, & Ieiun. cap. 4. *Et ait Deus: Eccè Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, & ridens vtique Deus, non approbans dicit, hoc eſt: Putabas te ſimilem fore noſtri, qui voluiſti eſſe, quod non es deſijſti eſſe, quod eras: itaque dum ſuprà te affectas infrà te eſſe capiſti:* Eccè igitur qui per ambitionis ſcalam aſcendere putat per ipſius gradus profundiſſimè corruit.

Homo dum ſuprá ſe eſſe cupit infrà ſe eſſe incapit.

Deus riſit ad peccatū Adæ.

Verſ.22 52 Quare dicit Deus: *Nunc ergò ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum?* quia Deus videns peccatorem miſerum factum, pro ſcelere ne ſic miſer in æternum viuat ſua miſericordia ſtatim præbet remedium, vt de tali exeat miſeria. Collige quòd dicitur ex ingenio Ruperti Abbatis lib. 3. in Gen.cap.29. pagina mihi 63. qui de hac re ſcribit. *Vt quid hoc tantopere agendum eſt? Videlicet ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & hoc facto talis, tam miſer factus Adam viuat in æternum? Vtique nil niſi malum æternum, iam enim miſer factus, ſi æternus quoque ſit quid niſi miſeriam æternam habebit? Parcamus illi ne hoc modo malè ſit quaſi vnus ex nobis, ne ſicut quiſquè noſtrum æternus eſt........*

Deus miſericors nimis ergà peccatores.

Verſ.23 53 Quare nunc dicitur emiſiſſe Deus Adamum de paradiſo, & non ſtatim, ac peccauit? quia mora in paradiſo fuit noua pęna, qua poſt ſcelus commiſſum acerbè mulctaretur; nam conſcientia peccati delicias non ſinit eſſe delicias: Hinc Arnoldus Carnotenſis de opere ſex dierum bellè exaggerat malæ conſcientiæ domeſticum cruciamentum dicens: *Non ſtatim poſt præuaricationem eiectus eſt homo de paradiſo voluptatis; ſed conſcio ſceleris, nihil deliciæ paradiſi conferebant.* Conferunt quidem voluptates peccaturis vt peccent, nihil peccantibus conferunt, vt ouent.

Vermis eſt. ſcientia peccatoribus delicias abrodit.

54 Quare Deus *emiſit de paradiſo Adam*, & non permiſit, vt ſemper ibi moreretur, donec moreretur? quia ſi Adam ibi permanſiſset impænitens mortuus eſset, nam vbi ſunt deliciæ impoſſibilis eſt pænitentia, ideò *emiſit* vt pęnitentiam ageret, & citò ageret, quia non diù ſiſtendum eſt in peccato. Satis ad rem veniunt S. Ambroſius in cap.65. Eſaiæ, & S. Hieronymus lib. de pænit. cap. 11. inquit, ipſe: *Eiectus eſt de Paradiſo, vt in peccato poſitus, nedum ſua delicta cognoſcens, impænitentiæ morte moreretur.* Scribit alter: *Emiſit eum de paradiſo voluptatis non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit, vt ageret pænitentiam.* Verſ.23

Vbi deliciæ impoſſibilis pænitētia.

Non diù ſiſtendum eſt in peccato.

55 Quare eiecit de paradiſo? ne prætextu materialis vitæ ligni potiundi, pedem in locum inferat, in quo deliquit, & mortuus iacuit inde in hunc locum dixit Iſidorus, *licèt vetitum eſset lignum materialis vitæ; non autem ſpirituale, poſtumuſque manum porrigere ad arborem vitæ, ideſt Chriſtum, & viuere in æternum.* Verſ.24

Scinde prætextus eorum adeundi locū in quo ſemel peccauit.

56 Quare collocauit Cherubim antè paradiſum [illegible] cuſtodiret viam ligni vitæ? quia figurabatur dies iudicij vniuerſalis quo Dominus inſtruxit parentes, vt tali meditatione non peccarent; nam ſi peccarent, etiam illorum occulta Cherubim viſurus erat: nam ſcribit Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 32. *Rectè itaquè cherubim, non tam ad laudem ipſorum, quam ad terrorem noſtrum dicti ſunt, quia noſtra illis occulta publicanda ſunt.* Verſ.24

Peccatoribus in die iudicij verecundia tormentū acerbius erit, dum eorum ſcelerum Angeli conſcij erunt, & omnes.

57 Vel dic: cum S. Iſidoro Iſolano, figura fuit Cherubim Diui Ioſephi Virginis Sponſi, qui Seraphicè cuſtodiuit Paradiſum, ſcilicet Mariam: & lignum Vitæ nempè Chriſtum: Audi prædictum Doctorem in 3. parte cap. 22. *Memento Sacræ Seriem Geneſeos aſſerentem Deum poſuiſſe Cherubim, qui paradiſi terreſtris cuſtos foret, atque Seruator: Reminiſcere quoque Virginem Mariam Paradiſi typo ſignatam, & Chriſtum lignum eſſe vitæ, quod plantatum eſt ſecus Decurſus aquarum*(expende quæ ſubdit)*Porrò ſi iſthæc exploratæ creduntur veritatis, cur non Ioſeph cherubim aſſerendus eſt, qui, & Virginis Sanctiſſimæ, & Chriſti cuſtos à Deo immortali poſitus fuit.* Verſ.24

S. Ioſeph eſt Cherubinus cuſtos Paradiſi, quē ſeraphicè ipſum cuſtodiuit.

58 Quare dicitur datus flammeus gladius atque verſatilis? dicit Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 32. *Flammeus eſse dicitur,* Verſ.24

Iudicium Dei iudicium flāma ignis.

tur, quia renera iudicium domini indicium flamma ignis eſt iuxtà Apoſtolum 1. Corinth. cap. 3. *Dantis vindictam his qui malè egerunt:* Hic apud eumdem locum in Ruperto habes explicationem, & imaginem de figurato purgatorio: vide Rupert. vbi ſuprà.

Sutoria prima fuit ars in mūdo.

59 Quomodo Adamus, & Eua veſtes ſibi conſueuerint de folijs ficulneis? reſpondet Caietanus in cap. 3. Gen. verſ. 7. *Vtendo pediculis frondium pro acu, & filo confecerunt cincticulos.....Hinc habes primum opus artis ſutoriæ fuiſſe ſuere.*

60 Quomodò fecit Deus, aut ſumpſit, primorum Parentum veſtes? SS. Athanaſius, & Ephræm dicunt *Mactatis eas pecudibus detraxiſſe primos parentes atque concinnaſſe in veſtem Dei nutu.* Sic refert Moſes Bar-cepha in prima parte Comment. de Paradiſo pagina mihi 396. qui citat ſupradictos SS. Patres.

Quomodo Deus parentibus veſtes fecerit.



CAPVT

CAPVT IV.
GENESIS.

Vers. ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuam ; qua concepit & peperit Cain,
1. dicens : Poſſedi hominem per Deum.
2. Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain
agricola.
3. Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terra munera
Domino.
4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad
Abel, & ad munera eius.
5. Ad Cain verò, & ad munera illius, non reſpexit : iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit
vultus eius.
6. Dixitque Dominus ad eum : Quare iratus es ? & cur concidit facies tua ?
7. Nonne ſi benè egeris, recipies : ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit ? ſed ſub te
erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.
8. Dixique Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cùmque eßent in agro, conſurrexit
Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.
9. Et ait Dominus ad Cain. Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit ; Neſcio : Num cuſtos fratris
mei ſum ego?
10. Dixitque ad eum : Quid feciſti ? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.
11. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fra-
tri tui de manu tua.
12. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos : vagus, & profugus eris ſuper ter-
ram.
13. Dixitque Cain ad Dominum : Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.
14. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in ter-
ra : omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.
15. Dixitque ei Dominus ; Nequaquam ita fiet : ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punie-
tur. Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenißet
eum.
16. Egreßuſque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.
17. Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch : & ædificauit ciuita-
tem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch.
18. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Ma-
thuſael, genuit Lamech.
19. Qui accepit duas vxores nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.
20. Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum.
21. Et nomen fratris eius Iubal : ipſe fuit pater canentium cithara & organo.
22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.
Soror verò Tubalcain, Noema.
23. Dixitque Lamech vxoribus ſuis Ada & Sellæ : Audite vocem meam vxores Lamech, auſcul-
tate ſermonem meum ; quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuo-
rem meum.
24. Septuplum vltio dabitur de Cain ; de Lamech verò ſeptuagies ſepties.
25. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth,
dicens ; Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.
26. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos ; iſte cœpit inuocare nomen Domini.

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ.1. §. 1 ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuam: ideſt iam egreſſi à Paradiſo, & cognitione licita, quia erat verus Euæ maritus.

2 *Cognouit* (per carnis commiſtionem.) quæ res non eſt de eſſentia matrimonij dicit S. Thomas in ſupplem. quæſt. 42. artic. 4. ſed requiritur ad generationem prolis, pro qua datur facultas per matrimonium. Vndè dicit S. Hieronymus lib. 1. aduerſ. Iouinianum eleganter: *Nuptiæ terram replent, Virginitas Paradiſum*. Vide ergò quam ſit nobilior, & eccellentior caſtitas Virginalis præ coniugali bono.

Nupt. Terrã replent, virginitas Paradiſũ. Virgin. caſ. titas ante. pon. Coniugali bono.

3 Hic aduerte cum Doctore Angelico in ſupplem. quæſt. 41. artic. 3. 4. & quæſt. 42. art. 2. quod actus matrimonij eſt ex ſe licitus, etiam ſi ſit cum intenſa delectatione, & iſte actus eſt meritorius ſi cauſatur à iuſtitia, ideſt vt debitum reddatur: vel à Religione, vt proles ad cultum Dei procreetur; ſecùs verò eſt peccatum. Quod matrimonium vt ordinatur ad prolem fuit inſtitutum antè peccatum Adæ, ſed vt eſt remedium contrà peccatum, fuit inſtitutum poſt peccatum: Vt habet determinationem perſonarum fuit in tempore Moyſis: vt Chriſti, & Eccleſiæ myſterium repreſentat, fuit in noua lege; indè dicitur nouæ legis Sacramentum.

Actus matrim. ex ſe licitus. Actus matrim. quãdo eſt meri. Quãdo eſt peccatum. Matrimon. vt ordinatur ad prolem inſtitutum ante peccatũ: vt remedium contra peccatum poſt peccatum. Quare Sacramentũ matrimonij dicitur eſſe nouæ legis.

4 *Quæ concepit*: ideſt concurrendo materialiter.

5 *Et Peperit Cain*: ideſt, Poſſeſſio à radice קנה chana, ideſt poſſedit, indè dixit:

6 *Poſſedi hominem per Deum*; ideſt: donauit mihi Deus hominem. Ità S. Ioannes Chryſoſtomus ib. citatus etiam à Cornelio in cap. 4. in Gen. pagina mihi 85. lit. B. Euam adducens loquentem dicit *Non natura mihi puerum dedit, ſed Diuina gratia*.

Cain interpret. poſſeſſio. Filij ſunt dona Dei.

7 Vel *Poſſedi hominem per Deum*, ſupple, concurrentem, vt prima cauſa, nam dicit S. P. N. Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 9. *Cauſa itaque rerum quæ facit, nec fit, Deus eſt*.

Deus eſt cauſa verũ quæ facit nec fit.

Verſ.2. 8 *Rurſumque peperit fratrem eius*: ideſt, non gemellum, vt nonnulli putarunt, quia non dicitur *concepit*; ſed explicato partu, conceptus preſupponitur.

9 *Abel*: quaſi הבל Hebel, ideſt Abel, idem ſit quod Ebel אבל ideſt *luctus*, dicit Euſebius lib. 11. de præparat. cap. 4. eo quod ſua morte luctum parentibus afferendus erat. Vel, *Nihil hoc*, interpretatur, dicit Ioſeph Hebræus de antiquit. lib. 1. cap. 4. pag. mihi 4. eo quod erat præſagium, vanitatem huius mundi nihil eſſe, indicans.

Abel interpret. Luctus Nihil hoc, vel Vanitas.

10 *Fuit Abel paſtor ouium*: ideſt profeſſionem ordinariam antiquorum Patriarcharum ſubſequentium exercuit primus. Vide D. Ambroſium in tract. 1. de Cain, & Abele.

Abel princeps paſtorum, & primus in generatione iuſtorũ.

11 *Cain Agricola*: ideſt: *quærens cibos de cultura agrorum*, quia terra ad dandas fruges indigebat humana induſtria. Sic Oleaſter in cap. 4. Gen. quæſt. 3. lit. C. pag. mihi 47. & de Caino, & Abele dicit Rupertus Abbas lib. 3. in Gen. cap. 34. pag. mihi 60. *Ille*, nempè Cain, *primus in generatione iniquorum, iſte primus computatur in generatione iuſtorum*.

Cain ſecũdus orbis agricola primus in generatione iniquorum.

Verſ. 3. 12 *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*: ideſt, obtulit Cain inſtructus ab Adamo, & Eua parentibus fructus terræ Domino. Ita ſentit Abulenſis ibidem quæſt. 4. lit. F. pag. mihi 48. & iſta ſacrificia, ſicut etiam illa Abelis, pertinebant ad exteriorem actum latriæ.

Parentes debent inſtru. filios ad ſacrif. Deo propr. voluntate ſacrificia ſunt actus exteriores Latriæ.

Hic nota cum Angelico Doctore ex 2. 2. quæſt. 85. artic. 1. 2. & 4. quod eſt de lege naturæ offerre Deo ſacrificia, quia natura dictat, & inclinat, vt homo, ei qui eſt ſupra ſe cuius auxilio indiget exhibeat honorem, & ſubiectionem ſecundum quod poteſt: & ſoli Deo eſt ſacrificandum quia ſpirituale ſacrificium interius, ideſt, anima debetur Deo per exterius, & iſtud ſacrificium; ideſt bonam mentem, tenentur omnes offerre; ad exterius in noua lege alij aliter tenentur ſecundum decentiam, aliquando ſub præcepto, aliquando ſub conſilio.

Eſt de lege naturæ offerre Domino ſacrificia, & holocauſ. Soli Deo eſt ſacrific. Omnes tenentur offerre Deo bonã mentem. Ad ſacrif. externum non tenentur omnes.

Verſ. 4 13 *Abel quoque obtulit*: hic intelligendum eſt ſicut de fratre diximus.

14 *De primogenitis gregis ſui: & de adipibus eorum*: ideſt, obtulit Abel Domino Lactem, & Agnos: ſic ſcribit Ioſeph Hebræus de Antiquit. lib. 1. cap. 4. pag. mihi 4. *Abel autem lac, & primogenita gregum &c.*

Sacrificia Abelis qua?

15 *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*: ideſt, ad bonam intentionem ipſius primario, & poſteà ad munera oblatà, hinc ſcripſit Rupertus lib. 4. in Gen. cap. 2. pag. mihi 69. *Porrò Abel primò cor ſuum, deindè rem ſuam offerendo plurimam hoſtiam per fidem obtulit.*

Reſpicit Deus primò intentiones poſteà præces. Sacrificiũ iuſti Deo gratum.

Ver. 5 16 *Ad Cain verò, & ad munera illius, non reſpexit*: quia Cain non offerebat Domino cor ſuum, propter ipſius malitiam ideò non reſpexit ad illum Dominus neque ad eius ſacrificia, quia quæ ſacrabat, dicit Ioſeph Hebræus, vbi ſuprà, *Ex inuentione hominis auari nata videbantur*.

Sacrificia iniqui Deo ingrata. Cain auarorum caput. Oculi Domini contra auaros.

17 *Ira-*

Inuidia origo occiſionis fuit.

17 ***Iratuſque eſt Cain vehementer***: ideſt propter inuidiam fratris videns quod ignis de cœlo deſcenderat ſuper Abelis ſacrificia, & non ſuper ſua, magna ira contrà fratrem accenſus eſt.

Quid ſit ira. *Vndè cauſetur?* *Fouetur in iraſcibili.*

Hic nota cum Doctore Angelico ex parte 2. quæſt. 48. artic. 2. & quæſt. 46. artic. 3. inſuper quæſt. 48. artic. 4. quod ira eſt feruor ſanguinis circà cor: fit ex triſtitia, & deſiderio vt ex cauſis, & non ſtat in concupiſcibili, ſed in iraſcibili, immò aliquando cauſat taciturnitatem; ideò.

Facies cordis nuncia. *Meditātes crudelia terram aſpiciunt.*

18 ***Concidit vultus eius***: ideſt oſtendit in facie taciturna, & meſta, quod erat turbatus tenens oculos in terram afflictos: Nam ſcribit Rupertus Abbas lib. 4. in Gen. cap. 3. pag. mihi 69. *Terram nanquè aſpiciunt qui crudelia meditantur*: vndè etiam Pſalmiſta cæcinit Pſal. 16. verſ. 11. *Proijcientes me nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.*

Ver.6. 19 ***Dixitque Dominus ad eum quare iratus eſt, & cur concidit facies tua?*** ideſt quare iraſceris in fratrem tuum Abelem quia cauſam nullam habes? quare ſic incedis toruis oculis, corde malignato, capite demiſſo? hæc dixit Dominus, vt Cain reflecteret ſuprà ſe & corrigeretur: *ita percunctando*, dicit Rupertus vbi ſuprà pag. 70. *Vocat illum mitis ad miſericordiam ad conſcientiam ſuam, inuitat eum ad cor ſuum, vt videat ipſe quid cogitet, bonum, ſcilicet, ſit an malum.*

Correctio, & Admonitio Domini ad Cain. *Miſericordia Domini ſuper facientes mala, vt corrigantur.*

Verſ.7 20 ***Nonnè ſi benè egeris, recipies***: ſcilicet præmium, & mercedem tuorum benefactorum.

Qui benè agit bona recipit.

21 ***Sin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit?*** ideſt peccati tui pœna, & vindicta præſtò tibi erit; aduerſariam tibi intrà te conſcientiam habebis, & peccatum tuum clarè patebit, nec remanebit occultum? Hinc bellè dixit S. Paulus ad Romanos cap. 2. *Reddit Deus vnicuique ſecundum opera eius: ijs quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati: ira, & indignatio; Tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco: non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.*

Ad peccatum præſtò currit vindicta.

22 ***Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius***: ideſt ſi volueris occidere fratrem tuum facies contrà inclinationem appetitus inclinantis ad malum, quia iſte erit ſubter te, ſic Abulenſis cap. 4. in Gen. quæſt. 5. lit. K. pag. mihi 48. Et dicit Eccleſiaſticus ad rem cap. 15. verſ. 14. vſquè ad 18. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui; adiecit mandata, & præcepta ſua ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam, & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam: Ante hominem vita, & mors: bonum, & malum quod placuerit ei dabitur illi.*

Appetitus inclinans ad malum qua ſub te homo eſt poteſt ſuperari.

23 ***Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum***: Verſ.8
ideſt fratri ſuo inuidiam obtegens; blandè profatur Eſcobar ibidem lib. 1. pag. mihi 58.

24 ***Egrediamur foras***: ideſt *exeamus in campum*, legit S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel cap. 8.

25 ***Cumque eſſent in agro***: ideſt cum iam Abel *ad inſtinctum ipſius Cain*, inductus eſſet in campum dicit Hieronymus in libro de Hebra. citat. in Biblia max. ibidem pag. mihi 55. *credens*, ſequitur Abulenſis ibidem quæſt. 5. lit. A. pag. mihi 49., *Abel verbis blandis, & fictis Cain: Quia ſimplicitas columbina omnia credit, & nuſquam fraudem latere præſumit.*

Simplicitas omnia credit.

26 ***Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel***, ideſt inſidiosè inuaſit Abelem, Abulenſis ibidem lit. B.

27 ***Et interfecit eum***: *non mandibula vti fingunt Pictores*, dicit Tyrinus in Biblia maxima vbi ſuprà. *Sed occidit eum ruſtica furca, ſeù lignea, ſeù ferrea.*

28 ***Et interfecit eum***; ſcilicet Abel; fuit autem Abel verè, & propriè martyr, quia propter iuſtitiam, & innocentiam ſuam à fratre occiſus eſt. *Nam propter quid occidit eum?* quærit B. Ioannes Apoſtolus 1. epiſt. cap. 3. verſ. 12. & reſpondet: *Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iuſta.*

Abel primus occiſus in mundo, Protomartyr legis Vateris. Primus martyr inter homines Vxor Abelis Delbora vocabat. Abul. cit. inf. de Vxore Cain.

☞ Si quæris quando occiſus fuit Abel? Reſpondetur: ſub annum mundi 130. ſic dicunt Tornellius, Caietanus, Pererius, Tyrinus, Toſtatus, & Alij &c.

Occiſio Abelis à creatione mundi An. 130

29 ***Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus?*** non quia neſciret Dominus, ſed vt ipſe fateretur delictum: vndè dicit S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. ad Verſ.9
Cainum loquens: *Vult te prouocare ad pœnitentiam Deus: vult de ſe ſperari indulgentiam: vult demonſtrare tua confeſſione, quod non ſit ipſe auctor malitiæ.*

Deus non eſt auctor mali.

30 ***Qui reſpondit: neſcio***: in hoc Cain vlterius peccauit, quia homicidio mendacium addidit negans ſe ſcire quid eſſet de fratre, ſe etiam excuſando ſubiungens.

Reſponſio Cain impia, mēdax inhumana, ac fera fuit.

31 ***Num cuſtos fratris mei ſum ego?*** tamquam indignabundus locutus irreuerentiam, & impietatem ſuam ergà Deum declarauit: hic S. Ambroſius obſeruat tria fuiſſe Caini crimina. *Negat*, dicit, *primùm, quaſi apud ignorantem: recuſat fraterna munus cuſtodiæ quaſi exors naturæ; declinat iudicem, quaſi liber arbitrij. Quid miraris ſi pietatem non agnouit, qui non agnouit auctorem?*

Tria Cain fuere ſcelera. *Auctorem ignorat, qui pietatem ignorat.*

32 ***Dixitque ad eum quid feciſti?*** ideſt quaſi Verſ.10
diceret Deus, ne negas, quia ſcelus ſuum mihi notiſſimum eſt, cogitas ne me videre ſicut homo? indè rectè dicebat Sanctus Iob.

cap. 10. verſ.4. & 6. *Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis? ...... vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcrateris.*

Contra Cainum tota Abelis poſteritas vindictam clamabat.

33 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: in hebræo verbum illud *ſanguinis* ſtat in plurali קולדמי *Koldemi, Vox ſanguinum*: ideſt, non ſolum ſanguis fratris tui Abel clamat contrà te, *ſed etiam tota poſteritas Abelis clamat, quia periit patre pereunte*, dicit Abulenſis quæſt.7.litt.G. pag. mihi 50.

Verſ.11 34 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua*: hebraicè legitur, non *ſuper terram*, ſed *de Terra* מן האדמה *min hadamah*: ideſt maledicent tibi vſquè dum viues, omnes homines qui ſuper terram habitabunt. Hinc Rupertus lib.4. in Gen. cap. 6, pag.mihi 71.dicit, *dignaque pœna ſcelus fratricida percutitur.*

35 *Cum operatus fueris eam, non dabit tibi*
Ver.12. *fructus ſuos*: ideſt *non dabit tibi robur, ſed vires ſuas*, vti hebraicè legitur לא תוסף תת כח לך *lo thoſeph theth cochah lae*; quaſi ſignificas terram *in parua quantitate, & cum magno labore* daturam ei fructus, ipſam Deus reprimentem, & cohibentem in pęnam Cain. Abulenſis vbi ſuprà litt.F.col.2.

Facies irata Domini non poteſt fugi a peccatore.

36 *Vagus, & profugus eris ſuper terram*; ideſt infeliciſſimus viues nullum habens firmum domicilium, & nullibi ſecurus eris: quia ſemper faciem Vindictæ dei viſurus erat, licet eam fugeret, nam vultus iratus Domini impoſſibiliter ſugiendus: dicente Regio Vatę *Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculò, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua.* Pſal.138.verſ.7. vſquè ad 10.

Verſ.13 37 *Dixitque Cain ad Dominum*: Hìc ponitur Cain deſperatio, dicit Abulenſis vbi ſuprà litt. G. col.2.

Deſperatio principium peccatorũ, & eſt occaſionaliter à timore. Maximum peccatorũ excepta infidelitate, & odio Dei.

Iſtud peccatum aduertendum eſt cum Doctore Angelico 2.2. queſt.20.artic.1,& 3. quod eſt principium peccatorum, & eſt occaſionaliter à timore: inſuper deſperatio, excepta infidelitate, & odio Dei, eſt maximum peccatorum.

Iniquitas non veniã, ſed pœnam meretur.

38 *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*: ideſt *maior eſt cauſa mea* legunt S.Ambroſius, lib.1.de Abel, & Cain, & S.Hieronymus q.8.ad Algaſiam, quod autem adiungit Cain *maior eſt quam vt veniam merear*: Verum quidem eſt propriè loquendo; quod iniquitas non veniam mereatur, ſed pęnam; tamen non ideò abſolutè verum eſt, quod ipſe dixit. Nam Hebr. pro illis verbis, ſic legitur גדול עוני כנשא *gadol aaoni minſebo magna eſt iniquitas mea, quam parcere, ſeu à portare* ideſt vt eam ferre, aut *portare poſſim*, vti Pagninus vertit: indè bellè dicit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 19. in Geneſim. *Et Tunc quidem medicinam reiecit, nunc autem poſt ſententiam, poſt finem, poſt omnia, poſtquam clara voce accuſatus à ſanguine in terra iacentis, confitetur, nihilque inde lucrifacit, vnde Propheta dicebat: Iuſtus ſui ipſius accuſator eſt in principio ſermonis. Et hic quoque ſi præueniſſet Domini reprehenſionem, omninò miſericordiam conſecutus fuiſſet, propter immenſam Domini benignitatem. Nullum enim peccatum eſt quantumcunque graue ſit, quod illius miſericordiam vincat, modo tempore debito pœnitentiam, & veniam petamus. Et dixit Cain, maius eſt peccatum meum, quam vt dimittar ego*; ſufficiens confeſſio, ſed intempeſtiua: S. Thomas de Aquino 3.p. quæſt.84.art.10. circa finem. reprobat hæc verba Cain, quia miſericordia Dei peccantibus per pœnitentiam veniam præbet abſquè vllo termino.

Peccatum nullum irremiſſibile.

Infinita Dei miſericordia erga peccatores pœnitẽtes.

39 *Ecce eijcis me hodie à facie terræ*: ideſt Ver.14. à conſpectu hominum habitantium in terra.

Ex iniqua conſcientia oritur formido.

40 *Et à facie tua abſcondar*; ſcilicet, vt ampliùs non videam te.

41 *Et ero vagus, & profugus in terra; omnis igitur qui inuenerit me, occidet me*; ideſt quia ſum in magna miſeria à te conſtitutus *vt odium Dei, & hominum non potero euadere, quin ab aliquo occidar*. Scribit S. Hieronymus epiſt. 125. ad Damaſ. Et totum hunc locum bellè tractat S. Ambroſius iſto calamo ſcribens (lib. 2. de Cain, & Abel cap.9.) *Euidens generaliſque ratio, quia omni improbo mala adſunt, & affutura ſunt. Quæ adſunt, triſtitiam operantur, quæ futura formidinem. Sed improbum plus præſentia, quam futura ſolicitant. Vndè, & Cain dixit ad Deum: maior cauſa mea eſt quam vt dimittatur mihi, ſi dereliquas me, hodie, à facie tua abſcondam me; nihil enim grauius, quam errantem à Deo deſeri, vt ſe reuocare non poſſit.*

42 *Dixitque ei Dominus: Nequaquam ità* Ver.15. *fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*: Poterat Adam tanquam princeps humani generis occidere Cain fratricidam; ſed non decebat, (dicit Guilielmus Eſtius in Geneſim cap. 4. litt. E col. 1. pagina mihi 7.) quia non decet, vt pater filium occidat natura abhorrente. Neque expediebat, quia genus humanum multiplicandum erat, Vndè deſcribitur in ſequentibus multiplicatio generis humani per Cain. Alij verò ius publicum occidendi Cain non habebant, ideòque illis ſi occiderint, pœna imponitur, quia erant futuri homicidæ, & tamen hoc etiam dicitur in pœnam Cain, quia erat ei pœna tamdiù viuere cum tormento malæ conſcientiæ. Cornelius ibidem litt. B pag. mihi 88.

43 *Septuplum punietur*; Ex his verbis, maxima intèr doctores orta eſt quæſtio; & de iſta ſeptupla punitione infrà vide in verſ. 24. huius capituli, vbi, quid ſentiendum ſit, habebis.

44 *Poſuit-*

Prima' iſti ſ ...tas qua in humano .or pore venit paralyſia.

44 *Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum*: ideſt miſit Dominus in Cain tremorem membrorum, vt cognoſceretur ab omnibus per virum fratricidam, & peſſimum. Sic Abulenſis ibidem lit. C. col. 1. pag. mihi 51. Lyranus ibid. pag. mihi 120. Eſtius vbi ſuprà lit. B. col. 2. Cornelius à Lapide ibidem lit. C. col. 2. vbi ſuprà. Pererius ibidem col. 1. pag. mihi 293. & SS. PP. communiter, inter quos S. Hieronymum epiſt. 115. ad Damaſum refero, qui ad illa verba Cain *Eccè eijcis me hodiè à facie terræ &c.* ità ſcribit: *Eijcior*, inquit Cain, *à conſpectu tuo, & conſcientia ſceleris tremebundus lucem ipſam ferre non ſuſtiuens abſcondar vt latitem, eritque omnis qui inuenerit me, occidet me, dum ex tremore corporis, & furiata mentis agitatum eam eſſe intelliget, qui mereatur interfici*; Septuaginta etiam ità opinantur in Tranſlat. verſ. 14. Verùm quia Rupertus Abbas lib. 4. in Geneſim cap. 9. pag. mihi 74. dixit (neſcio quomodo) *Et poſuit Dominus ſignum in Cain, vt (verbi gratia) tremulo corpore viueret, vel cornu in fronte geſtaret, vel tale quid, quod non ex auctoritate ſcripturæ, ſed ex iudaicis fabulis eſt*: ne me abſque reuerentiæ nota contra ſupradictum Sanctum Patrem dixiſſe cognoſcant cæteri, concludam (neque aliorum Sanctorum PP. & huius, affirmando ſententiam, neque negando) cum Caietano, difficilè eſſe quale fuerit propriè ſignum Cain aſſignare; fuiſſe tamen aliquod ſignum aſpectabile, conſpicuum omnibus, vt eo dignoſci ab omnibus poſſet, non eſt dubitandum.

Deus eſt vbique.

Deus vbique per præſentiam, eſſentiam, & potentiam.

Deus in mundo ſicut anima in homine.

Nihil poteſt eſſe ſine Deo.

Verſ.16 45 *Egreſſuſq; Cain à facie Domini*: non à Deo (quia dicit Angelicus Doctor 1. p. quæſt. 8. artic. 2. 3. & 4. Deus eſt vbique, & vt in re, & vt in loco, quia dat eſſe, virtutem, & operari, etiam his, quæ locum implent, immò eſt vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, & ſicut anima eſt in toto homine, ità Deus eſt in toto mundo, & ità eſt in vno loco, vt etiam ſit extrà illum, & hoc eſſe vbique Dei eſt proprium Dei, & per ſe, quia nihil poteſt eſſe ſine Deo) Sed à facie ſimilitudinis, in qua ei Deus loquebatur inde ſapientiæ dicitur. *Ab hac, vt receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram homicidij fraterni deperijt.* Sap. cap. 10. verſ. 3.

Nomen Vxoris Cain Calmana, ità Abul. Vbi hic ex aduerſò ſitatur S. Ma... cod. marty. & Ioſeph. cit. ab Abul. Bond am ſ. ſi quod vi. detur ma. gis amen d aſſi.gat.

46 *Habitauit profugus in terra ad orientalem plagam eden*: ſcilicet non potens diù manere firmus in vno loco, vel cum Ioſeph Hebr. lib. 1. de antiq. cap. 4. pag. mihi 4. col. 2. *Multans ergò peragrans terram cum ſua vxore Cain collocatus in loco qui Naida nuncupatur*; qui locus ſituatus erat (vti vult Abulenſis ibidem lit. B. col. 2. pag. mihi 51. ex omnium opinione) in orientali plaga, ideſt parte in qua erat Paradiſus terreſtris, *vt eius aſpectu acrius paderet, & doleret* Cornelius à Lapide in cap. 3. Gen. verſ. 23. col. 1. lit. D. pag. mihi 81.

Verſ.17. 47 *Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch*: quia duxit ſecum vnam ex ſuis ſororibus, quam ſibi accepit vxorem, & hæc ex eo concepit, & peperit Henoch: Hoc fuit factum quia in initio mundi, inquiunt S. Io. Chryſoſtomus. Theodor. & Procopius neceſſe fuit ſorores fratribus nubere; Sed modò, ſcribit Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 154. 9. c. 4. diſtin. 40. 3. n. diſt. 41. art. 2. q. 1. o. Matrimonium non debet eſſe inter propinquos: niſi cum diſpenſatione Sum. Pontif. ſed inter ſorores iuræ naturæ vetitum eſt, ità vt diſpenſare Pontifex in eo non poſſit.

Initio mundi ſorores fratribus nubere neceſſe fuit.

Matrim. non debet eſſe inter propinquos.

48 *Et ædificauit ciuitatem*: ſcilicet, ad ſui defenſionem quia ſemper erat in timore, & tremore poſitus.

Henoicha ciuis fuit prima in Orbe Vrbs.

49 *Vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch*. De iſta Ciuitate Symbolicè, & elegantiſſimè loquitur S. P. N. Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei, vide lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 9. & 10. pag. 188. col. 2. & 189. col. 1. impreſſ. Baſileæ. Sed quod ſatis pulchrum, & notatione dignum in ſanctiſſimo Parente inuenio, eſt, quod in cap. 5. huius libri 15. pag. mihi 187. col. 2. ſic ſcribit: *Primus itaque fuit terrenæ Ciuitatis conditor fratricida: nam ſuum fratrem ciuem ciuitatis eternæ in hac terra peregrinantem inuidentia, victus occidit. Vndè mirandum non eſt quod tanto poſt in ea ciuitate condenda quæ fuerat huius terrenæ ciuitatis de qua loquimur* (nempè ROMA) *caput futura; & tam multis gentibus regnatura: huic primo exemplo, & vt Græci appellant archetypo: quadam ſui generis imago reſpondit. Nam, & illic ſicut ipſum facinus, quidam poeta commemorauit illorum.*

Henoica Prima omnium mundi Ciuitatis Cōditor fratricida fuit, & Roma Prima Terreni Imperij Ciuitatis fundator fratricida fuit. Illius Cain, iſtius Romulus.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri ſic enim condita eſt Roma: quando occiſum Remum à fratre Romulo romana teſtatur hiſtoria. Lucanus lib. 1. Pharſaliæ cit. à S. P. ibidem.

Romæ gloria.

50 *Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech*: hic texitur Genealogiæ Cain ordo, & iſta nomina interpretata ſunt, ſcilicet Henoch *dedicatus* Irad *Gardad qui fuit primus*. Matuſael *mortem ſuam poſtulans*. Lamech *pauper humiliatus*. De iſta Generatione vide S. P. N. Auguſtinum vbi ſuprà lib. 15. Verſ.18

Cain generationis ordo.

51 *Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella*: iſte primus nempè Lamech peruertit inſtitutionem naturæ quæ fuit vnius cum vna, & duas accipiens vxores Bigamorum caput, & huiuſmet inuentorem ſe fecit; ſed à Nicolao Summo Pontifice cap. An non 24. quæſt. 3. *Lamech adulter* etiam vocatur. Aduerte hic cum Angelico Doctore in 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 3. art. 3. per totum, quod Papa poteſt diſpenſare cum bigamis ſimpliciter. Sed non debet niſi ex magna, & euidenti cauſa. Verſ.19

Primus Bigamus Lamech fuit homicida.

Papa poteſt diſpenſare cum bigamis ſimpliciter. Sed non debet, niſi ex magna, & euidenti cauſa.

52 *Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum*: ideſt Verſ.20

Iabel

Iabel primus Tentorij inuentor.

Artiũ inuentores ab hebræis Patres vocantur.

Iabel inuenit meliorem modum paſtoribus ad habitandum: Dicitur *Pater* quia quiuis artium inuentor tali nomine ab Hebræis inſignitur ſcribit Eſcobar ibidem lib. 1. num. 8. col. 1. pag. mihi 60.

Ver. 21. 53 *Et nomen fratris eius Iubal: ipſe fuit Pater canentium cithara, & organo:* ideſt inuentor Cantus, ſiuè muſicæ cùm aliquo inſtrumento, quòd exprimitur nominè citharæ, & organi. Vndè benè dicit Cornelius ibidem col. 1. litt. D. pag. mihi 89. quòd *Iabel fuit iubiloſus, iucundus, & iouialis, & ab eo Latini ſumpſiſſe ſuum iubilare, & iubilum,* quia *eſt Muſica;* Scribit Sanctus Pater N. Auguſtinus impreſſ. Baſil. in lib. 1. de muſica cap. 2. pag. mihi 320. *Scientia benè modulandi: nam hoc verbum quod modulari dicitur, etſi in eo quod ad cantandum ſaltandumque pertinet.*

Iubal Pater, & inuentor organi, & citharæ.

Muſica eſt ſcientia benè modulandi.

Ver. 22. 54 *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri:* ideſt Tubalcain inuentor fuit limæ, qua ferrea, & ærea elaborari poſſunt: Immò ſcribit Ioſephus hebr. in lib. 1. de Antiquit. cap. 4. pag. mihi 3. *Tubalcain qui ex altera natus eſt: fortitudine cunctos excellens: res bellicas decenter exercuit.*

Tubalcain Pater, & ferrariæ artis inuentor.

Tubalcain inter homines primus fortiſſimus.

55 *Soror verò Tubalcain, Noema:* iſta fuit inuentrix filandi linum, & lanam, & faciendi vestes, *cum priùs homines pellibus animalium tegerentur.* Sic Lyranus ibidem pag. mihi 102.

Noema ſoror Tubalcain inuẽtrix filãdi, & veſtes faciendi.

Ver. 23. 56 *Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ, & Sellæ:* hic interponitur collocutio Lamech ad vxores ſuas.

57 *Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum;* Duplicatur propoſitio à Lamecho, vt magis attentè ſtarent ſuis verbis ipſius vxores, nam S. Hieronymus in prologo vno ſuper Prophetas minores cit. à Toſtato in cap. 4. Gen. litt. E col. 1. pag. mihi 53. ſcribit *quandocumque talia, vel ad intellectum ſpiritualem referuntur, vel auditores multùm attenti eſſe monentur.*

58 *Quoniam occidi virum in vulnus meum:* ideſt vulnere à me perfecto. Sic ex hebræo.

59 *Et adoleſcentulum in liuorem meum:* quia *vehementer eum percutiens arcu totum corpus eius liuidum fecerat:* Hæc refert Pererius in lib. 7. de Cain, & Abel col. 2. pag. mihi 296. ſed tamen eſt pura traditio hebræa, non ſua, quam traditionem etiam alij ſequuntur: Tam obſcurus, & difficilis eſt locus iſte Scripturæ, vt ad eum elucidandum (ſicuti refert D. Hieronymus in epiſt. 125. ad Damaſum) Origenes 12. & 13. librum ſuorum comment. in Geneſim conſumpſerit.

Catharinus hunc locum inexplanabilem & ininueſtigabilem eſſe putat; & verè poſſum dicere de hoc Textu, tot annumerantur ſententiæ quot capita; Vt ergo aliquid ponamus lucidè: primò dicendum cum Lyrano, Abulenſe, Eſcobar, Pererio, Ioanne de la Haye, & Alijs, quod Lamech vir Sagittarius erat, & multum videndo vſum videndi perdiderat, ſic tamen cæcutiens ad venationem ferarum ibat, non pro carnibus veſcendis, ſed pro delectatione, vel pro pellibus, quibus ipſe, & ſui veſtiebantur, puero directore vtens: Accidit quadam die occidiſſe Lamech Cainum, quem ab armigero adoleſcente indicatum, feram putauerat, quo cognito, occiſionis dolorem in adoleſcentem effudit illo interempto; Sic Caietanus, qui dicit. *Quadrat littera quod Lamech cæcutiens, dicente puero; dirigente ipſum, Emitte Sagittam illo, arbitratus beſtiam ibi moueri, vulnerauerit Cain abſconditam: & poſtquam aduertit ſe occidiſſe patrem Ataui ſui flagellauerit puerum, qui ex liuore flagelli mortuus fuerit. Liuor enim magnus non purgatus mortifer eſt.*

Lamech vir Sagittarius.

Liuor magnus non purgatus mortif. eſt.

60 Aduerte hìc cùm Angelico Doctore, 2.2. quæſt. 64. artic. 8. in primo notab. quod Lamech non euaſit reatum homicidij occidens hominem, quem credidit beſtiam, quia non adhibuit diligentiam.

Lamech licèt beſtiam ſe credidit occidere tamen homicidij reatũ non euaſit hominem occidens.

Caietanus vbi ſuprà quærit, *Quis autem fuerit vir, puerne occiſus?* reſpondet, *littera non apertè ſignificat, coniecturam tamen ingerit, quòd vir occiſus vulnere fuit Cain.*

Cain à Lamech mortuus in mundo.

61 Sed quia per Lyranum inibi col. 123. Ioannem de la Haye, tom. 1. Bibliæ max. pag. mihi 62. Eſcobar ibi. in lib. 1. Comm. litt. P. pag. mihi 60. & Alios dicitur Iuuenem illum ducentem Lamech Tubalcain filium ſuum fuiſſe, ſequitur Lamech proprium occidiſſe filium.

Tubalcain à proprio occiſus genitore.

Lamech Parricida fuit.

62 *Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties:* Hìc verò debitor ſum de interpretatione illorum verborum: *Septuplum punietur,* quæ ſtant ſuprà in verſiculo 15. huius capituli, ſed relictis omnium opinionibus, Abbatis Ruperti interpretationem admirabilem, & elegantem non minus, quam nouam referam, immò extra breuitatis meæ ordinem quaſi totum Doctoris iſtiuſmodi capitulum calamo conſtringam. Sic enim ſcribit Venerabilis Abbas, de Trin. & operibus eius lib. 4. comm. in Gen. cap. 8. pag. mihi 73. col. 1. *Conſtat autem quod is, qui occidit Cain, ſcilicet Lamech pœnitudinem geſſit. Dixit enim vxoribus ſuis Adæ, & Sellæ:* Audite Sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. *Proindè, & multò aliter de pœna ſua conſonuò pronunciauit, dicens:* Septies vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties. *Dixerat Dominus:* Qui occiderit, ſeptuplum punietur, *hìc autem qui occiderit dicit;* Septuagies ſepties vltio dabitur. *Videtur quidem ſecundum quantitatem numeri plus eſſe,* ſeptuagies ſepties vltio dabitur, quàm ſeptuplum punietur, *ſed profectò minus eſt. Non enim quantitas vtriuſque numeri, ſed natura hìc attendenda eſt. Et quidem tàm ſeptenarius quam ſeptuagenarius*

Ver. 24.

Opinio Ruperti Abbatis de ſeptupla Cain punitione alijs præfertur.

genarius

genarius numerus impar eſt. Sed non omnium imparium numerorum eadem natura eſt. Imparium namque alij ſimplices, vel incompoſiti, alij compoſiti, alij ſunt medij. De compoſitis, & incompoſitis tantum nunc ad rem pertinet. Incompoſitus, impar numerus dicitur is, cuius nulla pars præter vnitatem inuenitur, vt ſunt ternarius, quinarius, vndenarius, & cæteri tales, quorum præter vnitatem, nullus menſor numerus inuenitur. Compoſitus verò numerus dicitur

Imparium numerorũ diuiſio.

is, quem alius præter vnitatem numerus metitur, vt ſunt nouenarius, quindenarius, & cum vnitate vicenarius. Nam ter terni, nouem: quinquies terni, ſiuè ter quinque, quindecim: ſeptiès tres, ſiuè ter ſeptem viginti vnus. Hoc ergo ſeptenarius, & ſeptuageſimus ſeptimus differunt, quod ſeptenarius incompoſitus, ac per hoc inſolubilis: ſeptuageſimus ſeptimus verò compoſitus, ac per hoc magis ſolubilis habetur. Nam ſeptenarium præter vnitatem, nullus metitur numerus: ſeptuageſimi ſeptimi verò, & ſeptenarius, & vndenarius, menſores ſunt. Nam vndecies ſeptem, vel ſepties vndecim ſeptuaginta ſeptem perficiunt. Cum igitur dicit Deus: ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur inſolubilis pœna debet intelligi, & ſubaudiri oportet, niſi præcedens pænitentia ſolubile, ideſt remiſſibile peccatum fecerit. Cum autem dicit Lamech ſepties vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties, inſolubilis vindicta Cain, & ſolubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et rectè videlicet, quia Cain pænitentiam non egit, ipſe verò Lamech pœnitentiam egit, quia peccatum ſuum confitetur. Et nota quod manifeſtè ſcriptura contradicit eis, qui putant peccatum Cain ſuprema morte deletum, cum de illo iam mortuo dicit, ſepties vltio dabitur de Cain; Ad hunc locum ſpectat illud quod cum Petrus diceret Domino: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſquè ſepties? Ille qui omnia ſecundum ſcripturas loquitur, reſpondit, Non dico tibi vſquè ſepties, ſed vſquè ſeptuagies ſepties, S. Matth. cap. 18. verſ. 21. & 22. Vſquè

Explicatur locus S. Matthæi cap. 18.

ſepties namque peccare, eſt inceſſanter, & inſolubiliter, ideſt, abſquè pænitentia peccare, ſicut Cain.

Septuagies ſepties verò peccare, eſt peccatum quidem admittere, & per pœnitentiam illud ſoluere; quod fecit Lamech.

63 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem Verſ.25
ſuam, benè hic Lyranus dicit deſcripta Generatione Adæ delenda: hic deſcribitur eius generatio ornanda, & eligenda.

64 Et peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: ideſt Eua poſtquam occiſus fuit Abel genuit Seth, quem vocauit iſto nomine, ideſt quaſi poſitus à Deo Abelis loco: fuit iſte vir Sanctus, & bonus, ſapientiæ, & Aſtrologiæ inuentor, & verè ſi bonus, & timoratus Dei erat non poterat non eſſe ſapiens, dicente Pſalmiſta Pſal. 110. verſ. 10. Initium ſapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſæculum ſæculi.

Seth interpretatur Fundamentum, vel Poſitio. Et ipſe fuit inuentor literarum, & Aſtrologiæ.

Dicens: poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain: (quia dicit Abulenſis) Cum ergò Adam vidit ſe carere Abel iuſto, iudicauit ſe orbatum liberis: deindè poſtquam habuit Seth accepit illum in loco Abelis mortui.

65 Sed, & Seth natus eſt filius: ideſt, Setho, datiui caſus ortus eſt vnus filius. Verſ.26

Quem vocauit Enos: ideſt quaſi inuocantem, & propter hoc ſubditur dicit Toſtatus.


Enos interpretatur Infirmus, ſeu Inuocans.

66 Iſte cæpit inuocare nomen Domini: ideſt ſecundum Diuum Hieronymum, eo tempore cæpit inuocari nomen Domini.

67 Hic Aduerte cum Angelico Doctore 2.2. quæſt. 94. artic. 4. ad 2. quod in prima mundi ætate nulla fuit idololatria ob recentem mundi creati memoriam: hoc dicitur contrà Rabinos omnes, qui volunt temporè Enos in mundo idololatriam cæpiſſe.


In prima mũdi ætate nulla fuit idololatria.

68 Domini: ideſt nomen Tetagrammaton ineffabile, quod Hebraicè dicitur יהוה Iehouah.



CAIN GENEALOGIA

quæ in hoc Capitulo deſcribitur.



ABEL
occiſus à Caino
circà centeſimũ,
& trigeſimum
annum ætatis
Adami.
Sic Caietanus vbi
in iſto capite di-
citur, *cognouit quo-
que Adam, &c.*
Verſ.25.

ANNOTATIO MORALIS.

Ver.1.

Caſtitas conuenit religioſis.

69 A*Dam verò cognouit Vxorem ſuam Heuam*: quod Adam cognouerit Vxorem ſuam non in Paradiſo, ſed extrà, oſtenditur quod caſtitas conuenit præcipuè Religioſis qui habitant in domo Dei; nam Caſtitas cuſtos eſt ſanctitatis: ideò ſcribit S. Ambroſius lib.2.offic. cap. 6. tom. 1. *Quid tam honeſtum, quam integritas? Quid tam decorum, quam immaculatum ſeruare corpus? quid etiam hoc vtilius, quo regnum cæleſte acquiritur?* idem in tract. ſuper pſal.35. in fine tom.4. (Audi quam bellè) *Cauendum eſt ergo, ne quos in domo Dei manus diuina plantauit, manus aduerſa ſupplantet.*

Caſtitas cuſtos eſt sãctitatis.

Anima per inſpirationes diuinas concipit, & parturit bonas operationes. Verbũ Dei eſt fõs virtutum.

70 *Quæ concepit, & peperit Cain, dicens*: Anima recipiens ſemen verbi Dei, ſeù inſpirationum diuinarum, concipit, & parturit actus virtutum, hinc eleganter, inquit Mediolanenſium Paſtor in epiſt. ad Iuſtum, antè medium. *Verbum Dei eſt vndè omnes diſciplinæ fonte iugi, ac perpetuò fluunt, ac deriuantur.*

Filij à Deo recognoſcẽdi.

71 *Poſſedi hominem per Deum*: fructus matrimonij recognoſcendus eſt à Deo, & quando non procreantur ex eo filij diuinæ voluntati eſt conformandum: hanc veritatem ore prophetico docuit Anna Elcanæ vxor, quæ cum diù ſterilis vixiſſet, tandem peperit Sàmuelem; vndè pro gratiarum actione diuino afflata ſpiritu, cecinit 1.Regum cap. 2. verſ. 5. & 6. *Donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt, Dominus mortificat, & viuificat.* Immò etiam de ſterili, ſi diuinæ ſe conformauerit voluntati, dicitur Sapientiæ cap. 3. verſ. 13. *Fælix eſt ſterilis....habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum.*

Conformatio diuinæ voluntati.

Fœcunditas, & ſterilitas à Deo.

Verſ.2

Omnia quæ in mundo ſunt Vanitas eſt.

72 *Rurſumque peperit fratrem eius Abel*: quia Abel interpretatur *Vanitas*, ideò, conſideranda proponitur vanitas huius mundi in quo cuncta magis non ſunt, quam ſint: *Generatio præterit*, dixit Eccleſiaſtes cap. 1. verſ.4. & 14. *Generatio aduenit....Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & eccè vniuerſa Vanitas, & afflictio ſpiritus.*

Filij ſæpè naſcuntur ad lachrymas parentum.

73 Vel, *Abel*, ideſt *Vanitas*, edocens vanitatem eſſe filios ſuſpirare, qui ſæpè naſcuntur ad parentum lachrymas: vti in ſacra ſcriptura quamplurima ſunt exempla.

Abel interpretatur Luctus, Vanitas, Vapor, Miſerabilis.

74 Vel; *Abel* quia interpretatur, *Luctus, Vanitas, Vapor, Miſerabilis*; vt moralitatem ex huius nominis interpretationibus cognoſcamus, dicendum, quod *Luctus* reſpicit ad peccatum, *Vanitas* ad mundum, *Vapor* ad ſe ipſum, *Miſerabilis* ad Deum; *Luge* igitur, *fuge, attende, & deprecare*: *Luge* peccatum quia iniquitas eſt: *Patiens Dominus eſt in hoc ipſo pæniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus.* Iudith cap.8.verſ.14.

Lachrymæ indulgẽtiã acquirunt crimina lauant.

75 Fuge mundum, quia vanitas eſt: *Vanitas vanitatum* dixit Eccleſiaſtes, cap. 1. verſ. 2. *& omnia vanitas.* הבל הבלים כל הבל *Hebel habalim col habel.* Attende vitam tuam, quia vapor eſt. *Quæ eſt enim vita veſtra?* ſcribit B. Iacobus Epiſt. cap. 4. verſ. 15. *Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.*

Mundus vanitas eſt.

Vita hominis vapor ad modicũ parens.

76 Deprecare Deum, quia miſerabilis es tu, & ipſe dicit Ionas cap.4. verſ.2. *Clemens, & miſericors patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.*

Quantus homo miſerabilis, tantus Deus miſericors.

77 *Fuit autem Abel paſtor ouium*: qui Deo ſeruit regnat, regnat, qui regendo paſſiones ſuas fit paſtor propriæ animæ, & dignè Deo ſeruit regnàturus cùm ipſo, ſi opus quod cœpit vſquè ad finem perducit. Sic luculenter D.Bernardus ſerm. 20. lit. E col.2. pag. mihi 300. *Ille Deo dignè ſeruit, qui bonum opus quod cœpit, vſquè ad conſummationem perducit.*

Seruire Deo regnare eſt.

78 *Et Cain agricola*: econtrà Cain agricola Terræ ſeruiebat; *Seruire Terræ auaritiam ſapit*, dicit Eſcobar hic. Quàm appoſitè Dei poſtmodum mercede priuatur, qui ſeruiens terræ mercedem ſuam à terra receperat: Sicut dixit Veritas ipſa de Hypocritis Matth. cap. 6. verſ. 16. *receperunt mercedem ſuam.*

Seruire Terræ auaritiam ſapit.

Qui ſeruit terræ recipit mercedem ſuam.

79 *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*: Qui primitias Deo, detrahit fructus ſuos terrenos, ſeù viles efficit: Ergo Domino primitias litare ſtude, qui per Spiritum Sanctum in Prouerbijs cap.3.verſ.9. iubet: *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da ei.* Sed inquit Philo lib. de Sacrific. Abelis, & Caini. *Sunt multi qui dant primatum creaturæ, ſecundarium honorem numini.* Verſ.3

Detractores Primitiarũ fructus ſuos viles faciunt.

80 Hic Aduertè cum Angelico Doctore 2.2. quæſt.86. artic.4. in corpore, quod, Primitiæ pertinent ad quoddam genus oblationum, in vſum Sacerdotum, in recognitionem beneficij Dei, ſcilicet fructuum Terræ, & debet eſſe aliquid præcipuum de fructibus terræ.

Primitiæ quomodò debeant dari Deo.

81 *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*: Homo iuſtus cor ſuum offerre debet Domino cùm bonorum operum oblatione; *Abel* dicit Rupertus Verſ.4

Cum corde ſacrificandum eſt Domino.

tus Abbas in lib. 4. in Gen. cap. 2. *primò cor ſuum, deindè rem ſuam offerendo plurimam oſtiam per fidem obtulit.*

Tam boni quam mali eliciunt actus virtutis, ſed diuerſimodè.

Aliter videt Deus, aliter Homo.

82 Vel dic(*vt offerret Cain de fructibus Terra..... Abel quoque obtulit de Primogenitis:* quod tam boni, quàm mali, ſæpè eliciunt actus virtutis, ſed diuerſimoda intentione, ipſi nequam, illi recta; Hinc aptiſſimè dicit S. Ambroſius lib. 1. ſuper Lucam cap. 11. Tom. 5. *Non enim omnis qui iuſtus eſt antè hominem, iuſtus eſt ante Deum, aliter vident homines, aliter Deus, homines in facie, Deus in corde.* Aduerte docere D. Thomam, 1. p. quæſt. 3. art. 4. in 2. notab. 1. d. 33. 1. in tertio, quod intentio ſecundùm eſſe, quod ſignificat veritatem propoſitionis, formaliter eſt in anima, ſed eſt in re fundamentaliter; & intentiones non ſunt in rebus, ſed in anima tantum.

Intentio in anima non in rebus.

Gratū Deo Sacrificiū iuſti, & iniuſtitia.

83 *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius:* Sacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta iuſti placent Domino. Sicut S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abele cap. 5. clarè demonſtrat explicans illa verba Dauid *ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, &c. Holocauſtum tuum pingue fiat; hoc docens acceptabile eſſe ſacrificium, quod pingue, quod nitidum, & quodam pabulo fidei; ac deuotionis, verbique cœleſtis vberiore alimonia ſaginatum eſt.*

Ver. 5.

Sacrificiū hominis ſceleſti Deo ingratum.

84 *Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit:* Sacrificia, & orationes hominis iniuſti Deo ingrata; ideò ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 18. in Gen. litt. D. pag. mihi 86. tom. 5. *Nam cùm dicit, Ad Cain, & ad munera illius, non attendebat monſtrauit reprobationem oblatorum:* Sic etiam ſceleſtibus peccatoribus, per Eſaiam cap. 1. verſ. 11. & 13. dixit Dominus *Holocauſta ... nolui ...... ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi.*

Peccator iraſcitur inuidendo proximi fortunam.

85 *Iratuſque eſt Cain vehementer:* Sæpè peccator inuidendo hominis iuſti fortunam iraſcitur; Hinc Pſalmiſta Pſalm. 111. verſ. 10. poſtquam Beati viri, qui timet Dominum, proſperum monſtrauit euentum ſubdit immediatè. *Peccator*(ideſt *inuidus* gloſat hìc Hieronymus) *videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.* Sic etiam Paleſtini inuidebant Iſaaco, quia Dominus benedictione ſua illum locupletauerat. Gen. cap. 26. Rachel inuidebat ſorori ſuæ fœcundæ. Gen. cap. 30. Fratres Ioſeph inuidebant ei, quia magis quam ipſi diligebatur à Patre; Gen. cap. 37. Inuiderunt, Maria Soror Moyſi, & Aaron, eidem Moyſi; Num. cap. 12. Saul Dauidi propter Victoriam Goliæ; 1. Regum cap. 18. Satrapæ, & Principes Danieli propter exiſtimationem; Daniel cap. 6. Alcimus Nicanori; & Iudæ propter charitatem; 2. Machab. cap. 14. Principes Sacerdotum Redemptori propter Honorem puerorum clamantium Hoſanna; Matth. cap. 21. Luc. cap. 19. Frater filij prodigi; eidem prodigo fratri propter feſtiuitates celebratas in ſuo reditu; Luc. cap. 15. Sacerdotes hebræi, Magiſtratus, Populi, & Saducæi Petro, & Ioanni, quia docebant populum; Iudæi Stephano, quia non poterant reſiſtere Sapientię, & Spiritui, qui loquebatur Actus Apoſt. c. 4. & 7.

Exempla biblica de inuidis.

Motus primus inuidia non eſt peccatum mortale.

Inuidia 5. filia.

Putredo oſſium inuidia.

86 Hic aduertè cùm Angelico Doctore 2. 2. quæſt. 36. artic. 3. quæſt. 34. artic. 6. quod inuidia ſecundùm genus ſuum eſt peccatum mortale; Tamen primi motus ſunt peccata venialia; & ſunt etiam in viris perfectis, Inuidiæ ſunt quinque filiæ ſcilicèt Odium, Suſurratio, Detractio, Exultatio in aduerſis, & Afflictio in proſperis inquantum eueniunt contrà conatum, ideò dicit Sapiens in Prouerbijs cap. 14. verſ. 30. *putredo oſſium inuidia.*

Qui liuore contabeſcit obnubilata facie mortis colore induitur.

87 *Et concidit vultus eius:* Quia, qui liuore contabeſcit obnubilata facie mortis colore induitur. Sic aptè S. Cyrillus Alexandrinus exponens Verba cap. 16. Apocal. verſ. 1. *ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram. Inuidi enim propter triſtitiam, & mærorem, quem de aliena fœlicitate concipiunt, mortis colore induuntur, & dum conſummantur triſtitia, alienis bonis contabeſcunt.*

Paſſio animi vehemens celari non poteſt.

88 *Vel., Concidit vultus eius:* Paſſio dum eſt vehemens ſinè ipſius mortificatione celari non poteſt: ideò omnes, & ſingulos exhortatur S. Ambroſius lib. 1. de offic. cap. 3. tom. 1. dicens *Cuſtodi interiorem hominem tuum, noli eum quaſi vilem negligere, ac faſtidire, quia pretioſa poſſeſſio eſt. Et meritò pretioſa, cuius fructus non caducus, & temporalis, ſed ſtabilis, atque ſalutis æterna eſt.*

Exempla biblica de his qui neſcierunt celare paſſiones ſuas.

89 Habes ergo in ſcriptura exempla, eorum qui inordinatas animi paſſiones celare neſcierunt. Agar ancilla non ferens correptionem Saræ dominæ ſuæ è domo Abrahami eijcitur; Gen. cap. 16. Murmurationes populi Iſrael in deſerto de potus deficientia priuauerunt Iſraelem promiſſionis Terra. Exod. cap. 15. (Vide etiam Exod. cap. 14. 16. 17. & 32. Num. cap. 11. & 16. idem 20. 1. Regum cap. 17.) fuerunt ignè Domini conſumpti. Achitophel, quia non fuit factum iuxtà conſilium ſuum, tantùm impatiens fuit, quod receſſit ab Abſalone, & abiens in domum ſuam ſuſpendio interijt. Vxor Tobiæ impatienter reſpondit Marito. Tobias cap. 2. Holopherni exilium Achior à ſuo conſilio mortem miſeram intulit; Iudith cap. 5. Amano, crux mala Mardochęo paratam ab ipſo, inſeruiuit: Eſther cap. 3. Innocentum puerorum ſtragem Herodes liuoris cauſa juſſit, ſed ipſe infeliciter à vermis corroſus perijt. Matth. cap. 2. Factum eſt etiam murmur Græcorum aduerſus hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. Actus Apoſt. cap. 6.

90 Hic

Paſſiones animæ bonæ vel malæ.

90 Hic nota cum Doctore Aquinate (1. 2. quæſt. 24. artic. 4. quæſt. 22. art. 1. & 2. 2. quæſt. 127. artic. 1. in 3. in quæſt. diſput. de Verit. quæſt. 26. artic. 8.) quod paſſiones animæ, quædam ſunt bonæ, & quædam ſunt malæ ſecundum ſpeciem ſuam inquantum ſunt in genere moris, non autem, inquantum ſunt in genere naturæ. De ratione paſſionis propriè dictæ, eſt abiectio qualitatis naturalis, & impreſſio qualitatis extraneæ, & contrariæ. Nomina paſſionum animæ quarum obiectum eſt malum, aliquando ſignificant vitia, quorum obiectum eſt malum, vt odium, ira, inuidia, & audacia. Quarum autem obiectum eſt bonum, ſignificant virtutes, vt ſpes, & amor; ſed paſſiones animæ, magis propriè dicuntur reſpectu mali, quam reſpectu boni, & ab extrà, quam ab intrà, & ſecundum totum, quàm ſecundùm partem, & intensè quam remiſsè.

Quid ſit Paſſio propriè dicta.

Nomina paſſionum.

Verſ.6 91 *Dixitque Dominus ad eum: quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Deus ſuam partem cum peccatoribus facit, vt corrigantur, & reſipiſcant: iniquos ad pœnitentiam vocat peccatores, ſed non cogit: Preſtò eſt Aureus Doctor homil. 81. in Matth. tom. 3. lit. A. pag. mihi 439. dicens. *Sané Dei Vocatio ner mentem eorum, qui virtutem volunt non temnere, vllo modo violentat, ſed hortatur quidem, ac conſulit, & omnibus modis bonos eſse perſuadet: ſi verò aliqui reluctentur, nullo modò coercet:* O magna Dei bonitas! quot vocauit ipſe ad pœnitentiam, & noluerunt audire? quoties Pharaonem vocauit? Exod. cap. 5. vſquè ad 10. cap. Vocauit, filios Heli per ſermones patris 1. Reg. cap. 2. Saul per Samuelem, 1. Reg. cap. 18. 19. & 20. Ionatham, & Dauid; viros Iuda per Zachariam, & Prophetas; Iſraelem per Ezechiam Regem Iuda, & renuerunt omnes, immò (Pſal. 57. verſ. 5.) *Sicut aſpides ſurdæ, & obturantes aures ſuas*, audire noluerunt. Ite ergò malè protinus rebelles voluntates, indignæ ad Tartara ruite animæ: ex vobis ſit veſtra perditio; pęnarum vos operiat abyſsus, dum ad pietatis abyſsum corda renuiſtis aperire.

Deus peccatores vocat ad pænitentiam, ſed non cogit.

Verſ.7. 92 *Nonnè ſi benè egeris, recipies:* Peccator ſi pænitet ſe, & benè agit, benè recipit, & recipiet; Hoc apertè Vas prædicat electionis dicens ad Romanos cap. 2. verſ. 6. & 7. *Reddet Deus vnicuique ſecundum opera eius. ijs quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam.*

Qui benè agit bona recipit.

Deus iuſtus remunerator.

93 *Sin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit?* qualecumque peccatum licèt occultè fiat, reuelabitur, veritate dicente per os S. Matthæi cap. 10. verſ. 26. *Nihil enim eſt opertum, quod non reuelabitur; & occultum, quod non ſcietur.*

Nihil occultum quod non reueletur.

Delictū ſequitur manifeſtatio.

94 Vel, *ſtatim in foribus peccatum aderit?* quia peccatum in foribus conſcientiæ peccatoribus, eſt maxima pæna; & nihil horribilius eſt quam mala conſcientia: Hinc S.P.N. Auguſtinus in ſententijs ſent. 191. dicit *Nullæ pęne grauiores ſunt, quam malæ conſcientiæ, in qua cum non habetur Deus, conſolatio non inuenitur. Et ideò inuocandus eſt liberator, vt quem tribulatio exercuit ad confeſſionem, confeſſio perducat ad veniam.* Conſimile dictum habet S. Io: Chryſoſtomus tom. 1. conc. 1. de Lazaro lit. D. pag. mihi 56.

Peccatum peccatorib. maximum conſcientiæ tormētum eſt.

Peccati pæna peccatum.

Cōſcientia carnificina.

95 Hic obſerua, quod quatuor aperitur conſcientia noſtra. Primò aperitur præsbytero: ſecundò, proximo: tertiò, Deo: quartò, Deo, Homini, & Angelo. Primò, in confeſſione: ſecundò, in attractione: tertiò in gratiarum actione: quartò, in iudicio, in reddenda ratione. Prima apertio purificat, ſecunda ædificat tertia gratificat, quarta examinat. In prima (Apocalyp. cap. 3. verſ. 7.) *Clauis Dauid claudit*, abſtergendo, *& nemo aperit* ſinè Dei placito: *aperit* per gratiam, *& nemo claudit* contrà eius beneuolentiam. De ſecunda dicitur 2. Machab. cap. 1. verſ. 4. *Adaperiat* (Dominus) *cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis.* De tertia dicitur, quod Daniel ter in die flectebat genua ſua, apertis feneſtris contrà Ieruſalem, Daniel cap. 6. verſ. 10., *Daniel ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cænaculo ſuo contrà Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo.* De quarta Daniel cap. 7. verſ. 10. dicitur: *iudicium ſedit, & libri aperti ſunt:* libri, id eſt, conſcientiæ, quia dicit S. Io. Chryſoſt. hom. 2. in pſal. 50. tom. 2. lit. C. pag. mihi 17. *Habeto iudicem conſcientiam tuam.* Audi primam 2. Paralip. cap. 36. in orat. Manaſſæ, quæ ponitur poſt librum Apoc. in Biblia noſtra vulgata: *Peccaui ſuper numerum arenæ maris, & non ſum dignus videre altitudinem cæli:* Audi ſecundam 1. Corinth. cap. 4. verſ. 4. *Nihil mihi conſcius ſum;* & item dicitur; ibid. cap. 7. verſ. 40. *Credo quod ſpiritum Dei habeam:* Tertiam intellige: *Obſecro Domine*, ait Ezechias (Iſaiæ cap. 38. verſ. 3.) *Memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto.* Quartam noſce. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vſquè veniat Dominus; qui, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* S. Paulus ad Corinth. 1. cap. 4. verſ. 5. Hæ ſunt quatuor in Gazofilacijs, & ædificijs Ezechielis portæ monſtratæ, Ezech. cap. 40. 41. & 42., Prima eſt ad occidentem: per ipſam non eſt monſtratus ingreſſus, quia per eam peccatum egreditur, non ingreditur. Secunda eſt, ad aquilonem, à quo eſt omne malum: per eam ingreditur conſcientia tua ad cor proximi, qui eſt ad aquilonem. Tertia eſt, ad auſtrum, per quam ingrederis, dum feruenter de collatis tibi beneficijs gratias agis. Quarta eſt ad orientem,

Quibus aperitur conſcientia noſtra.

Libri ſunt conſcientia noſtra.

Quatuor Ezechielis portæ quid ſignificent.

tem, per eam erit ingreſſus, quando omnium conſcientiæ aperientur.

Tētationes ſimiles canib latrare poſſunt mordere nō valent ſi homo non cedit.

96 *Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*: Tentamina latrare poſſunt mordere autem non valent (nam dicit Eſcobar lib. 1. comem. in Gen. cap. 4. pag. mihi 58. *Tentamina irruunt canis in morem.*) Si homo dominabitur. Vndè egregiè dicit D. Bernardus ſerm. 5. de Quadrageſ. *Verumtamen in nobis eſt, ſi vinci nolumus, & nemo noſtrum in hoc certamine deijcitur inuitus. Sub te eſt, ò homo, appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Poteſt inimicus tuus excitare tentationis motum, ſed in te eſt, ſi volueris dare, ſeù negare conſenſum, in tua facultate eſt, ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, vt omnia tibi cooperentur in bonum...... Verumtamen negare non poſſumus: moleſta ſunt hæc, & periculoſa, ſed in ipſo certamine ſi viriliter reſiſtemus, quædam pia tranquillitas de conſcientia bona naſcitur.*

Cùm dæmone luctū periculoſiſſima.

Vera Trāquillitas hominis de bona oritur cōſcientia.

Ver.8. 97 *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras*: Homo magis timet hominem quam ipſum Deum: & potiùs de illo, quam de hoc erubeſcit; hinc te exhortatur S. Ambroſius lib. de fuga ſeculi tom. 1. cap. 2. dicens: *Diuinæ poteſtatis formido te ſobrium faciat, inflectat metus.*

Peccator potiùs hominē quā Deum timet.

98 Vel dic, *Dixitque Cain*: Rixæ, & neces ex immoderantia linguæ frequenter oriuntur: indè peregregiè ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus tom. 4. homil. 21. ad popul. pag. mihi 447. litt. A *Antè alia omnia linguæ impetum refrenemus, & ne ſemper loquamur. Ex multiloquio nanque non effugies peccatum. Si nempè dicendum vtile habes, aperi labia: Si nihil ſit neceſſarium, tace: melius eſt enim.*

Rixæ, & neces ex immoderātia linguæ.

Lingua refrenanda.

99 *Cain ad Abel fratrem ſuum*: Innocentes, & recti fugiant conſortium ſceleſtum hominum, quia, vel animæ, vel corporis mortis periculum habent; ergo talium fugiendæ ſunt amicitiæ ex conſilio S. Io: Chryſoſt. tom. 2. hom. prima de incomprehenſ. Dei nat. litt. C pag. mihi 376. qui dicit *Si tamen amicitiæ detrimento ſint, & ad ſocietatem ſuæ impietatis inuitent, recedendum, reſiſtendumque etiam ſi cum parentibus agitur, eruendus eſt oculus ſi offendit.*

Iuſti, & innocētes fugiant ab amicitia peſſimorū.

100 *Egrediamur foras*: Peccator dum Deum vult offendere occultum quærit locum, dicit S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abele cap. 8. *Latro diem refugit quaſi criminis teſtem; lucem adulter erubeſcit quaſi adulterij conſciam; parricida terrarum fœcunditatem fugit*: Sed quo! quo fugis miſer? Nonnè videt te Deus vbique? Audi Pſalmiſtam. Pſal. 138. verſ. 7. *Quo ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?*

Peccātor dum Deum offendit occultum locū quærit.

Deus vbique videt.

101 *Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum*: Si iuſti à malis viris perſequti ſunt, & occiſi, gaudeant, & prouidentiæ ſe remittant diuinæ; gaudeant dixi, quia *Beati*, ſcribit S. Matthæus, cap. 4. verſ. 10. *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Immò S. Cyprianus lib. 4. epiſt. 6. exhortans omnes ſic fatur, *imitemur fratres dilectiſſimi Abel iuſtum, qui initiauit martyria, dum propter iuſtitiam primus occiditur.*

Qui perſecutionē patiūtur propter iuſtitiā Beati.

102 *Vel dic: Cumque eſſent in agro &c.* Sæpè filij extra oculos parentum in ſcelera ruunt: (Religioſi extra clauſtra, & longè à facie ſuperioris, ſunt in periculo criminæ patrandi:) Vndè eleganter Rauennas Eloquentia Serm. 1. de duobus filijs, prodigo, & frugi pag. mihi 4. ad rem loquitur dicens: *Inter propinquorum lumina non valent delicta verſari. Propinquorum quot oculi, tot lucernæ. Dies eſt aſpectus matris, Sol patris, rutilat in vultu. Vndè viuentis inter tot virtutum Duces, criminum tenebræ propinquare non poſſunt.*

Filij extra oculos parentum in ſcelera ruunt.

Religioſi à facie ſuperiores longè, manent in periculo patrandi criminis.

Quot oculi parentum tot lucernæ filijs.

103 *Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus?* interrogent aliquando Confeſſarij pœnitentes reos, vt ſinè rubore aperiant crimina; Propter hoc ſcripſit S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. *Eſt quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, non deriuare culpam, ſed recognoſcere. Mitigat iudicem pudor reorum, exciteat autem pertinacia denegantium*: Et S. P. N. Auguſtinus in pſal. cit. in Polyanthea Verb. Confeſſio, vnumquemque peccatorem alloquitur. *Cur confiteri erubeſcis peccata tua? peccator ſum ſicut, & tu, homo ſum ſicut, & tu: confitere homo homini, homo peccator homini peccatori.* Ver.9.

Cōfeſſarius aliquando debet interrogare reū vt ſine rubore aperiat delictum.

104 *Qui reſpondit; neſcio*: Peccator, vt culpam excuſet non veretur dicere mendacium in confeſſione; Vide exemplum Saffiræ. Actus Apoſt. cap. 5.

105 *Qui reſpondit; neſcio*: Crimina crimina vocant, dicente Pſalmiſta. Pſal. 41. verſ. 8. *Abyſſus abyſſum inuocat*;

Abyſſus Abyſſum inuocat.

106 *Num cuſtos fratris mei ſum ego*: Vnuſquiſque debet cuſtodire proximum ſuum, ſicut ſe ipſum, in hoc enim conſiſtit vera proximi dilectio: hinc ſcripſit B. Ioannes Apoſtolus in ſua Canonica prima cap. 3. verſ. 18. & 19. *Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, ſed opere, & veritate, in hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.*

Debemus diligere proximum cuſtodiēdo ipſum.

107 *Dixitque ad eum, quid feciſti?* negare crimen notum eſt ſcelera aggrauare. Ver.10.

108 Vel dic, *quid feciſti?* correctio delictorum neceſſaria, quia malum quod non corripitur licentiùs perpetratur.

Malūquod nō corripitur licentius perpetratur.

109 Vel dic, *quid feciſti?* Religioſus debet eſſe operarius, & vitæ doctrina ſtudere ſaluti animarum, quia magis exemplo Peccatori dicitur; *quid feciſti?* vt ſe conuertat, quam lingua. At verò quid loquitur Chriſtus? Audi, Matthæus cap. 9. verſ. 37. *Meſſis multa, operarij autem pauci*, ideſt peccatores

Religioſus ſtudere debet ſaluti animarū.

multi

Quid ſibi voits meſſis multa operarij pauci.

multi operarij autem pauci, qui ſaluti eorum incumbant. Proh dolor! inquit Caietanus Sacerdotes, Miſſionarij, Predicatores, & Confeſſores qui ob vanitatem, lucrum, commoda, vel finem alium animarum curę incumbunt operarij minimè ſunt. *Non Sacerdotes*, inquit Caietanus, ſuper cap. 9. S. Matth. verſ. 37. *pauci, non confeſſores, non ſcribæ pauci, ſed operarij pauci, quia, & ſi magna multitudo eſt Sacerdotum, Doctorum, Confeſſorum, pauci tamen ſunt operarij, qui vita doctrina ſtudeant ſaluti animarum.*

Terrenas a vilis affectus vindicta.

110 *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: qui terrenis inſiſtit, & totus terræ eſt, eſt vilis admodum vindictæ affectus.

Animæ Purgatorij quæ clamant ad nos quotidiè ſubueniendo.

111 Vel dic; *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: Grandis crudelitas hæredum eſt mortuorum non ſoluere debita, & potiùs quàm animabus ſubuenire Purgatorij, earum ſubſtantias in lenocinijs conſumere, nec non ipſarum lacrimabiles voces contemnere. *Heù grandis crudelitas!* eſclamat S. Eccleſiæ Doctor Auguſtinus lib. de cura hab. pro mort. *Heù grandis crudelitas! clamant ad nos quotidie animæ illæ, quæ dùm in hac vita fuerunt, multa mala pro nobis ſuſtinere voluerunt, nec eis ſubuenire curamus.*

Quatuor Genera ſunt peccatorum quæ clamant ad Deum.

112 Hic obſerua quatuor eſſe genera peccatorum, quæ, præter cœtera, clamant in cœlum, & vindictam depoſcunt celerem.

Homicid.

Vnum eſt peccatum homicidij, de quo dixit Deus hoc loco. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

Pec. contra naturam.

113 Secundùm, eſt Sodomorum peccatum de quo dixit Deus: Gen. cap. 18. verſ. 20. *Clamor Sodomorum, & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.*

Retentio mercedis operariorum.

114 Tertium, eſt merces operariorum defraudata de qua ſcripſit B. Iacobus epiſt. cap. 5. verſ. 4. *Eccè merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.*

Pupillorũ, Viduarũ, & Pauperum oppreſſio.

115 Quartum eſt pupillorum, Viduarum, & pauperum oppreſſio. De qua dicitur. Exod. cap. 3. verſ. 9. *Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur*: & alio in loco; *Ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus*. Ibibem cap. 2. verſ. 23.

Omni peccato pœna debetur.

116 Vel dic: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Nullum eſt peccatum cui non debeatur pœna: propter hoc dicit S. Matthæus cap. 12. verſ. 36. *dico autem vobis, quoniam omnè verbum otioſum, quòd locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.*

De omni verbo otioſo ratio reddenda.

Verſ. 11 117 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, &c.* Terra etiam ad propalanda peccatorum crimina aperiet os ſuum, & vt coniuret contra diuites qui ædificarunt Domus ſanguine diuitiarum de manu pauperum ſuſceptarum clamat, & clamabit non ſolum Terra, ſed lapis de pariete in die iudicij, ſic prophetauit Abacuc cap. 2. verſ. 11. & 12. *Lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturae ædificiorum eſt reſpondebit, Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.*

Terra, & lapides aperiunt os in die iudicij cõtrà peccatores clamando.

Ver. 12.

118 *Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos*: quia fructus emanant ex viribus internis, dicendum; Actio, & operatio, externa cordis virtutem declarat ideò dixit Chriſtus. Matthæus cap. 7. verſ. 17. & 18. *Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.*

Operatio externa internã cordis manifeſtat. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, & econtrà.

119 *Vagus, & profugus eris ſuper terram*: Peccator ſemper incedit timidus ex conſcientiæ remorſu. Ad rem non minùs doctè quam eleganter ſcribit S. Ambroſius in epiſt. ad Violat. Virginis cap. 3. tom. 1. *Ipſa conſcientia ſceleris te agitat per diuerſa præcipitem (fugit enim impius nemine perſequente) & duræ peccati imagines te non ſolummodò vigilantem, ſed dormientem quoque perterrent.*

Conſciẽtia mala timendum homĩ. nõ reddit.

120 *Vagus, & profugus eris ſuper terram*: Meritum Religioſorum ex obedientia magnum varia loca peragrantium hic innuitur: Et verè ò magna Religioſorum illorum, merces in futura ciuitate, qui in hac vita ex obedientia ciuitatem manentem non habuere! *exeamus igitur ad eum*, ideſt ad IESVM ſcribit Apoſtolus ad hebræos cap. 13. verſ. 13. & 14. *extra caſtra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.*

Meritum Religioſorũ ex obediẽtia varia loca peragrantium.

In hac vita religioſus non habet permanẽtẽ ciuitatẽ.

Ver. 13.

121 *Dixitque Cain ad Dominum maior eſt iniquitas mea, quam, vt veniam merear*. Qui ſacrilegè confitetur ponit ſe euidenti periculò deſperationis.

122 Vel dic. *Dixitque &c.* Quæcumque ſit iniquitas quodcumque apud Deum, & eius miſericordiam remedium præparatum ſi pœnitens accederit peccator. Audi Ezechielem cap. 18. verſ. 21. *Si impius egerit pœnitentiam &c. Vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus eſt non recordabor ampliùs.*

Peccatori pœnitenti quæcumque remittitur culpa.

123 Vel dic. Qualecumque crimen peccator ſe comiſiſſe cognouerit, non deſperet de miſericordia Dei, quia dicit S. Ioannes Chryſoſtomus tom. 4. hom. 40. de pœn. litt. B pag. mihi 515. *Nullum eſt animæ vulnus incurabile. In corpore quidem multa ſunt talia, in anima verò nullum: & pro illis quidem laborare non deſinimus, pro his verò torpemus. Nonnè vides Latronem, quam breui tempore curatum eſt?*

Nemo deſperet de miſericordia Dei.

Nullum eſt animæ vulnus incurabile.

124 *Eccè eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar*; Humilitas de peccato- Ver. 14.

rum

Humilitas prodeſt multum peccatoribus ad veniā merendam.

rum orta confuſione multum valet ad veniam conſequendam; Publicanum vide, qui ad ianuam templi humilitèr proſtratus peccatorum confuſione retentus, nolens (S. Lucas cap.18.ver.13. & 14.) *Oculos ſuos ad cælum leuare, deſcendit poſteà iuſtificatus in domum ſuam.*

Fuga in occaſionib. peccati neceſſaria ſi palmam reportare cupitur.

125 *Et ero vagus, & profugus in terra*: Peccator non ſolum debet eſſe elongatus à peccato, ſed ab occaſionibus eius, immò ſi de occaſionibus palmam deſiderat obtinere, vagus, profugus, & fugiens ſit in terra, nam ſcribit S.P.N. Auguſtinus ſerm.250. de tempore. *In occaſione peccandi apprehende fugam ſi vis inuenire victoriam, nec tibi verecundum ſit fugere, ſi palmam deſideras obtinere.*

Peccator omnia timet.

Iuſtus nihil timet.

126 *Omnis igitur qui inuenerit me occidet me*: quando peccator longè à Deo ſe cognoſcit propter delicta, timet (etiamſi ſit ſecurus in loco) de omni creatura. En malæ conſcientiæ pauor: econtrariò iuſtus, vt leo confidit; & cum Regio dicit Vate Pſal.22.verſ.4. *Niſi ambulauero in medio vmbra mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Verſ.15

Qui periculo alieno cautior nō ſit grauiori eſt dignus ſupplicio.

127 *Dixitque ei Dominus: nequaquam ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*: Grauiori etenim dignus ſupplicio, qui conſcius ſuppliciorum, quibus Deus piacula eadem vulnerauit, alieno periculo cautior non fuit. Ergo alieno diſce ab exemplo, quia ſcribit S. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel in fine *qui aliorum exemplo non corrigitur, grauius delinquit.*

128 *Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum*: ſæpè Deus non affligit malos vt duriùs puniat in gæhenna: ſic Dauid Semeum non puniuit de iniuria, vt duriùs puniret eum Salomon.

Quatuor genera ſignorum.

129 Vel dic: *poſuitque Dominus ſignum, &c.* Quatuor ſunt genera ſignorum. Eſt enim ſignum bonum in bono, quando apparet homo bonus exteriùs, vel per religionem, vel per miracula, & talis eſt interius: vndè Dauid Pſal.85. verſ.17. *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur.* Per miracula, *Stephanus faciebat prodigia, & ſigna magna in Populo.* Actus Apoſt.cap.6.verſ. 8. Audiſtis quia ex omni tribu filiorum Iſrael duodecim millia ſignati ſunt, ſigno Dei viui Apoc. cap. 7. verſ.3. vſquè ad 8. vt dicerent Pſal.4. verſ. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, de talibus dictum eſt in Canticis cap. 4. verſ.1. *Quam pulchra es amica mea quam pulchra es! oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecùs latet.*

Signum bonum in bono.

Signū malum in malo.

Signū malum in bono.

Signum bonum in malo.

130 Eſt ſignum malum in malo, quando homini, vel factum, vel aliquid exteriùs accidit, vndè interiùs perpenditur malus, ſicut Cain: *Poſuit Dominus Cain ſignum*; vel ſicut illi, *qui poſuerunt ſigna ſua ſigna*, Pſal.73. verſ.5. de his enim dicitur Matthæus cap. 15. verſ.19. *De corde enim exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemia.*

De corde iniquorum exeunt omnia mala.

Tribulatio habet ſignū malum in bono.

131 Eſt ſignum malum in bono, quando alicui accidit infortunium; vndè videtur eſſe malus aliquibus, quia putant eum flagellari à Deo pro peccatis ſuis; ſicut putauerunt amici Iob de ipſo, eum tamen illud flagellum eſſet ei in bonum, quia ad meritum. Tales dicunt: Poſuerunt me *quaſi ſignum ad ſagittam* Thren.cap.3.verſ.12. Sagitta enim vulnerat ſignum, ad quod mittitur. Tales conſolatur Apoſtolus ſic: *Licet is qui foris eſt noſter homo, corrumpatur: tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem*, ad Corinth.2.cap.4.verſ.16.

Hypocritæ habent ſignum bonum in malo, & dicuntur ſepulchra dealbata.

132 Eſt ſignum bonum in malo, quando aliquis per miracula, vel religionem forinſecam, vel etiam mundanam proſperitatem, bonus apparet, cum ſit tamen malus, vel ſua proſperitas ei arridet in malum ſuum. Per miracula videntur boni; tales in iudicio dicunt: *Domine, nonnè in nomine tuo ſigna fecimus!* Quibus reſpondebitur, *Neſcio vos*, de talibus dictum eſt Matth.cap. 23.Verſ.27. quod ſint *ſimiles ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plana ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.*

133 *Egreſſuſque Cain à facie Domini*: (Peccator elongatur à Deo per culpam.) Verſ.16

Peccator viſinus habitat Paradiſo, quia retinet ſpem ſaluandi, ſi voluerit.

134 *Habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden*: etiam malus moratur vicinus paradiſo, quia retinet ſpem ſalutis, & ſaluari poteſt ſi voluerit, & beatus fieri: Hinc S. Ioan: Chryſoſtomus tom. 3. hom. 78. in cap.21. Matth. lit. B. pag. mihi 379. eleganter dicit *Quis miſerior Paulò? ſed vas electionis conſtitutus eſt. Quis Matthæo peior? ſed Apoſtolis eſt connumeratus.* Vide nunc quantùm hominem reddat pœnitentia beatum.

135 *Cognouit autem Cain Vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch*: ex patre malo naſcitur filius malus: ſicut dicit Hugo de S. Victore. *Cognouit Cain Vxorem ſuam &c. Vt indicetur, quod de parentibus peccatoribus, & filij naſcerentur peccatores.* Ver.17.

Ex parente peccatore peccator filius naſcitur.

Peccatores hic quærūt, & putant ſtabile eſſe domiciliū.

136 *Et ædificauit Ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch*: Peccatores hìc ſtabile quærunt, & putant eſſe domicilium: dicentes ſicuti Turris Babel inſani fabricatores Geneſ.cap.11. Verſ. 4. & 8. *Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum.* Sed quid accidit? Audi, *diuiſit eos Dominus ex illo loco*: ſic & talibus eueniet.

Maledictus homo qui confidit in homine.

137 Vel; *Et ædificauit Ciuitatem*: Peruerſus homo plus fidit de creatura, quam de ipſo Deo. Vndè propter hoc dixit Ieremias cap.17.Verſ.5. *Hæc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in hominem*: & econtrà Canit Pſalmiſta Pſal.117. Verſ.8. *Bonum eſt confidere*

fidere

ſidere in Domino , quam confidere in homine .

Nimia filiorum dilectio parentes excæcat .

138 *Vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch* : nimia filiorum dilectio excæcat parentes , adeò vt non in bona educati curà , filij ipſi ad ſcelera currant , Deum ignorent , fidem neſcient , Dœmonem adorent, immò ipſum Dœmonem portent, quia ipſius ſunt in cuſtodia ; vndè ad rem inquit Chryſologus Serm.51. de Dæmoniaco , ſurdo , & muto pag. mihi 177. *replentur Dæmone paruuli , quando à parentibus ſuis offeruntur Diabolo , Dæmonum ducuntur ad curam .*

Verſ.18 139 *Porrò Henoch genuit Irad , & Irad genuit Maniael , & Mauiael genuit Mathuſael, & Matuſael genuit Lamech* : Sæpè è parentibus malis fiunt generationes numeroſæ , vt filij qui naſcuntur ponant ſpem in Domino , legem eius obſeruent ne fiant ſicut patres eorum : Eccè quam clarè hoc profetauit Pſalmiſta dicens Pſalm.77. verſ.6.7. & 8. *Filij qui naſcentur , & exurgent , & narrabunt filijs ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuam , & non obliuiſcantur operum Dei: & mandata eius exquirant . Ne fiant ſicut patres eorum : generatio praua , & exaſperans .*

Qui Luxuria operam dat duo crimina cõmittit .

à fide demoare incipit, qui Luxuria operam dare incipit .

Ver.19. 140 *Qui accepit duas vxores , nomen vni Ada, & nomen alteri Sella* : Qui Luxuriæ cœperit , in duo principaliter cadit ſcelera , in carnis opprobria , & in Sacrilegia mentis, ideò dicitur Lamech duas accepit vxores ; Hoc totum inſinuat S. Ambroſius lib. 6. epiſtolar. epiſt.8. ad Sabinum in fine tom. 3. dicendo , *Vbi autem cœperit quis Luxuriari , incipit deuiare à fide . Ità duo maxima committit crimina , opprobria carnis , & mentis ſacrilegia .*

Ver.20. 141 *Genuitque Ada Iabel qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque Paſtorum* : Nam quemadmodum à parente aſſolet propagari poſteritas , *ſic inuentores ſua actionis æmulatores generant* : dicit ibidem Eſcobar .

Homo quærit lætari , & iucundè viuere .

Verſ.21 142 *Et nomen fratris eius Iubal ipſe fuit pater canentium, cithara, & organo*: Homo quærit lætari, & iucundè viuere : Vtinam! talibus inſtrumentis cithara , & organo , laudarent Dominum mortales, obediendo Regio Vati, qui dicit omnibus : *Laudate Dominum..... in ſono tubæ..... in tympano , & choro..... in chordis , & organo..... in cymbalis beneſonantibus....... in cymbalis iubilationis omnis ſpiritus laudet Dominum* . Pſal.150. verſ. 3. vſquè ad finem .

Verſ.22 143 *Sella quoque genuit Tubalcain , qui fuit malleator , & faber in cuncta opera æris, & ferri* : Non eſt homo ſua ſorte contentus , & ſemper noua quærit, vt magis aptet , & maiores ſuas reddat commoditates .

Murmuratio fuit ab initio mundi .

144 Vel dic : ſi Tubalcain inuentor fuit limæ , & per hanc murmuratio intelligatur ; quod à principio mundi fuit murmuratio in homine : O ſcelus nefandum ! ſic à principio cum mundo ortum habuiſti , vt nunquam occaſum ferre credas , niſi cum orbis fine terminum ſperare putas? ò lingua maledica hominis ! ò murmurantis indomabilis lingua ! ergo *omnis enim natura beſtiarum , & volucrum , & ſerpentum , & cæterorum domantur , & domita ſunt à natura humana* ; inquit S. Iacob epiſt. cap.3. verſ.7. & 8. Linguam autem nullus homo domare poterit? Sic eſt: *lingua modicum quidem membrum eſt*, idem ibidem verſ. 5. indomabile eſt inquit S.P.N. Auguſtinus Serm.4. de Verbis Domini . *Linguam nullus hominum domare poteſt: Homo domat feram non domat linguam, domat Leonem ; & non frenat Sermonem ; domat ipſe , & non domat ſe ipſum .*

Omnia ferarum Genera domātur, lingua domari nō poteſt .

145 *Soror verò Tubalcain Noema* : nimis curat mulier circa veſtimenta : Sed Mediolanenſium Paſtorem audiant qui veſtimenta curant . *Refert igitur* , inquit , *conſiderare qualis aſcendat . Nudum video : talis ergo aſcendat , qui ſeculum vincere parat , vt ſeculi adiumenta non quærat . Victus eſt Adam , qui veſtimenta quæſiuit : Vicit ille , qui tegumenta depoſuit . Et talis aſcendit , quales nos auctore Deo natura formauit* . Hic S. Ambroſius loquitur de Chriſto Domino noſtro querendo, quare expoliatus veſtibus ſit crucifixus : Sed retuli auctoritatem , quia ad rem facit , & eſt in lib.10. ſuper Lucam cap.20. tom.5.

146 *Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ , & Sellæ* : Decipitur qui capit conſilium à fœminis . Verſ.23

147 *Audite vocem meam vxores Lamech* : Vxor audire debet vocem marlti .

148 *Auſcultate ſermonem meum* : Et quæ verbo audit opere complere .

149 *Occidi virum in vulnus meum*: Qui ferro vulnerat exitialiter , ferro aſſolet deperire .

Qui gladio ferit , gladio perit .

150 *Et adoleſcentulum in liuorem meum*: Pater tenetur corrigere filios , ſed non verberare eos ſic, vt mortem eorum generet .

151 Vel dic, *Dixitque Lamech vxoribus ſuis, & occidi virum , &c.* Corrector debet eſſe oculatus , quando corrigit proximum de crimine , ne loco percutiendi peccatum , naturam vulneret : ſic fatur Vgo Cardinalis in cap. 9. Ioannis , non minùs eruditè , quam ſapienter : *Multi ſunt cæci* , inquit, *qui quando in alijs debent percutere peccatum percutiant naturam , quod ſignificatum eſt in Lamech , qui credens interficere feram , interfecit Cain , ſed vitia extinguenda ſunt , non natura .*

In Correctione debita eſt ſeruāda cautela .

152 *Septuplum vltio dabitur de Cain : de Lamech verò ſeptuagies ſepties* : Peccatores non ſunt occidendi, ſed puniendi à Deo . Verſ.24

Vel dic ; qui alium occidit , ſe trucidandum in futuro putat .

153 *Cognouitque Adam vxorem, &c. & peperit , &c.* Iuſti habent Chriſtum pro ſe . Ver.25.

153 Vel dic : Quando boni humiliantur à malis extolluntur à Deo .

Vel

Vel dic : ſi vis creſcere coram Deo in æterna generatione cæli *de fundamento priùs cogita humilitatis*. Nam Seth Fundamentum interpretatur.

Verſ.26 155 *Sed, & Seth natus eſt filius quem vocauit Enos: iſte capit inuocare nomen Domini*: Vera deuotio facit bonam orationem, & *oratio humiliantis ſe*, dicit Eccleſiaſticus cap. 35. Verſ.21. *nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur: & non diſcedet donec Altiſſimus reſpiciat*.

156 *Iſte capit inuocare nomen Domini*: ideſt nomen *Adonai*, ſicut in litera expoſuimus, Sed de *Adonai* attende quid ſentiendum.

Dei nomẽ, & Verbum quatruplici expoſitat. inſignitum honore.

In iſto nomine quatuor modis conſidera Deum; ideſt Dominum, Ducem, Ignem, & Legiſlatorem.

Deus Dominus.

157 Eſt Dominus, quo protegimur à conuentu malignantium, vt liberemur à iugo Diaboli de quo dicitur Pſal.63. Verſ.2. *Protexiſti me à conuentu malignantium à multitudine operantium iniquitatem*.

158 Eſt Dux, quem ſequimur ad prælium, vt poſſimus reſiſtere in die malo, de quo dicitur Exod.cap.15. Verſ. 13. *Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti*. *Deus Dux.*

159 Eſt ignis, quo accendimur ad diligendum vt audiamus (Prou. cap.8. verſ. 17.) *Ego diligentes me diligo*, & (S. Ioannes cap. 14. Verſ.23. & 21.) *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & diligetur à Patre meo*. De quo dicitur Lucæ cap. 12. Verſ. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur?* *Deus ignis.*

160 Eſt Legiſlator, quo inſtruimur ad rectè viuendum, Paul. ad Titum cap. 2. verſ. 12. *Vt ſobriè, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo*; hinc quærebat Dauid dicens Pſal. 118. Verſ. 33. *Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum; & exquiram eam ſemper*. *Deus Legiſlator.*

DVBIA SACRA
IN CAPVT IV. GENESIS.

Ver. 1 §. 1 QVare Eua poſtquam peperit Cain, Deum agnoſcere monſtrat, dicens, *poſſedi hominem per Deum*, quem paulo antè peccando, & offendendo ignorare oſtendit? quia nonniſi in tribulationibus cognoſcitur verè Deus: dolores partus quos nunquam probauerat Eua, & cognoſcere, & timere fecerunt Deum: hæc meditatur S. Baſilius Seleucus in orat.4. *Ex hoc enim, & multis alijs colligitur, Adam, & Euam reductos ad Dei timorem, & cultum, quia primum ſuum partum accepiſſent à Deo, firmiſſima fide profitentur: Vndè vexatio, dedit eis intellectum*: Siccinè tantum valet tribulatio? Vtinam, vtinam Domine flagellet nunc impios dextera tua, vt te agnoſcant, agnitum timeant, timentes rectè diligant te! nam inquit Sapientiſſimus Idiota in lib. de Patientia. *Flagello tuo puriſſimo puluis excutitur, & exteriori vulnere ſanatur plaga interior*.

In Tribulationibus cognoſcitur Deus.

Domini flagello ſanatur plaga cordis interior.

Verſ.1 2 Quare Eua nomen Caino adiecit, beneficium acceptum importans? Procopius reſpondet. *Vt eo audito, ſemper admoneamur, ſe eſſe donum Dei, pro quo nunc immortali numini gratias egit*.

Diuina beneficia grato animo recolenda.

Verſ.1 3 Quare dicitur *Adam cognouit vxorem ſuam Heuam*? Vt oſtenderetur, quod mulieris dos eſt vir: in connubijs mos eſt homines dotem accipere à ſponſa, ſponſa autem quam dotem accipit à viro? virum ipſum: Ergo ad rem; *Adam verò cognouit vxorem ſuam Heuam, &c. eccè*, inquit, Seleucienſis Baſilius in orat.3. *Sponſam diuina factam manu, in dotem creaturam datam*.

Vir eſt Dos mulieris.

4 Quare cum Cain prior ſit natus, Abelo poſthabetur officio; dum dicitur, *fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain Agricola*? Quia non ætas in officijs maior cognoſcitur meritò, ſed meritum ætate: hinc vbi de annorum maioritate fit mentio, prænominatur Cain vt ætate ſenior cognoſcatur. Idem verò de ætate ſenior cognitus, in muneris prælatione cedat Abelo iuniori; hoc totum Elucidans Luculenter S. Ambroſius adnotauit lib.1. de Cain, & Abel cap.3. *Rectè ergo vbi naſcuntur hi fratres, ſeruatur etiam in prædicando ordo naturæ: Vbi verò exprimitur diſciplina viuendi, ſeniori iunior antefertur: quia etſi tempore iunior, virtute præſtantior eſt, quam malitia, & quadam ſuppar ætate: ſed meritorum nobilitate antiquior, ſenectus enim venerabilis eſt, non annis incana, ſed moribus. Et ætas, inquit, ſenectutis vita immaculata. Vbi ergo generatio exprimitur, præueniat Cain: vbi diſciplinarum fit prædicatio, præcurrat Abel*. Verſ. 2.

Ætas non ſuper eſt ad meritum, ſed meritũ ad ætatem.

Senectus eſt venerabilis non annis incana, ſed moribus.

5 Quare priùs naſcitur Cain, ſi poſthabendus erat Abelo? quia priùs in rerum natura naſcitur Cain, ideſt malum, ſe ipſum præferens; natura enim primatum exambit: & antè in nobis naſcitur Caini vitium, quam virtus Abeli: & hunc locum tractans S. Ambroſius ibidem vbi ſuprà, ità ſcribit. *Ideò in nobis antè naſcitur Cain ſe ipſum præferens;* Verſ.2

Antè in nobis naſcitur Caini vitium quã virtus Abeli.

rens: poſteà Abel generatur, in quo ſit reuerentia diuinitatis. Priùs ergò irrepit quod malum eſt, poſtea agnoſcitur quod bonum eſt. Vbi autem bonum; ibi iuſtum: vbi iuſtitia, ibi ſanctitas, hoc eſt Abel, qui adhæret Deo.

Verſ. 3. 6 Quare Cain offerebat Domino munera de fructibus terræ, & non de primitijs fructuum terræ? Quia peccator auarus quod eſt optimum in ſuam ſemper reſeruat offenſam, & quod eſt peſſimum pauperibus pro eleemoſina donat. Pulchrè ſcribit de hac re S. Petrus Chryſologus ſerm. 109. in verba Apoſt. obſecro &c. pag. mihi 383. *Probat*, inquit, *hoc Cain, qui cum Deo parua à quo totum perceperat ingratus Pontifex ſic diuiſit, vt quod erat, peſſimum, hoc adoleret altari: quod erat optimum, in ſuam reſeruaret offenſam.*

Auarus peccator quod eſt optimum in ſuam reſeruat offenſam. Pauperibus meliora ſũt offerenda, non peiora pro eleemoſina.

Ver. 4. 7 Quare Abel offerendo de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum dicitur *reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius* non autem ſic de Cain? Vt cognoſceretur Abel iuſtus, & à Deo præpoſitus Cain propter humile cor eius, quo numini meliora offerebat ſacrificia: præſtò eſt Eccleſiaſticus dicens cap. 11. Verſ. 13. *Et oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius.*

Iuſtus, humilis à Deo reſpicitur, vt exaltetur.

Verſ. 5 8 Quare *iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius* poſtquam Dominus reſpexit ad munera Abel, & non anteà? quia quando virtus declaratur odia excitantur. Sic bellè S. Io. Chryſoſtomus tom. 2. lib. 2. de Prouid. lit. D. pag. mihi 245. *Abel quidem*, inquit, *quandiù nullum excellens virtutis ſuæ documentum dedit agnoſcebat illum frater. vbi verò ex ſacrificio placuit, clarusque meritis eluxit, tum iam naturam quoque ipſam ille ignorauit.*

Cum virtus declaratur odia excitãtur.

Verſ. 5 9 Quare ſcripſit Moyſes *iratuſque eſt Cain vehementer?* Vt Caini indicaret reatum: nam (vt bellè alias dixit Ennodius lib. 2. epiſt. 12.) *reum ira manifeſtat.*

Reum ira manifeſtat.

Ver. 5 10 Quare iratus eſt Cain poſtquam Deus Abeli munera acceptauit, & non priùs? quia inuidus de alieno bono tabeſcit, & miſerè eliquatur: ſic graphicè deſcribens dicit S. Antiochus homil. 55. *Planè inuidia vehemens, atque atrox malum, ac modis omnibus crudele eſt; qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcruciatur, contabeſcit, miſerè eliquatur totus: Inuidia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimento tinea; ita cor denique, & faciem eius conficit, ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius manus incidit.* O liuor liuidi *tabes!* ò inuidia inuidi *eliquatio!* ò ſapienter rationabilis pœna, ſui vltrix æquiſſima!

Inuidus de bono alieno tabeſcit.

Inuidia quaſi vermis in ligno; ita in hominis corde.

Verſ. 5 11 Quare Cain triſtis factus eſt? Quia quando mens eſt bona, & recta conſcientia gratulatur; quando autem mens eſt peſſima triſtatur homo, & triſtitia ſignum euidens eſt teſtimonium verum malæ conſcientiæ; moraliter, & Peregregiè S. Ambroſius (impreſs. Pariſ. tom. 1. lib. 2. de Abel, & Cain cap. 6. lit. B. columna mihi 201.) opportunus eſt dicens. *Deniquè condemnati oblator muneris Cain, quia pro conſcientia in ſincera oblationis intellexit Deo ſacrificium ſuum non probatum, triſtis eſt factus. Quando enim mens ſibi rectè eſt conſcia, gratulatur, & infuſione quadam ſpiritali repletur animus gaudio, cum alicuius vel ſtudia, vel opera à Deo probantur. Triſtitia igitur Cain, conſcientiæ, Teſtimonium, repulſæ iudicium eſt.*

Conſcientia bona lætitiam parit, triſtitiam autem mala.

12 Quare Deus reiectis Caini frugibus, dicit eidem *quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Vt cognoſceret ſe Cain, & cor ſibi diuiſum videndo vniret, & Deum diligendo enatam è cordis diuiſione mœſtitiam tolleret: nam Cain inuidiæ morbo correptus, diuiſus fuit, & alius ſibi, fratri alius, alius Deo erat; & indè enata fuit hæc alta triſtitia; quam ſi ad ſe rediens, ſibi, & alijs vnus foret, & illam proculdubio excuſſiſſet, & in lætam hilaritatem commutaſſet. Opportunè Regius Vates Pſal. 85. Verſ. 11. *Lætetur cor meum*, canebat, *vt timeat nomen tuum.* Pro ly *lætetur* Aquila vertit, *vnicè ac ſolitariè ſit cor meum*; Symmachus, *aduna cor meum*; S. Hieronymus *vnicum fac cor meum*. O ſynonyma moraliſſimè peregrina! *Lætari* perindè eſt, ac *adunatum*, vel *vnicum cor* habere. Duplicitas cordis, mæſtitiæ matrix, comes, aut ſequela eſt: Hinc S. P. N. Auguſtinus volens nos ſuos filios lætum habere cor, vt timeamus nomen Domini, vnitatem cordis inter nos eſſe iuſſit in ſua regula Fratrum Erem. in initio dicens. *Hæc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituti, Primum propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo* (nota quæ ſubdit) *& ſit vobis ANIMA VNA, ET COR VNVM in Deo*: O fœlix cordium vnitas, quorum vinculum charitas eſt, ligamen Pax, lætitia Deus! Verſ. 6

Qui vnum cor habet exors eſt triſtitia, & ſemper eſt lætus.

Duplicitas cordis mæſtitiæ matrix eſt.

Religioſi, & Præcipuè Eremi, tanquam debẽt habere animam vnã, & cor vnũ in Deo.

13 Quare ſciens Deus, quia conciderit Caini facies, cauſam ab eo inquirit? vt oſtenderet, & doceret nos quod morum bonitas eſt ex gratia ſua; prauitas autem, & mali effectus ex ingenita vitioſitate naturæ procedunt. *Benignus Deus* (dicit Caietanus) *ab effectibus, à turbato animo, à caſu vultus, tanquam inquirendo cauſam procedit, manifeſtaturus, quod nulla eſſet externa cauſa horum effectuum, hoc eſt, quod non ego, non Abel, ſed tu ipſe cauſa es horum effectuum?* Verſ. 6

Non Deus, ſed nos ipſi cauſa prauorum effectuum.

14 Quare cum Cain iam Deum offendiſſet, & in peſſima ſacrificij oblatione, & in corde inuidia, & ira pleno contrà fratrem, Deus ipſe non ſolùm minimè puniuit, ſed ſimulans neſcire mæſtitiæ eius cauſam, *quare iratus es? & cur concidit facies tua?* ipſum interrogat, ſi ſolo crimine patrato, Angelum in cœlo, Adamum in Eden ſtatim damnatos anteà iaculis vindictæ ſuæ puniuit eos? Quia voluit oſtendere poſt peccatum Adæ quanta ſit ſua miſericordia ergà homines expe- Verſ. 6.

I ctans,

Magna miſericordia Domini expectãs, diſſimulãs, & ſuſtinẽs vſquè ad ſenectutẽ, & ſenium Peccatores,

ctans, diſſimulans, & vſquè ad ſenectutem, & ſenium ſuſtinens. O quam bellè, ſed non ſine ſtupore, ſic fatur D. Bernardus impreſs. Pariſ. Serm. de triplic. miſericordia, &c. litt. M & A pag. mihi 89. col. 4. & 90. col. 1. *Magna planè, magna omninò miſericordia, expectatio Domini eſt. Nam peccantem Angelum omnino non expectauit, ſed præcipitauit: hominem quoque peccantem non diſtulit, ſed protinùs expulit de Paradiſo. Nunc iam expectat: diſſimulat, ſuſtinet decem annis, viginti, vſquè ad ſenectutem, & Senium.*

Verſ. 7. 15 Quare Dominus loquendo cum impio Caino dixit: *Nonnè ſi benè egeris recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit?* Vt intelligeret Cain, & in ipſo mortales omnes, Syndereſis dictamen non tam à natura, aut Angelo, quàm à ſummo Deo in cordibus noſtris ſcriptum eſſe. Et ſic, de hac Dei ad Cainum locutione ſcribit Caietanus. *Dixitque Dominus ad eum: Nomen eſt Tetagrammaton, ut intelligamus, quod ipſe ſupremus Deus homines peccatores alloqui non dedignetur. Sed quo dicendi genere locutus fuerit Deus ſcriptum non eſt..... Inſinuare videtur, quod illo modo locutus eſt, quo ſecundum ſuauem humani generis gubernationem, conſueuit alloqui homines poſt peccatum, arguendo mediante interno Syndereſis ſermone, vt reſipiſcant. Vt hinc diſcamus officium Syndereſis attribuere, non naturę, aut Angelo, ſed ipſi Summo Deo, qui dat eſſe omnibus, quæ ſunt.*

Syndereſis dictamen non naturæ, aut Angelo, ſed ipſi ſummo Deo attribuendum.

Verſ. 7 16 Quare dixit Deus *in foribus peccatum aderit?* Quia peccatum dupliciter in foribus conſcientiæ eſt, vel *vt exeat* per pœnitentiam, vel *vt intret* per conſuetudinem Ità fatur Victorinus Hugo in Annotationibus: *Duabus de cauſis dicitur aliquid in foribus eſſe, vel vt intret, vel vt exeat: ſimiliter hic de peccato poteſt intelligi.*

Peccatum eſt in foribus dupliciter, vt exeat per pœnitẽtiam, vel vt intret per cõſuetudinẽ.

Verſ. 7 17 Quarè Veritas dixit æterna; *ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius?* Vt diſceret peccator nullam in delicto excuſationem allegare, quia in poteſtate eius eſt crimen deuitare; hinc S. Bernardus Serm. de Aſcenſ. omnibus, & ſingulis ſic eleganter dicit, *conculca beſtiales motus, quia domari debent, ne dominari præualeant; niſi enim conculcati fuerint, conculcabunt nos, niſi præmantur, oppriment nos.*

Peccator nullam in delicto excuſationẽ allegare poteſt. In poteſtate eius eſt deuitare crimina.

Verſ. 8 18 Quare dixit Cain; *Egrediamur foras* in agro vti colligitur ex ſequenti, *cumque eſſent in agro*, & non in Paradiſo, vbi poma florent, vel in aliquo culto, & fructifero loco? S. Ambroſius tom. 1. lib. 2. de Abel, & Cain cap. 8. litt. H. & I col. 204. mihi, impreſs. Pariſienſi: qui dubium ponit elegantiſſimè ſoluit: *Quid ſibi vult*, inquit, *quod ait eamus in campum: niſi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio? Vbi eum frater habebat occidi niſi vbi fructus deeſſet? Tamquam præſagiens natura tanti ſceleris loco germina denegauerat: quia non conueniebat, vt idem ſolum, & contagia parricidialis ſanguinis reciperet præter naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret. Meritò ipſe dicit, Eamus in campum. Non dicit, Eamus in Paradiſum, vbi poma florent, non in aliquem cultum, & fructiferum locum, ipſi Parricidæ indicant fructum ſe ſceleris habere non poſſe, nec pænes eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerint officium. Nam ipſam refugiunt elementorum benignitatem, vt iſte Cain, qui videtur veritus, ne largior boni terra prouentus triſte facinus impediret, & liberalitatis aſſuetudine genitalis qua facit ſibi ſatus, & fructus varios germinaſcere, in hoc quoque criminis apparatu, vel muta ſpecie ſui fraternum reuocaret affectum.*

Parricida loca ſolitaria ad facinus patrandum quærunt.

Parricidæ ſceleris fructum habere non poſſunt.

Propter ſcelus hominum & ipſa elementa damnãtur.

19 Quare dicitur *conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum?* Vt (ſi poſteà legendum erat Caini ſtirpem, & ſucceſſionem peſſimam eſſe) agnoſceretur cauſa; dicitur conſurrexit &c. quia mali exempli vis potentiſſima eſt, & paternam malitiam poſteritas hæreditat, Eloquenter S. Baſilius Seleucus orat. 6. hac ſuper re ità fatur: *Cainus quidem fraternam dexteram cum purpuraſſet, lento tormento adiudicatur; poſt eadem ſpectatoribus ipſe de cæde lex extitit. Nactus verò progeniem in mores nefarios ſuccedentem, reliquit etiam poſteros deuotionis hæredes*, O millies peſſimus pſeudolegislator Cain, Sicariorum Protopater! Parum eſt impiè furioſi ſceleris tot reliquiſſe hæredes, quot poſteros, qui paternam cruentè hæreditarent audaciam hactènus inuiſam, niſi *poſt eadem ſpectatoribus ipſe de cæde lex extitiſſet.* Verſ. 8

Mali exempli vis potentiſſima.

Paternam malitiam poſteritas hæreditat. Cainus poſt eadem ſpectatoribus de cæde lex extitit.

20 Quare Abel iuſtus mortalium primus moritur, & Adam peccator primus, perdiù mortalis viuit? Theodoretus quæſt. 46. in Geneſim, hoc dubium compoſuit talibus verbis: *Quare cum Adam peccaſſet, iuſtus Abel primus mortuus eſt?* Reſpondet ipſe ſibi qua ſolet ingenij ſubtilitate: *Si Adam prior obijſſet, firmiori fundamento mors uteretur, primum mortuum excipiens peccatorem. Quia verò primum recepit eum, qui iniuſtè occiſus erat, dubium fundamentum habet.* Indè non præuaricator Adam, ſed Abel iuſtus parricidiali occumbit gladio, vt mors ſaltem *dubium fundamentum habeat.* Quo innoteſcat quàm ſit pretioſa mors cruenta Sanctorum, & quam ſumptuosè virtus æſtimet martyrum calamitates, cruciatus, mortes, ideò non Adam, ſed *Abel iuſtus primus mortuus eſt.* Verſ. 8

Mors dubiũ habet fundamẽtum.

Mors pretioſa ſanctorum.

21 Quare Dominus Cainum ſciens tantę inhumanitatis auctorem; tam benignè cum eo agit dicens: *Vbi eſt Abel frater tuus?* Et non potiùs eum compellit impium, crudelem, qui auſus eſt ſanguinem fratris ſui fundere? Vt intelligerent Iudices à verbis duris cum reis abſtinere, ne aſperitate crimina delinquentum diminuantur, & integritas iudicij deuenuſtetur. Audi quam bellè Caietanus confirmat quod dictum eſt, ſu- Verſ. 9

Iudex caueat à contumelioſis verbis ne iudicij integritas fœdetur.

per

per hæc verba , *vbi eſt Abel frater tuus ? Non aliqua vtitur contumelia* , ait , *non inquit , ò ſceleſte , ſed abſolutè inquirit , ad inſtruendos iudices , vt abſtineant à contumelijs* .

Verſ.9 22 Quare Cain Reſpondit ſe neſcire de fratre ſuo ? Quia teſte carens humano , inhumano ſe putat caruiſſe facinore : ò friuolam imputati delicti excuſationem ! Qui ſcelus in conſcientia legit , nonnè legit in manu ? Satis rem monſtrat totam S. Zeno Veronenſis Serm. de patientia litt. E col. mihi 764. tom. 2. biblioth. Vet. PP. impreſs. Pariſien. qui ſuper hæc verba ſcribit *Miratur* , ait , *orbis nouus ſe duobus anguſtum mirantur elementa hominem , qui factus ſit ad imaginem , & ſimilitudinem Dei poſſe iugulari , & hoc à fratre . Erubeſcit rudis terra pio ſanguine imbuta* . (attende ad hæc) *ſolus Cain exultat infælix ; quod teſte caret , putat ſe caruiſſe facinore , quem Deus vidit , quem conſcientia redarguit , quem fratris ſanguis accuſat* . Ergo Audi Peccator , & meditare , Falſata neſcientia , crimen dum excuſat accuſat .

Peccator quando teſte caret ſceleris ſui , putat ſe caruiſſe facinore .

Falſata neſcientia crimen dũ excuſat accuſat .

Verſ.9 23 Quare dixit Cain , *num cuſtos fratris mei ſum ego* ? Quia cum conſcientia accuſabat , nam quando fratrem cuſtodire debebat (quia grandior ætate ,) ipſum interfecit . Præſto eſt S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 19. in cap. 4. Gen. litt. C pag. mihi 90. *Cogita hic obſecro* , inquit , *conſcientiæ accuſationem , & quomodo qui conſcientia impellebatur (vt ita dicam) non poteſt dicere , Haud ſcio : ſed ſubdit , Num Cuſtos fratris mei ſum ego ? quaſi ſeipſum reprehendens . Tametſi , quia grandior ætate , etiam ſecundùm naturæ leges cuſtodem fraternæ ſalutis eſſe te oportebat . Hoc enim natura decreuit , & oportet eos , qui ex eodem vtero nati ſunt mutuò eſſe cuſtodes* .

Grandior ætate ſecũdum leges naturæ cuſtos fratris ſalutis eſſe debet .

Qui ex eodem vtero nati ſunt mutuò ſe debent cuſtodire .

Verſ.10 24 Quare Vox ſanguinis fratris innocenter occiſi clamabat de Terra ? Quia licèt homo qui occiditur occiſori parcat , Terra tamen nunquam parcit ; S. Ambroſius impreſs. Pariſ. tom. 1. lib. 2. de Abel , & Cain cap. 9. litt. F col. mihi 205. hæc meditatus , inquit , *Etſi frater parcit , terra non parcit . Si frater tacet terra condemnat . Ipſa eſt in te , & teſtis , & iudex . Teſtis acrior , quæ adhuc parricidij tui ſanguine madet : iudex aſperior , quæ tuo ſcelere coinquinata eſt* : En Vindicator , ad innocentis mortem defendendam etiam inſenſibiles creaturæ vocem emittunt ! quid ne facient quæ vocem habent ?

Licèt Homo qui occiditur innocenter occiſori parcat Terra tamen nunquam parcet .

Verſ.10 25 Quare dicitur vox ſanguinis ? Vt intelligatur , ſanguinem Verbum eſſe . O pulchrum Myſterium ! Euchariſticus Chriſti ſanguis , ſanguis *Verbum* eſt Dei Ratio , & Sermo ; & indè vocalis , & arcanè linguatus ; qui irreuerenter Sacrilegis acerbiorem impietatis vindictam expoſcit : Pro his verò qui altaris myſteria dignè frequentant , hic vocalis ſanguis , qui eſt *ſanguis Verbum* , *Deum interpellat* , & diuina nobis munera indeſinenter extorquet . Quod totum ſubtiliter Adnotauit S. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedag. cap. 6. dicens : *Verbum eſt omnia infanti ; & pater , & mater , & pedagogus , & alter . Comedite , inquit , meum carnem , & bibite meum ſanguinem* . (Addit opportunè) *quod autem ſanguis ſit Verbum , Abel iuſti ſanguis fert teſtimonium , qui Deum interpellat Sanguis enim vocem nunquam emittet , niſi Sanguis Verbum intelligatur* . Ob linguati huius ſanguinis ambiamus ſuffragium , ne contrà nos clamet de terra ; ſed de cœlo nobis miſericordiam exoret ! & verè exoret nam acceſſimus ad *ſanguinis aſperſionem melius loquentem , quàm Abel* . S. Paulus ad Hebræos cap. 12. verſic. 24.

Euchariſticus ſanguis , ſanguis Verbũ vocalis eſt , aut pro nobis , aut cõtra nos .

Verbum eſt omnia infanti , & Pater , & Mater , & Pedagogus , & altor ,

Verſ.10 26 Quare Clamabat Terra , & non Abel ? quia qui diligit Deum , vindictam non appetit : hinc B. Iſaias in orat. 12. ſcripſit : *Patientia non meminit iniuriarum , & qui Deum diligit* , vt diligebat Abelus , *vindictam non appetit* .

Qui Deum diligit vindictam nõ appetit .

Patientia non meminit iniuriarum .

Verſ.11 27 Quare Maledictus fuit Cain ſuper terram ? Vt intelligerent peccatores , qui Deum offendunt , & proximum , creaturas omnes contrà eos inſurgere , vt Creatoris iniuriam vindicent ; ideò potiùs dicitur peccator maledictus à terra , quàm à cœlo , vel aere . *Huiuſmodi peccator* ſcribit S. Ambroſius (impreſs. Pariſ. tom. 1. lib. 2. de Abel , & Cain cap. 9. litt. C col. mihi 206.) *à terra maledictus eſt , quæ eſt infima , & poſtrema pars mundi . Superiùs vtique cælum , & quæ in cælo ſunt , Sol , Luna , & Stellæ , Throni , Dominationes , Principatus , & Poteſtates , Cherubim & Seraphim . Non eſt ergo dubium quod eum , & Superiora damnauerint , quem inferiora damnarunt* .

Creatoris iniuriam vindicant creaturæ .

In peccatores creaturæ inſurgũt omnes .

Verſ.12 28 Quare cum maledictione additur *vagus , & profugus eris ſuper Terram* ? quia dixit Pſalmiſta Pſal. 11. verſ. 9. *in circuitu impij ambulant* . Proh miſera peccatorũ infelicitas ! recedentes à Deo per culpam inquieti ambulant in terra per pœnam : Ergo *optimum eſt* inquit Apoſtolus , ad Hebræos cap. 13. verſ. 9. *gratia ſtabilire cor* ; vbi gloſat S. Dionyſius Carthuſianus in hunc locum D. Pauli : *Sicut enim virtutes mentem in Deo ſtabiliunt , & quietant ; Sic paſſiones , & vitia , inquietum , & nutantem , & gyrouagam reddunt* .

Impij in circuitu ambulant .

Peccatores inquieti in mundo .

Virtutes animam in Deo ſtabiliunt .

Verſ.12 29 Quare ſcribit Moyſes Deum vindicem rigidum Cainum damnaſſe , vt vagus , & profugus ſuper terram iret ? quia aſperitas hominis ſæui inſociabilis cognoſceretur in mundo , & inſociabilem redderet hominem , & odioſum : *Num Cainus genio ſuo auarus deteriora Deo obtulit , eratque etiam truculentus , aſper , & ſylueſtris , fratrem ſuum occidit , indeque peccato ac malitia creuit multum eius nuuritia , ac aſperitas , vndè intractabilis factus omnibus hominibus odioſus euaſit , vt cum nullo poſſet degere , ac habitare , ſed omnes illius conſortium fugientes , cogebatur ipſe in nullo loco conſiſtere , ſed vnum interdiù , alium noctu*

Aſperitas inſociabilis in mũdo inſociabilem hominẽ reddit , & odioſum .

perpetua inſtabilitats quarere, hæc omnia Sylueira habet in Euang.tom.4. lib. 6. cap. 21. diues Auarus num. 18. pag. mihi 390. impreſs. Lugdun. ſed Lyranus explicans Verba illa *Vagus, & profugus*, ſic ait, *quia omnibus odioſus eris, ideò in nullo vno loco ſecurus eris.*

Verſ.13 30 Quare dixit Cain *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear?* quia hoc improbus cxpetijt dæmoo: hoc ſe veſci pabulo ad omnem ſaporem delicatulè condito, iam dudum famelicus ſuſpirauit, vtque ambijt, impetrauit. In cibum iam vertitur, inquit D. Antiochus in Bibliot. Vet. PP. impreſſ. Pariſ.tom.2. homil.27. de deſperat.lit.A.col. mihi 223. *Aliud enim nihil deſperatio, quam perfectum diaboli gaudium.*

Deſperatio delicatulus cibus diaboli, & perfectum illius Gaudium.

Verſ.13 31 Quare dixit Cain maior eſt &c. quia contempſit Deum pateroè mioitantem, ideò exaeuit flagitium, & de venia deſperauit: ſic breuiter, ſed elegantiſſimè approbat S. Ambroſius impreſs. Pariſ. tom.1. lib. 2. de Abel, & Cain cap. 8. lit. H. col. mihi 204. dicens. *Admonitus autem vt quieſceret, auget ioſolentiam, acerbat flagitium.* O quantum valet ecce humilis remiſsio! ſi deſperatio hæc cauſat, quæ oiunera pietatis à miſericordia Domioi accipiet qui veniam ſperando correctus luget lugendo emeodatur?

Qui contemnit correctorem paternè minitantem auget crimina, & deſperat flagitium, & de venia deſperat.

Verſ.14 32 Quare dixit Cain *Ecce eijcis me bodie à facie terra, & à facie tua abſcondar?* quia ſubtracta à Domioica facie, plus, quam de gehennalibus ipſis inceodijs ingemiſcit: Ex hoc, meditare, quod Addo, ſi Caini maxima ſuper omnia hæc fuit pœna; Nam ſi Chriſti fideles Melitenſes (Actus Apoſt. cap. 20. verſ.38.) *maximè dolebant*, Paulo audito, *quod faciem eius amplius non eſſent viſuri*, quanti putas doloris Chriſto infidelibus peccatoribus, excludi à facie Dei? qui dolor? qui viſcerum, ac medullarum cruciatus? Eia ergo Domine fac miſericordiam cum ſeruo tuo, oſtende faciem tuam, & ſic ſaluus, à pęna gehennæ horribiliore in æternum ero.

Pœna omnium atrociſsima excludi à facie Dei.

Verſ.14 33 Quare dixit Cain *ecce eijcis me bodie à facie terra, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra?* Quia à facie terræ pænaliſsimè eijcitur, & terræ ſterilitate mulctatur, à facie Dei ſimul abſcondi cenſetur; & quaſi à Deo Deique prouidentia exul, vagus, & profugus, atque obuiæ morti expoſitus perhibetur. Eheu Peccator qui terram amas, qui terrenis iohias, qui ad terrena hianter ſuſpiras; ſic terræ incubas, ſic rebus terrenis, terræque fructibus adhæres, vt non Deum iratum tibi grauem putes; ſed terræ ſterilitate, & inde eſculenta, ac poculenta penuria laborare: Audi quam bellè ſic Rupertus Abbas (impreſſ. Colon. Agripp. lib. 4. in Geo. cap.7. pag. mihi 72.) præfatum locum exſcribens dicit. *Quid autem deprahenſus timet incultus iſte agricula? Ecce inquit eijcis me bodiè à facie terræ, &c. Hoc timet, ne agricolari ſibi non liceat, ne terram quam ſolam amat, vel præſentem vitam pro admiſſo facinore perdat.*

Cui terra ſteriliſcit à facie Dei eijci perhibetur.

34 Quare Cain ſibi ipſi dicit *Et ero Vagus, & profugus in terra?* Quia vita hominis fuga eſt: eſt quidem fuga à morte. Quiſquis viuit, mortis ſenteotiam audiuit à mundi exordio, & reus eſt mortis: ergo dum reus mortis, mortem viuendo declinat, *vagus, & profugus* à morte exerrat, & mortis fugam init. Huc adludere videtur S. Baſilius Seleucieoſis in orat. 13. dum de mortuo ab Elia ad vitam reuocato, ità ſcribit: *Elias primùm liberauit à morte mortuum, & mortuus contactu mortuum expergefecit ad fugam.* O vitam hominis vmbraticè fugitiuam! benè igitur dixit S. Iob cap.14. verſ.2. de homine *quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra:* Ecce miſer homuncio tui faſtus grandioſa deſcriptio, ſimul es, flos, & flatus, vitæ vmbra, & vrna mortis. Verſ.14

Vita humana mortis fuga eſt.

Elias primum liberauit à morte mortuum, & mortuus contactu mortuum expergefecit ad fugam.

35 Quare Caio venit tam dira cogitatio, vt eſſet occidendus à quolibet, quieum inueniſſet? nam ſolum inter viuentes in hoc ſæculo erant eius parentes, fratres, & eooſobrini filij, ac nepotes eius; ſi erga omnes io terra degentes tanto ſanguinis nexu ei erant aſtricti, à quibus mors inferenda timebatur? Quia exiſtimabat, quod etiam Pater, Mater, Fratres, Filij, ac nepotes, & conſobrini eandem crudelitatem io eum exercerent, ſuaſque manus in eius ſanguine fędareot ſicut ipſe fratri Abelo crudelis fecit homicida. D. Io: Chryſoſtomus. *Plerumque*, inquit, *vulgus hominum ex ſuo animo de alijs indicat, velut qui ſæpè inebriatur, haud facilè credere poſſit eſſe quempiam hominem ſobriè frugaliterque viuentem: qui ſcortis indulget, etiam pudicè viuentes habet pro incontinentibus.* Verſ.14

Homo ex ſuo animo de alijs præſumit.

36 Quare Cain à violenta morte fit ſecurus reſpondente Domino *nequaquam ita fiet? Quia impietas, malum eſt infinitum, quod ſemel accenſum, nunquam extingui poteſt.* Occurrit Phil. Hebræus lib. de profug. Ne autem gehennale hoc incendium morte ipſa extingueretur; ideò ad prolixiorem ſceleroſi hominis torturam, ne quis eum occideret, ſeuerè prohibetur. *Ergo, & iſti Cain longæuitas indulta vindicta eſt, eo quod vixit in metu, & prolixum ſpatium multo cucurrit, & infructuoſo labore, qua pœna nihil grauius, quàm vt quis ipſe ſibi maiorum cauſa pœnarum ſit.* Elicit S. Ambroſius impreſs. Pariſ. tom.1. lib. 2. de Abel, & Cain cap.10. lit. A. col. mihi 209. Verſ.15

Malum infinitum eſt impietas.

Tortura conſcientia grauior, quã mors ipſa.

37 Quare Deus noluit vt occideretur Cain? Vt poſteris exemplum eſſet quo viſo abſtinerent ſe à morte homioum inferenda: ſic fatur S. Io. Chryſoſtomus tom. 5. homil. 19. in cap.4. in Gen. lit. B. pag. mihi 91. Deum cum Cain loquentem referens. *Relinquam te, ait, poſteritati magiſtrum, vt tui ſpectaculum illis ſit admonitio, & caſtigatio, nulluſque exemplum* Verſ.15.

Caſtigati peccatores relinquuntur aliquã. do in hac vita longo tempore, vt alij emendentur eorum exemplo.

tuum

tuum ſequatur.

Ver.15. 38 Quare dixit Deus: *qui occiderit Cain Septuplum punietur?* Vt intelligerent peccatores: ſi in ſeptenario numero perfectum complementum expenditur, quod Deus perfectè, iuſtè, & ex integro crimina punit: hinc Caietanus gloſans ſupradicta Verba, *qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*; ideſt, dicit, *perfectè, & ex integro punietur.*

Deus perfectè, iuſtè, & ex integro punit.

Ver.16. 39 Quare *egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalē plagam eden?* Vt ex tam præclara fœlicitate, antè oculos obiecta, grauiori dolore vulneretur, ſic bellè adnotat Lyranus impreſs. Venet. in Gloſ. ordin. cap.4. Gen. tom.1. col. mihi 120. dicens: *Per Eden intelligitur Paradiſus terreſtris, in pœnam enim Cain factum eſt, vt expelleretur verſus illam regionem delectabilem, & fœlicem, quam per peccatum patris amiſerat, vt indè haberet materiam doloris, quia illùc accedere non valebat.*

Amiſſa fœlicitas maximè ſe requæt.

Eden Paradiſus Terreſtris.

Ver.16. 40 Quare Cain *egreſſus à facie Domini habitauit in Terra*, ad Eden, & non in alia plaga? quia dicit S. Iſidorus in hunc Gen. Locum; *Quicumque exeunt à facie Domini, & à miſericordia dilectionis eius, habitant in perturbatione carnali contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi plantatus eſt Paradiſus.*

Qui exit à facie Domini habitat in perturbatione Carnali.

Ver.17. 41 Quare notanter ſubtexuit ſcriptura, non niſi poſt peccatum à Caino patratum, genitos ab eo filios fuiſſe, & accepiſſe; *Cognouit autem Cain vxorem ſuam, &c.* Satisfacit Vgo à S. Victore: *Vt indicetur*, inquit *quod de parentibus peccatoribus, & filij naſcerentur peccatores.*

Sæpè de parentibus peccatoribus & filij naſcuntur peccatores.

Ver.17. 42 Quare poſt peccatum: *Cain ædificauit Ciuitatem: ex nomine filij ſui Henoch*, non autem ita Adam omnium gentium pater ſibi ædificauit? Quia Cain ſuperbè ambit ſui nominis famam, & ſuperbia inflatus, opus aſſumpſit, à quo ille abſtinuit, quod humilis poſt peccatum, & probroſam è Paradiſo expulſionem in humanis degebat: *Habent* namque ſatis ad rem ſcribit B. Laurentius Iuſtinianus; lib. de humil. cap.9. impr. Venet. *Habent ſuperbi. & ſæculi amatores, hoc proprium, ſæcularium dignitatum principatum ambire, præeſſe cæteris, omnes præcellere, vulgari fama gaudere, opera quæ agunt (ſi quæ ſunt commendatione digna) præferre ad publicum, ore proprio ſe laudare, &c. Non autem ſic, humiles, & mundi iſtius contemptores: omnem quippè, quantum valent, & corde deſpiciunt, & corpore, atque conuerſatione declinant huius vitæ ſublimitatem, & gloriam, neque conſiderant honoris præeminentiam, ſed in ipſo honoris faſtigio aduertunt latens periculum.*

Cain ſuperbè ambit ſui nominis famam.

Ver.17. 43 Quare Cain ædificauit Ciuitatem? Quia exiſtimabat perſecutricis conſcientiæ non timere ſupplicium, ſi munitiſſima in Ciuitate receptus degeret ideò ædificauit eam: Sed ò quantum fallitur peruerſa peccatoris mens! *nam* dicit S. Ambroſius impr. Pariſ. tom. 5. lib.7. epiſtolar. epiſt. ad Conſtantium 44. litt. E col. mihi 1060. *Etſi clauſus parietibus ſit, & opertus tenebris, ſine teſte, ſine conſcio, habet tamen facti arbitrum, quem nihil fallat ad quem facta clamant omnia.*

Nec in arce ſecurus degit impius à tortura propria conſcientiæ.

44 Quare poſtquam dicitur ædificauit Cain Ciuitatem; ſubditur, *Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael*; & quid fecerint *Mathuſael, Mauiael, Irad, & Enoch* non dicitur? Vt hæc generatio Cain è memoria hominum excidat, quæ Dei memoriam non meretur. Peregregiè S. Cyrillus Alexandrinus lib.2. in Geneſim impreſs. Pariſ. tom. 1. litt. D. col. mihi 10. affirmat dicens *Tempus vitæ eorum, qui ex Cain procreati ſunt, ſilentio traditum eſt: nihil enim memoratu dignum egerunt: quapropter meritò Dei labuntur memoria..... ex his facilè quiſque intelligere poteſt nullo pacto Deum vitam peccatorum pati cognoſci: audient namque cum ad Chriſti tribunal adſiſtent, Amen dico vobis, neſcio vos.* Hinc quotidiè impietas viuas nobilitatum exequias funeſtè celebrat. Verſ.17 & 18.

Generoſam peccatorū nobilitatē neſcire Deus dicitur.

Impiorum Vita, quæ à Dei memoria labitur, nullo pacto cognoſci patitur.

45 Quare dicit ſcriptura Lamech, accepiſſe duas vxores? Vt diſcerent Senſuales, *quo magis*, Eſcobar (in Pentateuchum to. 1. impreſs. Lugdun. lib. 1. num. 8. col. 1. pag. mihi 60.) ſcribit bellè, *voluptas effrenis emittitur, eo ampliùs efferueſcit concupiſcentiæ flamma.* Ver.19.

Senſualitas voluptatis vſu efferueſcit.

46 Quare dicitur Iabel patrem fuiſſe, *habitantium in Tentorijs?* Cape myſterium, Iabel interpretatur *Germinans:* Audiant religioſi: Quia qui vult virtutum germina producere, velut paſtores in tentorijs habitantes hic in mundo patriam permanentem habere non cogitent, nec quærant in vna ſemper commorare ciuitate, ſed ſolùm ad illam aſpirent *hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, immarceſcibilem, conſeruatam in cœlis*, S. Petrus in epiſt. 1. cap. 1. verſic. 4. O fœlix qui audit! O nimis fœlix qui intelligit! O ſemper beatus qui obſeruat! Ver.20.

Iabel interpretatur germinans.

Religioſi ſicuti paſtores debent eſſe.

47 Quare dicitur Iubal fuiſſe, *Pater canentium Cithara, & Organo*: Vt quando Deus eſt laudandus cum Iubilo laudetur *hilarem enim datorem diligit Deus*, S. Paulus 2. ad Corinth. cap.9. verſ. 7. ſed aduertendum, quod hoc gaudium debet eſſe modeſtum non hiſtrionicum, dicente Apoſtolo ad Philip. cap. 4. verſ. 4. & 5. *Gaudete, iterùm dico Gaudete, ſed modeſtia veſtra nota ſit*: *Cauendum* ſcribit Mediolanenſium Sanctiſſimus paſtor, impr. Pariſ. tom.4. lib.2. de pœnit. cap.6. de inſtruct. &c. litt. D col. mihi 374. *Ne quis vulgari quadam ſermonis huius deceptus interpretatione, putet nobis ſaltationis lubricæ hiſtrionicos motus, & ſcenæ deliramenta mandari (hæc etiam in adoleſcentula ætate vitioſa ſunt) ſed ſaltationem eam mandauit, qua ſaltauit Dauid antè arcam* Verſ.21

Deus dum laudatur cum hilaritate modeſta laudetur.

Hiſtrionici motus, & ſcenæ deliramenta etiam in adoleſcentula ætate vitioſa ſunt.

Domi-

Domini. Totum enim decet quidquid defertur Religioni, vt nullum obſequium, quod proficiat ad cultum, & obſeruantiam Chriſti erubeſcamus.

Verſ.22 48 Quare in ſcriptura ſcribitur Tubalcain, *qui fuit malleator, & faber in cuncta opera aris, & ferri*, & tot artium inuentores nominantur? Vt cognoſcatur prouidentia Domini, quæ poſtquam aliquod de nouo facit, etiam de neceſſarijs, vt ſubſiſtat excogitat: *Vide* inquit S. Io: Chryſoſtomus tom. 5. homil. 20. in cap. 4. Gen. litt. C pag. mihi 94. *vide quomodo, quæ ad vſum humani generis, quo melius ſubſiſtere queat, ſpectant, paulatim extructa ſint. Et primum Cain à filio ſuo ciuitatem ædificatam nominauit. Deindè eorum qui ex vxoribus Lamech nati, vnus paſcendis pecoribus occupabatur, alius ferrariam exercebat, alius etiam pſalterium, & citharam demonſtrauit.*

Prouidentia Dei nõ ſolũ quod facit prouidet, ſed de neceſſarijs, vt ſubſiſtat excogitat.

Verſ.23 49 Quare Lamech prouocat vxores ſuas ad audiendum quæ locuturus eis fuerat, dicens: *Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum?* Audi Thomam Angelic. *Prouocat*, inquit, *vxores ad audiendum, quia communiter mulieres, ſunt ad loquendum promptæ, & ad audiendum ſunt graues propter animi maiorem leuitatem*. O vtinam ità ſe ab ingenita garrulitate temperaret mulier!

Prouior mulier ad loquẽdum quam ad audiendũ.

Ver.23. 50 Quare Lamech inductus fuit ad propalandum delictum ſuum mulieribus quod latebat? Quia tortura conſcientiæ preſſus delictum latens aperire coactus fuit nam de quo cor eſt plenum, os loquitur. Quiſquis malus eſt, malus ſecum eſt, torqueatur neceſſe eſt ſibi ſuo ipſo tormento: ipſe eſt enim pœna ſua, quem torquet conſcientia ſua. En tortor deſignatus à SS. Parente Auguſtino in pſalm. 36. *Ad talem confeſſionem nullus alius adegit, quam conſcientia: nam, ſimul ac in peccatum declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, ſtatim inſurrexit conſcientia inclamanſque, & oſtendens peccatorum magnitudinem.*

Magna tortura eſt conſcientia crimen patratum.

Ver.23. 51 Quare Lamech delictum publicauit occultum? quia paſſio cordis vehemens celari non poteſt; vt verbis vtar Cardinalis Hugonis in cap. 7. S. Marci: *non potuit latere.*

Paſſio vehemens cordis celari non poteſt.

Verſ.24 52 Quare dixit *Lamech ſeptuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties?* Quia Lamech immunem ſe putauit Caini priuilegio. Rem totam Didacus de Celada, impreſs. Lugdun. de benedict. Patriarch. ben. 1. de Adamo, & Eua cap. 1. §. 54. col. 2. pag. mihi 74. Sapientiſſimè monſtrat his ſubſequentibus Verbis. *Vxores Lamech nimis ſollicitæ erant de vita mariti, qui duos homines ſceleſtè occiderat: Lamech autem ſic metum adimit, & ſecuras reddit: fateor, inquit Lamech geminum patraui homicidium. (quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum) ſed priuilegio Caini tutus ero, adeò vt nemo ſit, qui me audeat occidere. Cain enim vnius homicidij reus, ſummi iudicis diuina conniuentia, priuilegio immunitatis gaudet; eodem me vti priuilegio, quid vetat? Quod vni indulgenter permittitur, mihi quoque licet. Exindè ſi occiſor Caini ſemel homicida, ſeptuplum punietur; qui me bis homicidam peremerit, non tantum ſeptuplum, ſed ſeptuagies ſepties, id eſt, multò grauiùs, & acerbiùs punire neceſſè eſt.*

Lamech immunem ſe putat Caini priuilegio.

53 Quare poſt tot enumeratas perſonas impias de genere, & ſtirpe Cain dicitur Cognouit, &c. *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain? Mater* (inquit Aureus Doctor, vbi ſuprà, ſed litt. D pag. mihi 96.) *natum ſibi filium nominando, memoriam ſceleſti huius operis continuam mentibus inſerit, vt, & poſteri ſciant, quid Cain patrare auſus fuerit. Dicit pro Abel quem occidit Cain. Dolentis animæ verba ſunt, & confuſæ ob facinoris memoriam.* Ver.25.

Turpia facta ſæpè recoluntur vt poſteris ſit perpetua infamis operatoris memoria.

54 Quare dicitur; ſed, *& Seth natus eſt filius quem vocauit Enos: iſte cœpit inuocare nomen Domini?* vel vt vertunt Septuaginta, *iſte cœpit ſperare in nomine Domini?* Vt cognoſceretur Enos primum eſſe martyrem ſpei. Sic ait eleganter S. Gregorius Nazianzenus, *Martyr ſpei Enos, qui primus adductus eſt, vt Domini nomen inuocaret.* (LXX. inter S. Gregorij Nazianzeni orat. 16.) Quaſi etiam ſpes martyres excudat in diuturnæ cunctationis officina, vndè appoſitè Diodocus cap. 94. dixit *Oportet, vt Teſtimonium, ideſt, martyrium conſcientia noſtra toto, & Toleranter operemur. Expectans expectaui Dominum.* Ver.26.

Enos fuit primus martyr ſpei.

Spes etiam martyres facit.

55 Quare Enos *cœpit inuocare nomen Domini, vel ſperare in nomine Domini?* Audi quam bellè S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de Ciu. Dei cap. 18. pag. mihi 192. col. prima, ac elegantiſſimè loquitur. *Satis oſtenditur quod non in ſe ipſo ſpem ponere debeat homo ...... ſed in illa immortalitate beatitudinis ſempiternæ.* Ver.26.

Homo non debet ſpem ponere in ſe ipſo.

56 Quare dicitur *ipſe cœpit ſperare in nomine Domini?* Vt grande huius Patriarchæ formaretur Elogium; qui ſpe in Deum, hominis nomen, & rem nominis primus impleuit. *Enos* enim hebraicè, Latinè *homo eſt.* Qua de re ità philoſophatur S. Ambroſius lib. de Iſaac, & anima cap. 1. *Sapientis eſt* inquit *ſegregare ſe à voluptatibus carnis, eleuare animam, atque à corpore abducere; hoc eſt enim ſe hominem cognoſcere. Qui Chaldæorum ſermone Enos, dicitur latinè homo; qui ſperauit inuocare nomen Domini Dei: Non videtur itaque homo eſſe, niſi is qui in Deum ſperat; qui autem ſperat in Deum non videtur degere in terris, ſed quaſi tranſlatus adhærere Deo.* Hoc ipſum anteà notauerat Hebræus Philo in lib. de Abrahamo. Ver.26.

Ille cõſetur homo qui in Deo ſperat.

Enos interpretatur homo eſt.

57 Quare dicitur *ipſe cœpit inuocare nomen Domini*; & Enos dicitur inuocandi Dei nominis auctor? *Quia* præſtò eſt Eſcobar, vbi ſuprà, ſed num. 10. colum. 2. pag. mihi 60. Ver.26.

auctore, & ſuaſore Enos cœpere homines publicè certis cæremonijs, & formula precum colere Dominum. Tam grata Numini publicæ precationis, ſeù communis orationis inſtantia, vt quaſi peculiaris oratio inuocatio Dei nominis non exiſtat; ille inuocare verè incipiat, qui in communitate deprecatur.

Orationis communis ſpes in cõmunitate elogium ſingulare.

Verſ.26 58 Quare Seth vocatus fuit Enos?. quia inuocauit nomen Domini, dicit S. Ioannes Chryſoſtomus tom.5. homil.20. in cap.4. Geneſis lit. A, pag. mihi 97. *Et ſicut hic* (ideſt Seth) *Enos vocatus eſt, eò quòd inuocauit nomen Domini Dei; ſic & qui ex eo ducunt originem, eandem ſortiuntur appellationem*: Ergo audite vos patres, bonum quærite, immò, & bonis operibus, bonum veſtrum facite nomen; ne poſteri veſtri innocenter malo grauentur nomine omine veſtro.

Filij hominis Iuſti, etiam iuſti nomiš trahunt.

59 Quare genituram Seth tantis verborum luminaribus ſcriptura inſigniuit? *quia* reſpondet Rupertus Abbas impreſſ. Colon. agripp. lib. 4. in Geneſim cap. 11. col. 1. pag. mihi 75. qui dubium poſuit, *quia hunc in capite generationum, abiecto Cain tanquam abortiuo poſitum voluit agnoſci*. Ecce quid prodeſt homini nunquam ſatis laudabilis virtus! qui ſunt primi per ſortem fiunt vltimi per demerita, & qui nouiſſimi ſunt per ſortem primi per virtutem. Hoc forſan totum inſinuare voluit Chriſtus tunc quando dixit; *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*. S. Marcus cap.10. verſ.31.

Primi per ſortem fiũt nouiſſimi per demerita, & è contrà nouiſſimi per ſortem fiũt primi per virtutem.

60 Quare poſtquam Moyſes dixit de Seth: *iſte cœpit inuocare nomen Domini*; ſubiungit ſtatim in ſequenti Capitulo: *Hic eſt liber generationis Adam*, Gen. cap.5. ver.1. &c. Quia in Dei libro ſcriptum eſt; ſolum benè ſperantem eſſe hominem; hæc omnia hunc in modum expendente citato loco Philone Ver.26.
Hic primus ſperauit inuocare nomen Domini Dei. Rectè. Vero enim homini, quid magis poteſt eſſe proprium, quàm ſpes, & expectatio poſſeſſionis bonorum accipiendorum à ſolo munificentiſſimo Deo, quod genus ſolum, ſi vera fateri volumus; propriè hominum eſt, tanquam hi qui non ſperant in Deum, extra naturam rationalem cenſeantur. Ideò cum dixiſſet de Enos: hic ſperauit inuocare nomen Domini Dei; disertè infert: Hic eſt liber generationis hominum proborum; ſcriptum eſt enim in Dei libro; ſolum benè ſperantem eſſe hominem, Hæc Philo.

In Dei libro ſcriptũ eſt ſolum benè ſperantem eſſe hominẽ.

CAPVT

CAPVT V.

GENESIS.

Verſ.
1. HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, * ad ſimilitudinem Dei fecit illum,
2. Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt.
3. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth.
4 Et facti ſunt dies * Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias.
5 Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta; & mortuus eſt.
6 Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.
7 Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios & filias.
8 Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.
9 Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.
10 Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.
11 Factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt.
12 Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel.
13 Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias.
14 Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt.
15 Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared.
16 Et vixit Malaeel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.
17 Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt.
18 Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch.
19 Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios, & filias.
20 Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.
21 Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalem.
22 Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalem, trecentis annis, & genuit filios, & filias.
23 Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni.
24 Ambulauitque cum Deo, & non apparuit; quia tulit eum Deus.
25 Vixit quoque Mathuſalem centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech.
26 Et vixit Mathuſalem, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias.
27 Et facti ſunt omnes dies Mathuſalem nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt.
28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium.
29 Vocauitque nomen eius Noe. dicens; Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus.
30 Vixitque Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias.
31 Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noe verò cum quingentorum eſſet annorum; genuit Sem, Cham, & Iaphet.

LITE-

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ.1. §. 1 **H***Ic eſt liber generationis Adam*: ideſt hìc fit recapitulatio (ſcribit Abulenſis ibidem impreſ. Venet. lit. A. col. 1. pag. mihi 55.) aliquorum prædictorum, & continuata deductio ſanctæ generationis; quaſi diceret hic eſt *catalogus*, hoc enim eſt Hebræum ספר *Sepher*, ideſt *liber generationum*, vt legit Rupertus Abbas impreſſ. Col. Agripp. in lib. 4. Gen. cap. 11. col. 2. pag. mihi 74.

Liber eſt catalogus.

In die qua creauit Deus hominem: ideſt *in diebus* in quibus creauit Deus, &c. vt vult Lyranus ibidem; vel, vt legit S. Ioannes Chryſoſtomus tom. 5. hom. 21. in cap. 5. Gen. lit. A. pag. mihi 99. *Die*, abſquè præpoſitione in, *die quo fecit Deus Adam.*

Homo dicitur ad ſimilitudinẽ Dei factus quia habet mentem rationalẽ

2 *Ad ſimilitudinem Dei fecit illum*: ideſt perfectum in cognitione Dei: vel quatenus habet *mentem rationalem*, ſicut dicit S. P. N. Auguſtinus lib. 24. contrà Fauſtum cap. 2.

Adam in primo ſtatu genuiſſet filios cũ originali iuſtitia, & gratuita, & cũ gratia.

3 Vel dic *ad ſimilitudinem*: adde per gratiam, ſeù iuſtitiam, quia Adam cum vita gratiam recepit.

Hic Aduerte cum Angelico Doctore p.p. quæſt. 100. art. 1. quod Adam in primo ſtatu genuiſſet filios cum originali iuſtitia, & gratuita, & cum gratia.

Ver. 2. 4 *Maſculum, & fœminam*: ideſt Adam, & Euam, Adam *maſculum*, & Euam *fœminam*.

Creauit eos: ideſt formauit, quia nullus eorum fuit ſimpliciter creatus, cum Adam de limo formatus fuerit, Eua autem de coſta viri.

Cum benedictione Domini ſemper eſt annexa fœcũditas aliqua, vel virtutis, vel gratiæ, vel prolis, ſeù aliquod aliud

5 *Et benedixit illis*: dum eos fertiles reddidit, vel dum illis multiplicandi virtutem dedit: vti ſæpè in primo legitur capitulo cum benedictione annexa fæcunditatis virtus: *benedixit eis dicens creſcite, & multiplicamini* Gen. cap. 1. verſ. 28. &c. Nam dicit S. Thomas de Aquino p.p. quæſt. 72. 4. & in quæſt. 73. artic. 3. quod Dei Benedictio ſignificat donorum eius collationem, & multiplicationem.

Nomen Adam hominibus cõmune.

6 *Et vocauit nomen eorum Adam: Hoc nomen non eſt proprium*, dicit Abulenſis, *ſed commune*. Dicendum tamen: *Vocauit eos Adam*, quia etiam Eua eſt *Adam*, ideſt homo: & quamuis Septuaginta habeant hìc *nomen eius*, non *eorum*: nihilominus debet legi *nomen eorum*. Sic S. P. N. Auguſtinus in libro 15. de Ciuit. Dei propè initium capit. 21. lit. A. col. 2. pag. mihi 193. vbi dicit *Maſculum, & fœminam fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit nomen eorum Adam*. Sic etiam aſſerit Flaminius inueniri τὸ ὄνομα αὐτῶν *nomen eorum*.

Mulier etiam homo vocatur.

7 Opponere immò poſſum contrà Abulenſem de nomine Adam, quod ſit nomen proprium Adam, & Euæ, & cum ſuamet ratione qua excludit eſſe Euæ, dicere quod ſit. Ipſe dicit *quia eſt nomen commune ſpeciei humanæ, & proprium eſt hominis, qui præciſus fuit de Terra, quæ per nomen Adama ſignificatur; ſecus verò de Eua quia non præciſa fuit de Terra, ſed mediante Adam*. Sed mco videri, quia eſt nomen commune ſpeciei humanæ eſt proprium nomen Adami, & Euæ; & ſicut hoc nomen *Homo* in latino eſt communis generis, & accipitur pro viro, & muliere; ità, & iſtud nomen Adam in hoc loco accipitur. Quod autem appropriatum ſit primo homini, hoc fuit propter eminentiam ipſius ad alios homines, ſicut hoc nomen Doctor gentium appropriatur Paulo ad denotandum eius excellentiam in docendo homines ſuper alios Apoſtolos.

8 *In die quo creati ſunt*: ideſt dicit S. P. N. Auguſtinus vbi ſuprà, *qua die fecit illos*, & Septuaginta *qua die fecit eos*.

Sed notanda eſt hæc verbi variatio; nempè, in initio huius capituli ſcribitur, *in die qua creauit*, & hìc ſcribitur, *in die quo creati ſunt*; ibi *qua*, hic verò *quo*; huius mutationis ratio eſt, quia alia die fuit hominis creatio, alia factus fuit in animam viuentem: *in die qua* fuit creatus, dicitur *qua*, vt intelligatur *in diebus*, vti hæc dies communis cum diebus aliarum creationum: ſed *in die quo* fuit *factus in animam viuentem*, dicitur *quo*, vt intelligatur dies ſingularizzatus, dies præ alijs nobilior, *quo* homo creatus factus in animam viuentem videbatur, per quem omnia creata fuerant.

Dies in quo homo factus fuit in animã viuentem præ alijs nobilior.

Hoc totum poſui, obediens vocibus Aurei Doctoris hom. 21. in cap. 5. Gen. lit. D. pag. mihi 98. ſcribentis, & iubentis in expoſitionis initio huiuſmet Capituli *Ego autem omnes vos obſecro, ne ſimpliciter ea, quæ in ſcripturis ſacris contenta ſunt tranſeatis. Nihil enim hic ſcriptum eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias.*

9 *Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam vocauitque nomen eius Seth*: quot anni tranſiſſent antequam Adam genuiſſet Seth magnum eſt dubium inter auctores; aliqui aſſerunt Adamum annorum triginta Cainum genuiſſe, poſt alios triginta annos exortum Abelem; poſt alios annos ſeptuaginta, cum Adam eſſet centum triginta annorum Abelem occiſum, rurſum Adam alios centum annos luxiſſe adoleſcentem ab vxore quidem Ver. 3.

interim abſtinendo: Et quia eſt qui dicit cum S. Methodio Martyre cit. à Toſtato vbi ſuprà quæſt. 1. lit. A. col. 1. & Septuag. Interpret. quod ducentorum triginta annorum erat Adam cum genuit Seth; & qui cum Vulgata noſtra, S. Io: Chryſoſtomo, vbi ſuprà, & alijs quod centum, & triginta ſolùm: De hoc vide S. P. N. Auguſtini librum 15. de Ciuitate Dei in cap. 10. 11. 12. 13. 15. & 20. vbi concordat omnes varietates annorum; ſicuti etiam de ſubſequentium Patriarcharum annis,

10 *Et genuit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam:* ideſt ſimilem in natura, ſcilicet habentem corpus humanum, & rationalem animam: & hoc intelligitur de omnibus filijs, nam filius vt filius procedit ſimilis Patri.

11 Vel dic, *& genuit ad imaginem, &c.* ideſt *genuit ſecundum ſpeciem ſuam, & ſecundum imaginem ſuam*, inquit S. Io: Chryſoſtomus vbi ſuprà.

Ver. 4 12 *Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni;* de his annis vide ſuprà verſ. 3. S. Ioan: Chryſ. legit, *& fuerunt*.

13 *Genuitque filios, & filias:* ideſt multos alios filios, & filias habuit Adam poſtquam genuit Seth; ſed iſti non nominantur in ſacra pagina, quia non intellexit Moyſes eorum lineam deducere, ſed ſolùm illam Seth. Sic Abulenſis vbi ſuprà lit. D. qui dicit, ex aliorum ſententia, triginta filios, & totidem fuiſſe filias.

Ver. 5. 14 *Et factum eſt omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta:* de ætate hominum primi temporis, præter lib. 15. S. P. N. Aug. ſupracit. Pamelium vide in lib. Cypri. ad Demet.

Efficax ſē. tentia mortis Adamo peccanti à Deo inflicta. 15 *Et mortuus eſt;* hæc clauſula omnibus, & ſingulis ponitur, vt videat quiſquis efficacem fuiſſe mortis ſententiam in Adamum peccantem, & poſteros eius à Deo latam.

Ver. 6. 16 *Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos;* ideſt Seth antequam pater exiſteret vixit centum quinque annos, qua in ætate genuit Enos.

Verſ. 7 17 *Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios, & filias:* eſt per ſe clarum, quod vixit copioſa ſtipatus prole.

Ver. 8. 18 *Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt:* ideſt in iſtam ætatem perueniens clauſit ſuum vltimum diem.

Verſ. 9. 19 *Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan,* ideſt, Enos Sethi filius cum eſſet nonagenarius Cainan habuit filium: Interpretes ponunt centum nonaginta.

Verſ. 10 & 11. 20 *Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios, & filias: factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt:* Iſte fuit mortuus antè diluuium annis quingentis, & decem ſex, & poſt Adam annis ducentis, & decem, in anno octuageſimo quarto vitæ Noe.

21 *Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel.* ideſt Cainan Septuagenarius filium habuit Malaleel Interpretes ponunt centum ſeptuaginta. Verſ. 12

22 *Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel octingentis quadraginta annis genuitque filios, & filias:* In textu Septuaginta Interpretum ponuntur 40. & 700. anni, & habuit filios vtriuſque ſexus. Verſ. 13

23 *Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt:* ideſt, facta eſt omnis ætas eius, & interijt. Verſ. 14

24 *Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared.* In textu ſeptuaginta Interpretum ponuntur centum ſexaginta quinque: ideſt in ſexagenaria ætate pater fuit Iared. Verſ. 15

25 *Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared octingentis triginta annis, & genuit filios, & filias:* ideſt habuit prolem fœcundam. Verſ. 16

26 *Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt:* ideſt completis nonaginta octingentis annis è vita exceſſit. Verſ. 17

27 *Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch:* In iſta generatione concordat litera Interpretum cum litera Hebraica, & noſtra Vulgata. Verſ. 18

28 *Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios, & filias:* ideſt octingentorum annorum ſpatio ſuam fœcunditatem vberrimè expoſuit. Verſ. 19

29 *Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt:* ideſt poſt nongentos ſexaginta duos annos delatus fuit ad tumulum. Verſ. 20

30 *Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam,* hic addunt Septuaginta centum annos. Verſ. 21

31 *Et ambulauit Henoch cum Deo, &c.* ideſt iuſtè vixit in via Domini: vel vt volunt Septuaginta *Henoch placuit Deo*. Verſ. 22

32 *Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni:* Iſte raptus fuit antè diluuium annis ſexcentis ſexaginta nouem; poſt mortem Adæ annis quinquaginta ſeptem; & antè natiuitatem Noe annis ſexaginta nouem. Verſ. 23 *Henoch in quo anno raptus fuit.*

33 *Ambulauitque cum Deo.* ideſt ità ſanctè, & perfectè vixit, quaſi Deum præ oculis ſemper præſentem haberet. Verſ. 24 *Henoch ſanctitas.*

34 *Et non apparuit:* ideſt parùm cum hominibus conuerſatus eſt: Pro quo *non apparuit* LXX. habent, *& non eſt inuentus:* Hebraicè præciſè eſt ואיננו *veennenu, ideſt: Et non ipſe*.

35 *Quia tulit eum Deus:* ideſt ipſum transferendo in paradiſum terreſtrem, vt tempore iudicij vniuerſalis prædicet verbum Dei cum Elia: Vnde Eccleſiaſticus cap. 44. Verſ. 16. dicit *Henoch placuit Deo, & transla-* *Henoch in Terreſtre poſitus Paradiſo.*

tus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam : & cap. 48. Verſ. 10. *Qui ſcriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor Patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob*.

Verſ. 25 36 *Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis : & genuit Lamech*: Septuaginta habent, & vixit 7. annos, & 60. & centum.

Verſ. 26 37 *Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios, & filias* : Litera LXX. Interpretum habet, & vixit, &c. 2. & 800. annos.

Verſ. 27 38 *Et facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt* : Iſte fuit omnium mortalium longæuiſſimus; qui ſex annos antè diluuium ex hac vita migrauit ad aliam; ſtat pro mea ſententia (contrà quoſcumque qui volunt illum obijſſe anno quo inundauerunt aquæ diluuij: vel ſeptem dies antè diluuium, immò etiam poſt diluuium) S. P. N. Auguſtinus, qui to. 8. lib. 1. quæſt. ſuper Gen. quæſt. 2. col. 1. pag. mihi 84. dicit *Quæri ſolet, quomodo Mathuſalem ſecundum annorum computationem, viuere poſt diluuium potuerit : cum omnes præter eos, qui in arcam ingreſſi ſunt perijſſe dicantur? Sed hanc quæſtionem plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolum quippè in Hebræis aliter inuenitur, verùm etiam in ſeptuaginta interpretatione, Mathuſalem in codicibus paucioribus, ſed veracioribus ſex annos antè diluuium reperitur fuiſſe defunctus*.

Mathuſala ſuperauit omnes homines in ætate longæua.

Mathuſala 6. annos obijt antè diluuium.

Verſ. 28 39 *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium* : in iſta etiam generatione diſcordant Interpretes à litera noſt, dicunt enim, & *Vixit 8. & 80. & 100. annos*.

Verſ. 29 40 *Vocauitque nomen eius Noe*: Noe in Hebræo dicitur *Noah* : & interpretatur *Requies*.

Noe requies interpretatur.

Dicens : iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus : quia per Noe Deus diluuio purgabit Terram, & quia iſte, & poſteri eius conſeruabunt genus humanum, quod diluuio delendum erat; & quia ipſe inueniet artem arandi terram, quæ tunc non erat, ideò ſubditur *in terra ab operibus, &c.*

41 *In terra cui maledixit Dominus* : ideſt ſtante peccato permiſit Deus quod nimis ſterilis euaderet terra, & nimio labore indigebat ad fructificandum, Abul. vbi ſuprà quæſt. 6. lit. A. col. 1. pag. mihi 59.

42 *Vixitque Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios, & filias* : Hic habent Septuaginta, 500. *& 60. & 5. annos*. Verſ. 30

43 *Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni*, litera Interpretum dicit; *& facti ſunt omnes dies Lamech 753. anni*. Verſ. 31

44 *Et mortuus eſt* : ideſt cum ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem annos exegiſſet obijt.

45 *Noe verò cum quingentorum eſſet annorum* : S. Io. Chryſoſtomus in hom. 22. Menochius cit. ibidem in Bibl. Maxima hìc, dicit, Noe ad annum 500. abſtinuiſſe coniugio. Menochius autem ſcribit quod *Non eſt credibile Noe vſquè ad annum 500. abſtinuiſſe coniugio* : Immò, inquam ego, eſt credibile, vt Noe, qui mundum ex venerea libidine corruptum innouaturus erat, diuturna antè coniugium virginitate floreſceret.

Noe caſtitatis exemplum.

Genuit Sem, Cham, & Iaphet : ideſt poſt annum itaque quingenteſimum *Sem, Cham, & Iaphet* ſucceſſiuè progenuit; nec enim ſimul ex vtero (vt quidam aſſerunt) prodiere.

46 Pro maiore claritate huius capituli ponam ſequentibus in paginis ordines generationum, ab Adamo vſquè ad diluuium cum numero annorum qui propriè cuique generationi conuenit, tam ex noſtra Vulgata, quam ex Septuaginta interpretatione.

Series, & Ordo Generationum ab Adamo vſquè ad diluuium, numerus annorum cuique conueniens Generationi ex Vulgata.




Vixit An: 950.	*Cum eßet Annorum quingentorum genuit Sem, Cham, & Iaphet; & tempore diluuij erat annorum* —— 600
Vixit An: 777.	*genuit Noe, cum eßet annorum* —— 182
Vixit An. 969.	*genuit Lamech, cum eßet annorum* —— 187
Vixit An: 365. *& poſteà translatus eſt in Parad. Terr.*	*genuit Mathuſalem, cũ eſſet annor:* —— 65
Vixit An. 960.	*genuit Henoch, cum eſſet annorum* —— 162
Vixit An: 895.	*genuit Iared, cum eſſet annorum* —— [illegible]
Vixit An: 910.	*genuit Malaleel, cum eßet annorum* —— 70
Vixit An: 905.	*genuit Cainan, cum eßet annorum* —— 90
Vixit An: 912.	*genuit Enos, cum eſſet annorum* —— 105
Vixit An: 930.	*genuit Seth cum eſſet annorum* —— 130

Ergo prima ætas ſecundum computationem Textus noſtri durauit annos —— 1656

Ex

Ex Septuaginta Interpretatione.



Cum incepit diluuium erat annorum 600

cum genuit Noe, erat annorum —— 188

cum genuit Lamech erat annorum — 167

cum genuit Mathuſalem erat annor- 165

cum genuit Henoch erat annorum —— 162

cum genuit Iared erat annorum —— 165

cum genuit Malaleel, erat annorum- 170

cum genuit Cainan, erat annorum —— 190

cum genuit Enos erat annorum —— 205

cum genuit Seth erat annorum —— 230

Ergo prima ætas per Septuaginta durauit annos ———— 2242

47 Sciendum opportunè eſt, quod ex Sem, Cham, & Iaphet filijs Noe omnes gentes procreatæ ſunt, ac poſteritas Sem loca vicina Euphrati verſus orientem occupauit, Cham loca vicina Iordani, & Nilo progreſſus verſus meridiem. Iaphet verò minorem Aſiam verſus Occidentem tenuit, vndè multæ gentes in Europa propagatæ ſunt.

ANNOTATIO
MORALIS.

Verſ. 1

Veritas, quàm maximè Deo placet, eſt fundamentum fidei.

48 **H**Ic eſt liber generationis Adam: Repetitio veritatis eſt valdè conueniens, quia multum placet Deo veritas, cum ſit ipſa fidei fundamentum: ſic ſcribit S. Ambroſius in libro ſuper Beati immaculati lit. nona. *Cum principium verborum Dei veritas ſit, veritas vtique fidei fundamentum eſt.*

Veritas eſt Virtus moralis,

49 Sed aduerte cum Angelico Doctore, 1.p.quæſt.16.artic.4.ad 3. 2.2.quæſt.109.art. 1.ad 3.2.d.44.q.2.art. 1. ad. 1. quod veritas qua quis dicit verum, & qua verax dicitur, eſt virtus: non autem qua verum dicitur, ſed eſt obiectum, & finis virtutum. Hæc virtus non eſt virtus Theologica, nec virtus intellectualis, ſed eſt virtus moralis, & medium eius eſt inter ſuperfluum, & diminutum; & hoc dupliciter ſcilicet ex parte actus, & ex parte obiecti.

Homo dum benè operatur imaginem Dei in ſe conſeruat, ſi malè hæc imago delitur in illo.

50 *In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum*: Homo cum benè agit, & iuſtus conſeruatur, imaginem in ſe retinet Dei, ſi malè operatur deletur in illo hæc imago. Hoc totum apertè ſcribit Mediolanenſium Paſtor in tractatu de 2. interpellat. Dauid cap. 9. tom. 4. dicens: *Si benè egerimus, manet in nobis iſta imago caeleſtis: Si malè quis agit deletur in illo hæc imago.*

Verſ. 2

Peccatum eſt nihil, & homines nihil ſunt dum faciunt illud.

51 *Maſculum, & fœminam creauit eos*, ideſt pœnitentiam, & dolorem peccatoris creauit Deus; nam ex nihilo miſeriæ ad eſſe gratiæ hominem peccatorem extollunt, affirmat primum S. P. N. Auguſtinus in cap. 1. S. Ioannis, quod *peccatum nihil eſt, & nihil ſunt homines dum faciunt illud*: Quod pœnitentia hominem extollat, audi S. Ioannis Chryſoſtomi elegantiſſima verba, tom. 2. Serm. 29. de Pœnit. lit. A, pag. mihi 347. *O pœnitentia*, inquit, *quæ peccatum miſerante Deo remittis, & Paradiſum reſeras: quæ contritam ſanas hominem, & triſtem exhilaras: Vitam de interitu vocas, ſtatum reſtauras: honorem renouas, fiduciam das: & reformas vires, gratiamque abundantiorem refundis! O pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas: O pœnitentia rutilantior auro, ſplendidior ſole, quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperas nec deſperatio delet.*

Pœnitentia Elogium.

Deus multiplicat gratiam, & dona ſua homine cooperante.

52 *Et benedixit illis*: quia dolorem, & pœnitentiam peccatoris Deus multiplicat homine cooperante; nam (vt ſuprà diximus in literali expoſitione) Dei benedictio; inquit Angelicus Eccleſiæ Doctor, ſignificat donorum eius collationem, & multiplicationem.

Vera pœnitentia ſemper eſt vnita cũ maximo peccatorum dolore.

53 *Et vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt*: Vtique vnum nomen indidit Deus pœnitentiæ, & dolori, vt ſcirent pœnitentes non poſſe dari veram pœnitentiam, niſi ſit vero coniuncta dolori; nec verus dolor, niſi vera coniuge pœnitentia.

Verſ. 3

Confeſſionis ac Communionis die abſtinendum à voluptatibus.

54 *Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit*: Quia Adam lugendo Abelem occiſum centum annos ab vxore ſe abſtinuit, & poſteà genuit. Sicut in litera expreſſimus, magnum exponitur hic myſterium: nempè, non verus omninò putatur luctus cuius iura voluptatis ſtudio violantur. Ediſcant ergo luctum pœnitentiæ gerentes Confeſſionis, ac Communionis die voluptatibus abſtinere, præcipuè venerea, licèt coniugali: Vndè ad rem loquitur S. Io: Chryſoſtomus vbi ſuprà homil. 30. dè proditione Iudæ lit. C pag. mihi 107. *Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia, & Sacrificium purum eſt. Sanctam animam præparemus: & hoc non multo tempore, ſed vna contingitur die.*

Filij imitantur Parentum actiones.

55 *Et genuit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*: quia regulariter filius in moribus imitatur patrem, Pater debet eſſe multùm virtuoſus, nam ſi dicit S. Bernardus Serm. in tranſitu B. Malachiæ Epiſc. lit. L. col. 3. pag. mihi 71. impreſs. Pariſ. *Qualis paterfamilias, tales, & domeſtici eius*: ergo à fortiori tales filij? ſi bonus pater, boni & filij; ſicut è contrà, ſi peſſimus pater, peſſimi filij dignoſcuntur.

Seth interpretatur Poſitus.

56 *Vocauitque nomen eius Seth*: ideſt, filius, qui per bonam indolem *poſitus* videtur à Deo, dignus eſt nomine æterno.

Seth interpretatur Reſurrectio ex S. P. N. Auguſtino lib. 15 de Ciu. cap. 17. in fine.

57 Vel dic; *& vocauit nomen eius Seth*: quia qui reſurgit per pœnitentiam ad gratiam, nomen huius ſcriptum in terra (dicit Hieremias cap. 17. verſ. 13.) *recedentes à te, in terra ſcribentur*, in libro vitæ Agni ſcribetur, quia in gloriam, dicit S. Ioannes in Apocal. cap. 21. verſ. 27. *Non intrabit aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.*

Verſ. 4

Qui patienter ſufferet tribulationes vberiorem à Deo

58 *Et facti ſunt dies Adam poſtquam genuit Seth: octingenti anni: genuitque filios, & filias*: Homo bonus, qui patienter ſuffert tribulationes vberiorem à Deo benefaciente fœlicitatem experitur, ità Sancto aduenit Iobo,

Beneficiò ſe ſolicitatum experitur.

cap.42. verſ.10. qui, ſicut Adam, prolem extinctam miſerè cognoſcens, duplicia à Deo habuit: *Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob .... & addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia.*

Fœlix ſenectus ſi purgantur adoleſcentiæ delicta vita laboribus.

Verſ. 5. 59 *Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt*: Fœlix ſenectus, ſi purgantur adoleſcentiæ crimina, ſi pœnitudo geritur, ſi lacrymis ſtrato rigato eum Regio vate pœnitens dicet (Pſal. 24. verſ.6. 7. & 11.) *Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſaeculo ſunt, delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris .... Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.*

Filius ſapiens parẽtes lætificat.

Verſ.6 60 *Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.* Sæpè è Parentibus bonis filij naſcuntur boni, vt parentes magis in filijs lætentur: Iuxtà illud Prouerbiorum cap.10. verſ.1. *Filius ſapiens lætificat Patrem.*

Homo rectus, & innocẽs multam habet à Domino generationem cum cœleſti benedictione.

Verſ.7 61 *Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios: & filias: Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo: Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.* Pſal.23.verſ.4.5.& 6.

Fœliciter moritur ſenex Pater, qui ſobolẽ relinquit Sanctam.

Ver.8. 62 *Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt*: Pater ſenex, qui prolem Sanctam relinquit fœliciter moritur, nam *gloria patris, ſi filius eſt ſapiens*, ò quam fœliciter moriens æternam ad gloriam glorioſior enaſcitur! poteſt hic abſque dubio verba agonizantis Conſtantij Imperatoris hæredi filio dicta, ſuo pronunciare ſuperſtiti: Polit. San. apud Biblioth. Photij. *Nunc mors mihi vita iucundior, cum tuum, fili mi, Imperium, maximi inſtar ſepulchri ſit futurum; Quod enim relinquam in terram, Imperatorem, qui Chriſtianorum lachrymas valeat detergere, & ſiſtere iniquas cædes, quas Maximianus contrà Chriſtianos machinari non deſinit; iam fœlicem mihi dat quietem.*

Enos interpretatur Vir: Cainan Poſſeſſor. Vir continẽs eſt poſſeſſor virtutis.

Verſ.9 63 *Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan*: Vir, ideſt, prudens, & continens eſt poſſeſſor virtutis: ſic ſcribit S. Ambroſius in lib.2. de Abraam cap. 2. in tom.4. *Prudentes, & continentes, virtutis, atque animæ poſſeſſores ſunt; .... Qui autem amatores corporis ſunt, delectationibus eius irretiuntur.*

Non tantũ ſut filij diligendi à parẽtibus, vt ipſi amorem Dei amittant.

Verſ.10 64 *Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios, & filias*: filijs, & filiabus parentes ſi affluant; ipſi non debent tantum cor apponere filijs, vt amorem Dei amittant; nam filiorum hæreditas euaneſcere poteſt, Charitas autem nunquam excidit: opportunè ſic loquitur S.Petrus Chryſologus impreſs. Venet. Serm.161. pag. mihi 547. *Quæ maior hæreditas, quæ melior hæreditas, quàm diuinæ vinculum charitatis? Quia hæreditas aliquando perit, charitas numquam, dicente Apoſtolo: Charitas numquam excidit.*

Honora patrem, & matrem tuam vt ſis lõgæuus ſuper terrã.

65 *Factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt*: Honorare Patrem ſuum, & Matrem ſuam longam ſenectutem filijs donat: Propter quod mandatum hoc Iſraeli datum in Exodo cap.20.ver. 12.à Domino prædicatur à S.Paulo in Epheſo cap.6. verſ. 1. vſquè ad 3. dicens: *filij obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione: Vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.* Ver.11.

Malaleel interpretatur Laudans Deũ. Filij laudant Deũ ſi patres eos in diſciplina Domini educant.

66 *Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel*: Malaleel interpretatur *Laudans Deum*: O quam benè filij Deum laudant, qui ſunt à parentibus in diſciplina Domini educati: Hinc Apoſtolus, dicit: *Et vos Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.* Ver.12.

Homo qui timet Dominum benedicetur à Deo, & videbit filios ſuos ſicut nouellas oliuarũ in circuitu menſæ ſuæ.

67 *Et vixit Cainan, poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios, & filias*: Homo qui timet Dominum, & ambulat in via eius, videbit filios ſuos ſicut nouellas oliuarum in circuitu menſæ ſuæ, *Ecce* (dicit Pſalmiſta Pſal. 127. verſic.4) *Sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Verſ.13

Epitaphiũ cuiuſq. noſtrum eſt, Et mortuus eſt.

68 *Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt*: ſingulis ponitur, *& mortuus eſt*; Nam vt ait Eccleſiaſticus cap. 14. verſ.12. *Hoc eſt Teſtamentum huius mundi: morte morietur*: Ergo cuiuſque Epitaphium erit. *Et mortuus eſt*; ò quænam in mundo Sanctitas ſi ſinguli ſe morituros cogitarent! Qualenam erit ò Homo vltimum tuæ vitæ Trophæum qualenam? Ecce, *& mortuus eſt.* Ergo vnuſquiſque cogitet, quod ego nunc mihi meditandum expono: De ſingulis hominibus dictum fuit, *& mortuus eſt*: Ergo etiam de me breui dicetur, *& mortuus eſt*; Hæc mea, & cuiuſque erit in hac patria inſcriptio. Verſ.14

Facilè cõtemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturũ.

Laurentius tot reſpirauit annos, & tali anno Mortuus eſt.

Iared interpretatur deſcẽdens.

O fœlix qui hæc verba mente reuoluit! nam *facilè*, inquit S. Hieronymus impreſs. Pariſ. epiſt. 103.ad Paulinum tom. 3. lit. G, col.2. pag. mihi 675. *facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.* Verſ15.

Qui genitoris opera non facit, negat genus.

69 *Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared*: Filius deſcendit à patre, & genus patris negat, ſi genitoris opera

ra

ra non facit: *Vndè clarè loquitur Rauennas eloquentia Serm.123. pag. mihi 432. dicens: Qui genitoris opera non facit, negat genus .... Ille fidem generis probat, cui tantus paterni operis aſſertor aſſiſtit.*

Qui genitoris opera non facit, negat genus.

Verſ.16 . 70 *Et vixit Malaleel, poſtquam genuit Iared octingentis triginta annis, & genuit filios, & filias:* Nonnè legiſti tot præteritas patriarcharum generationes? nonnè adueniunt, & aliæ? Quid morale nunc habes? Vis ſcire? Nihil in mundo permanet. Hinc dixit Eccleſiaſtes cap.1. verſ.4. *Generatio præterit, & generatio aduenit.* Et propter hoc ſcripſit Apoſtolus 1. ad Corinth. cap.7. verſ.31. *Et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.*

Nihil in mundo permanet, quia præterit huius mundi figura.

Ver.17. 71 *Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt:* Licet homo ex hac vita migret, viuit etiam, ſi non habet quod moriatur in eo, ſi non habet ex Ægypto iſto calceamentum aliquod, vt vinculum, ſed exuit illud prius, quàm corporis huius deponatur officium: Nam ſcribit S. Ambroſius in lib. de flebili querimonia in lib. de fide Reſurrect. tom.3. *Deus enim mortuorum non eſt, ſed viuentium. Viuemus, & nos, ſi geſta moreſque maiorum voluerimus imitari.*

Qui moritur viuit etiamſi nō habet quod moriatur in eo.

Verſ.18 72 *Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch:* non poteſt Pater peſſimus filium generare bonum, quod ſi accidit raró accidit, indè Pater Sanctus debet eſſe, vt filium generet Sanctum. Hinc Veritas dixit æterna, per os S. Matth. cap. 7. verſ. 18. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.*

Non poteſt Pater peſſimus filiū generare bonum, & hoc ſi accidit rarè accidit.

Verſ.19 73 *Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios, & filias:* Non omnis genitor, pater eſt; ſed qui benè filios inſtituit. Non minus ad rem, quam eleganter Pater Didacus de Celada ſic habet in Suſannam §.32. in fine col. 2. pag. mihi 123. impreſs. Lugd. *Porrò generatio genitorem denominat; pædagogia autem accuratior, & optima morum inſtitutio, genitorem refugit in Patrem: quaſi venerabile nomen Patris, non tam naturalis voluptuoſæ generationis, quam optimæ morum inſtitutionis ſtipendium cenſeatur.*

Non omnis genitor, pater eſt, ſed qui benè filios inſtituit.

Verſ.20 74 *Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt:* mors vitam ſequitur, ſi homo in vita benè vixit, nihil habet in morte timendum: Vndè S. Ambroſius in lib. de bono mortis cap. 8. tom. 1. fatus eſt. *Non enim habemus quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit vita noſtra commiſit.*

Timet in morte qui vitam malè duxit.

Verſ.21 75 *Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam:* non eſt obſtaculum virtutis coniugium; quia etſi Henoch genuiſſet filios, & filias tamen poſt hoc placuit Deo, & cum ipſo ambulauit: Hinc bellè Aureus Doctor in tom. 5. ibidem hom.21. lit.B. pag. mihi 101. *Et placuit, ait, poſtquam genuit: vt ne quis arbitretur obſtaculum virtutis eſſe coniugium. Quia ſi ſobrij ſumus, neque educatio, neque coniugium neque aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus Deo.*

Mathuſalam interpretatur mortē ſuā poſtulans.

Coniugiū non eſt obſtaculum virtutis.

76 *Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis, & genuit filios, & filias:* ex Dei enim continua præſentia iuſti ediſcunt perfectioni obſequium litare. Hinc Deus Abrahæ dixit, vt ſanctior fieret, *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Gen. cap.17. verſ.1. Verſ.22

Ex Dei præſentia oritur ſanctorum perfectio.

77 *Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni:* Henoch omnium Patriarcharum minor ætate; benè oſtendit merita ætatem ſuperare, *& Deus omnipotens mentes magis probat, quàm ætates,* dicit S. Ambroſius in epiſt. ad Virgines de paſſ. S. Agnetis, in tom.1. Verſ.23

Meritum ætatem ſuperat. Deus magis mentes quam ætates probat.

78 *Ambulauitque cum Deo:* benè ambulat cum hominibus, qui cum Deo benè ambulat: *Vides ergo* (ſcribit S. Ambroſius in lib. ſuper Beati immacul. lit.4. verſ.2. tom.4.) *quia ille viuit ſecundum Verbum Dei, qui viam ambulat Chriſti...... liquet igitur alias vias eſſe Carnis, alias Dei: & ſi quis velit ambulare vias Dei, & prius vias eſſe carnis, & corporis, & ſecularis ſapientiæ deferendas.* Verſ.24

Benè ambulat cū hominibus qui cū Deo benè ambulat.

79 *Et non apparuit; quia tulit eum Deus:* iuſtus, & Religioſus bonus amat ſolitudinem, & quamuis in ſolitudine ſit, ſolus non eſt, quia cum Deo eſt. Ideò S. Ambroſius lib.3. de offic. cap.1. tom. 1. dixit *Quando ergo iuſtus ſolus eſt, qui cum Deo ſemper eſt? Quando ſolitarius eſt, qui nunquam ſeparatur à Chriſto?*

Religioſus bonus ſolitudinem amat, & quamuis ſit ſolus in ſolitudine ſolus tamē nō eſt quia cū Deo eſt.

80 *Quia tulit eum Dominus:* de iuſto Deus habet præcipuam curam; nam ſi dixit Chriſtus iuſtis Apoſtolis curam habere de eorum capillis, (S. Matth. cap.10. verſ.30. *Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt*) quantò magis de ipſis curam habebit?

Deus habet de iuſto curam præcipuam.

81 Vel dic *non apparuit quia tulit eum Deus:* Iuſtus moriendo non moritur, ſed mutat vitam temporalem, & miſeram cum vita æterna, & felici.

Iuſtus non moritur, ſed mutat vitam.

82 *Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech:* Mathuſala, iam vides, Patrem habuit ſanctum, auos, atauoſque glorioſos: hinc collige quod Gloria innata maior eſt, quam quæſita, præcedit quod venit ab origine, quod ſequitur ex labore; & gloriam beatius eſt habere quam quærere: ſic eleganter S. Petrus Chryſologus de Ann. & Concept. S. Io: Baptiſtæ ſerm. 89. pag. mihi 313. *Oratores magni, & excellentes ingenio, quoties illuſtrium virorum parant narrare virtutes, auos atauoſque commemorant, vt ad honorem præſentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorum redundet ad gloriam. Maior eſt innata gloria, quam quæſita: præcedit quod venit ab origine,* Verſ.25

Gloria innata maior eſt quā quæſita.

Gloriam beatius eſt habere quā quærere.

quod

quod ſequitur ex labore : gloriam beatius eſt habere , quam quærere .

Verſ.26 *Filios genuiſſe libidinis eſt teſtimonium, erudiſſe pietatis.*

83 . *Et Vixit Mathuſalam poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis , & genuit filios , et filias* : Parentes non debent gloriari tot genuiſſe , ſed tot benè erudiſſe filios, nam S. Ennodius in Paræn. didaſc. dicit *genuiſſe enim libidinis teſtimonium eſt, erudiſſe pietatis* .

Ver.27. *Non annorum ſuffragio, ſed ſenſuum bona ſenectus conſtat .*

84 *Et facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta nouem anni , & mortuus eſt* : ſenectus annos non ſupputat , ſed mores computat , benè ſenex non eſt qui ad probandam ſenectutem nihil aliud adducere poteſt , quamdiù vixiſſe : *Nam diù viuere*, inquit S. Ambroſius, lib.2. de Abraham impreſſ. Pariſ. tom.1.cap.9. lit. M. col. 1. pag. mihi 335. *commune ſapientibus atque inſipientibus eſt : benè autem viuere ſpeciale ſapientis eſt* , (Sapient.cap.4.verſ.8.) *cuius ſenectus venerabilis , & ætas ſenectutis vita immaculata ; non diuturna , inquit , neque annorum numero computata , nec capillis canis in capite, ſed ſenſibus. Ille ergò benè ſeneſcit , qui benè ſenſerit .*

Ille benè ſeneſcit qui benè ſenſerit .

Verſ.28 85 *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis , & genuit filium* : ſi benè conſideraſti , dicitur hoc Verbum *Vixit* ſicut de Lamecho , ſic , & de omnibus Patriarchis: vt intelligas , quod *Viuit ſemper Deo , qui ſe ſibi viuere nec ſciuit in mundo* dicit S. Petrus Chryſologus , de diuite , & Lazaro ſerm. 124.pag.mihi 439.

Lamech : interpret. Percuſſus. *Noe interpretatur* Quies.

86 *Vocauitque nomen eius Noe* : Lamech interpretatur *Percuſſus* , & Noe *requies* : ergò Lamech vocauit filium ſuum nomine Noe: hoc monſtrat myſterium , nempè percuſſi tribulationum dat homini interiorem requiem : Hinc ſcripſit S. Io: Chryſoſtomus tom.2.homil.12. de Muliere Canan : lit. D. pag. mihi 37. *Sicut enim aurum in camino non læditur , ſic nec ſtabilem animam tribulatio , non nocebit . Quid operatur caminus ? aurum mundat . Quid operatur Tribulatio ? tolerantiam , amplioremque patientiam*, & alibi dicit *niſi tentatio , nec corona ; niſi tormenta nec præmia ; niſi ſtudia , nec honores ; niſi tribulatio , nec remiſſio, nec conſolatio* .

Tribulationum Percuſſio dat homini interiorem requiem , & patientiam auget ,

87 *Diceus iſte conſolabitur nos ab operibus , & laboribus manuum noſtrarum* : Multum prodeſt homo iuſtus in tribulationibus , & præcipuè vniuerſalibus .

Qui à peccato liberatur ineffabili conſolatione afficitur .

88 Vel dic: *ipſe conſolabitur nos ab operibus , &c.* quia omnia retrò commiſſa piacula per Noe quieuerunt cauſa diluuij : dicendum . Nihil generi humano grauius , ac moleſtius peccato ; vndè qui a peccato liberatur ineffabili conſolatione immenſo ſublato pondere afficitur .

Peccatum non ſolum obeſt ſpiritualiter ſed etiam temporaliter .

89 *In terra cui maledixit Dominus* : Peccatum non ſolum obeſt ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter . Ideò Dominus non pluit in Samaria ; Pharaoni, & Ægyptijs tot plagas inflixit .

Verſ.30 *Cum ætate corporis creſcere debet virtutis ætas .*

90 *Vixitque Lamech , poſtquam genuit Noe, quingentis , nonaginta quinque annis , & genuit filios , & filias : Electis* , inquit S. Gregorius in cap.31.verſ.18. S. Iobi *cum foris ætas corporis , intùs, ſi dici liceat , creſcit ætas virtutis* . Ergo ſi tu cum tua ætate virtutem creſcere non vides , vel, dic, te non electum eſſe , vel fieri electus non curas .

Ver.31. *Mors laborantium ſolatium .*

91 *Et facti ſunt omnes dies Lamech , ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni , & mortuus eſt* : Mors laborantium ſolatium eſt , vndè licet eſclamare . O mors tot curarum hominis conſolatio ! Vndè eleganter ſcribit S. Ambroſius lib. de bono mortis in 9. ratione cap. 4. tom.1. *Mors hæc tranſitus Vniuerſorum eſt . Opus eſt vt conſtanter tranſeas . Tranſitus autem à corruptione ad incorruptionem , à mortalitate ad immortalitatem , à perturbationibus ad tranquillitatem . Non igitur te nomen mortis offendat , ſed boni tranſitus beneficia delectent* .

Mors tranſitus vniuerſorum eſt .

92 *Noe verò cum quingentorum eſſet annorum , genuit Sem, Cham , & Iaphet* : Neminem Patriarcharum legitur hìc tantum abſtinuiſſe sè à coniugio : Vndè benè ſtat myſterium ; Noe correpturus mundum ex venerea libidine corruptum diuturna antè coniugium virginitate florere voluit ; quia *qui aliorum eſt errata correpturus* dicit Eſcobar , *longè debet eſſe ab eorumdem infectione* .

Qui aliorũ culpas vult corrigere , non ſit debet quas corrigit maculatus

DVBIA SACRA
IN CAPVT V. GENESIS.

Verſ.1 §. 1 QVare in hominum generationis libro non aſſumitur Caini propago, neque poſterorum eius aliqua fit mentio, ſcribente ſolum Moyſe: *Hic eſt liber generationis Adam &c. vt doceret nos*, reſpondet S, Io: Chryſoſtomus tom.5. homil. 21. in Gen. cap. 5. lit. B, pag. mihi 99. qui dubium ponit, *quod generationes illas quaſi reprobas facta, neque memoria poſthac dignetur: ſed ex Seth, qui nunc illi natus eſt, genealogiam ordi-tur, vt ex hoc diſcas, quantum Deus humani generis rationem habeat, & quomodo ijſdem verbis illos auerſetur, quibus ſanguinaria mens eſt.*

Reprobi indigni memoria.

Deus auerſatur illos, quibus eſt mens ſanguinaria.

Verſ.1 2 Quare Deus voluit ſeruari librum humanæ generationis, & ſcribi, præclaraque geſta ſua, quæ in deitate operatus eſt, perpetuæ obliuioni voluit tradi? Quia tanti Deus hominem facit, vt obliuioni tradi ſua egregia facinora ſatiùs duxerit, quam aliquam hominis dignitatem, auctoritatem, ac nobilitatem negligi. Oleaſter inibi ſic ex hebræo locum vertit, & ad rem tempeſtiuè exponit; *Hic eſt numerus generationum Adam*, &c. *Expende quanti faciat Deus hominis generationes, vt ſcilicet velit earum librum ſcribi. Sic etiam voluit quatuor Chronographos ſumma cum diligentia generationem humanam ipſius enarrare: præclara verò geſta ſua, quæ in deitate operatus eſt, voluit perpetuæ obliuioni tradi. Vbi enim liber bellorum Domini, & alij, in quibus geſta, quæ fecit ad rubrum mare, & ad torrentes Arnon? Omnia perire voluit, ſolius verò humanæ generationis librum ſeruari*, Cognoſce ò homo nobilitatem tuam.

Quanti Deus hominem faciat.

Verſ.1 3 Quare dicitur ad *ſimilitudinem Dei fecit illum*, & non ad imaginem? quia ſimilitudo conſiſtit in imitatione, vt homo ſuis ipſe egregijs actionibus diuinam adſciſceret ſimilitudinem, vti contemplatur Origenes in lib.3. Periar. inquiens; *Imaginis dignitatem in prima conditione percapit; ſimilitudinis verò ſibi poſſibilis perfectionem ipſe ſibi cum propriæ induſtriæ ſtudijs ex Dei imitatione conſciſcit.*

Homo actionibus egregijs Deum imitando ſimilitudinem eius adſciſcit.

Ver.1. 4 Quare ſcribit Moyſes, *ad ſimilitudinem Dei fecit illum?* Vt argueret hominum ſuperbiam, qui nec ſimiles ſibi ipſis videre poſſunt; nec ſuperiorem tolerare nequeunt. Acutè hoc obſeruauit Oleaſter in hunc modum, *Arguit locus iſte*, inquit, *hominum ſuperbiam, qui nolunt ſibi ſimilem, aut æqualem habere, qui ſi viderint vicinum creſcere, non ſolum inuident, ſed deturbant eleuatum ſi poſſunt. Numquid maior es Deo, qui ſui ſimilem non ſolum patitur, ſed facit?*

Superbia hominum bellè correpta.

5 Quare dicitur ad *ſimilitudinem, & non ad imaginem?* Vt homo diſceret ſilere: nam pro voce *ſimilitudo*, hæbraicè eſt צלם *Salme* quæ vox ſignificat ſilentium: Scit ergo benè loqui, qui ſcit benè tacere: Vndè S. Ambroſius lib. 1. de officijs cap. 2. tom.1. dicit *Tace ergo prius, & audi, & non delinques in lingua tua.* Verſ.1

Scit benè loqui, qui ſcit benè tacere.

6 Quare dicitur ad ſimilitudinem Dei factus homo? Quia homo incomprehenſibilis, incomprehenſibilem Dei naturam (etſi peruersè) repræſentat. Deus à perfectione diuina eſt incomprehenſibilis; homo ab imperfectione humana vix poteſt comprehendi. Eccè vtrumque incomprehenſibilem, etsì diuerſiſſimè: Hoc totum eleganter explanat S. Zeno Veronenſis de Geneſi ſerm. 4. *Cum Deus dicit:* (ſcribit S. Doctor) *Ego ſum, qui ſum, & non demutor. Cum hoc ita ſit, homo quemadmodum Dei imaginem portat? cuius vultus omni conuerſioni ſubiectus momentis omnibus immutatur, labore, ætate, languore, gaudio, triſtitia: nunc macie deformis, nunc enormis pinguedine; vſque adeò incertus, vt idem in duobus per orbem totum non poſſis inueniri terrarum. Igitur in Deum cum hæc non incidant, Dei imaginem non habemus? Abſit. Habemus planè: Et quidem manifeſta ex eo ipſo, quod non eſt portantibus noſtra. Incomprehenſibilis enim Dei imago inuiſibilis ſit, neceſſe eſt.* Quæ ergo ſimilitudo æqualior incomprehenſibili Deo potuit effingi, quam homo, tam crebrò alius à sè, ſibi diſſimilis, cœteris diuerſus, incertus cunctis, omnibus incomprehenſibilis? Ver.1.

Homo dicitur ſimilitudo Dei quia incomprehenſibilis eſt.

Homo ſemper mutatur.

7 Quare dicitur *Maſculum, & fœminam creauit eos?* Vt intelligerent ſuperiores Prælati, & Præpoſiti, occultum myſterium. Sit igitur (Eccè diſſolutum enigma) Superior, ſeù Prælatus, vel Præpoſitus, maſculo-fœmina, nempè à ſapientia maſculus, à pietate fœmina; non inſipientia fœminea, & ſeuitia maſcula monſtrum: Vndè Hugo Cardinalis in cap.1. Gen. verſ. 26. dicit *Maſculum, & fœminam creauit eos. Scilicet Prælatos: qui debent eſſe fœmina per manſuetudinem, maſculus per diſciplinam.* Ver.2.

Prælatus debet eſſe maſculo-fœmina, & quomodo.

8 Quare vno ſolo nomine Adam vocati ſunt Adam, & Eua? *Et vocauit nomen eorum Adam:* Quia Coniugibus eadem anima, eadem reſpiratio, idem nomen eſſe debet. Hinc ad rem ſcripſit Didacus de Celada in cap.4. Iudith §. 12. num. 47. *Audis*, inquiens, *virum, & mulierem appellari Adam? Vterque* Verſ.2

Coniugibus eadem anima eadem reſpiratio idem nomen eſſe debet.

dicitur

dicitur homo non homines ambo, ſed vnus homo dicitur: quaſi ambo non ſint plures homines, ſed homo vnus ob coniugium; nec nomen diuerſum ſit in vnitate coniugij: ſunt enim duo in Carne vna.

Ver.3. 9 Quare dicitur Adam genuiſſe filium ſuum Seth ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, non autem ſic dictum fuit de Cain? quia filius qui mores paternos exprimit ad imaginem Patris genitus eſſe dicitur: S. Io: Chryſoſtomus vbi ſuprà lit. D. pagina mihi 100. rem totam elucidans dicit *Cain dico nihil tale aſſignauit, nimirum iam anteà ſignificans illius in malum proclivitatem. Et meritò: non enim ſeruat paternos characteres, & mores, ſed protinus ad malitiam confugit. Hic autem inquit, ſecundum ſpeciem, & ſecundum imaginem ſuam, hoc eſt eorundem morum, quibus ille qui genuerat, et qui ſeruat paternos characteres, operibuſque paternos mores exprimat, qui reparare poſſit ſua virtute prioris peccatum.*

Filius mores exprimens paternos Patris imago dicitur.

Ver.3. 10 Quare dicitur Seth ad imaginem, & ſimilitudinem eſſe Adami? quia parentes agnoſcendo filios æmulatores eorum virtutum imagines ſuas eſſe vocant: ſicut econtrà filij parentum virtutes non æmulantes debent minimè à parentibus dignoſci. *Quomodò enim*, inquit, Doctiſſimus Eſcobar ibid. *quomodò enim ad ſanctum parentem pertinere videbitur, qui diaboli ſimilitudinem exponit?* Hinc Phariſeis obiurgantibus dixit Chriſtus *Vos ex patre diabolo eſtis*. S. Ioannes cap. 8. verſ. 44.

Filij non æmulantes virtutes Parentũ, quaſi non filij reputandi.

Ver.3. 11 Quare expreſſit Moyſes Adamum generaſſe filium *ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam?* Vt intelligerent filij debere gloriari non de antiquitate, & nobilitate, ſed de ſimilitudine Auorum, ita vt filij nihil noui introducant, ſed veſtigia bonorum parentum ſequantur, & ſimiles illis fiant in operibus virtutis: Hinc eſt quod Tertullianus in Apologetico Adu. Gentes, cap. 6. lit. A. pag. mihi 673. impreſſ. Pariſ. conqueritur de Gentilibus, quod res optimas maiorum ſuorum abiécerint, cum iuxtà naturæ leges eas potius tenerentur ſequi; & eorum facta imitari. *Vbi Religio?* inquit, *Vbi veneratio maioribus debita à vobis? Habitu, victu, & instructu, ſenſu, ipſo denique ſermone proauis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquitatem, & nouè de die viuitis. Per quod oſtenditur, dum à bonis maiorum inſtitutis deceditis, ea vos retinere, & cuſtodire, quæ non debuiſtis, cum quæ debuiſtis non cuſtoditis.* Hac etiam ratione in magnum dedecus obſeruat Ioſephus lib. Antiquitat. cap. 3. quod filij Samuelis à parentis vita, & moribus aberrauerint.

Filij veſtigia bona parentum ſequi debẽt & ſic gloriari de eorum ſimilitudine, non de eorum antiquitate.

A nouitate cauendum.

Præcepta ſeniorum non tranſgredienda.

Verſ.4 12 Quare dicitur de omnibus, *& facti ſunt dies* ſicut de Adam, & non facti ſunt anni? vt homo diſcat vitæ ſuæ tempus eſſe dies pœnitentiæ, dies placandi iram Dei, & eius miſericordiam impetrandi, vndè eleganter ſcripſit P. Antonius Velazquez in epiſt. ad Philipp. tom. 1. annot. 9. in cap. 1. verſ. 10. pag. mihi 139. impreſſ. Lugd. *Ergo hinc diſcas, omne vitæ noſtræ tempus eſſe dies vtiles, ſiuè legitimos, ſiuè dilationes, & inducias, in quibus experiundi iuris, placendi Deo, placandi eius iram, pœnitentiæ, reconciliationis, miſericordiæ, gratiæ beneficentiæ obtinendæ poteſtas eſt.*

Tempus vitæ hominis, dies eſt Pœnitentiæ.

13 Quare Adam tam diuturnam vitam habuit, cum factum *ſit omne tempus eius quod vixit anni nongenti triginta? Vt homines citius propagarentur* ſcribit Eſcobar inibi. Verſ.5

Adã multum vixit, vt homines propagarẽtur.

14 Quare homines primæ ætatis tam diutiùs durauerunt, cum noſtra ætas, tam breuibus includatur terminis? Quia Complexio hominum erat Robuſtior, & temperatior in prima ætate, quam in noſtra; (Vide Ariſtotelem 2. de anima cap. 5. de potentia nutritiua) & hoc propter armoniam calidi, & humidi; cum autem iſtud humidum temperatiùs, & ſolidiùs erit, tantò diutiùs manebit in eo calidum naturale, quibus manentibus vita remanet. Si autem iſtud erit male commixtum (ſicut hodiè accidit) & debile, citò conſumetur, & vita viuentis peribit.

Homines primæ ætatis robuſtioris complexionis.

Hoc ſequitur à Verſiculo 5 vſque ad finem.

15 Vel dic; quia erant ſobrij, & nutriebantur naturali, & ſimplici victu, & potu, nam varietas, mixtura, & condimenta ciborum vitam debilitant, & minuunt. Hinc dixit Eccleſiaſticus Sapiens cap. 37. verſ. 32. 33. & 34. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam: in multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſquè ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtineus eſt, adijciet vitam.*

Sobrietas, & contentatio in victu, & potu vitã roborant.

Abſtinentia vitam elongat.

16 Vel dic; quia homines illi primæ ætatis perfectè nouerant (docente Adamo) herbarum, metallorum, lapidum, fructuum, aliarumque rerum, vires naturales, & facultates, quibus rebus vſi longæuam duxerunt ætatem.

Vires naturales herbarum, & aliarum rerum proſunt humano corpori.

17 Quare nullus hominum antè diluuium natus milleſimum non attigerit annum? Quia quantuncunque homines illi vixerint, eorum tamen, vel longiſſimam vitam ne vnius quidem inſtar diei obtinent comparatione diuinæ æternitatis, dicente Regio Vate Pſal. 89. ver. 4. *Mille anni antè oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præterijt.*

Quantuncunque annis viuat homo, nã que vnum diem viuit.

Mille anni vna dies ante oculos D.

18 Vel dic; vt verificaretur quod dixerat Deus omnibus hominibus in Adæ perſona, quando præceptum de non comedendo fructu impoſuit, ſcilicet, *In quocunque die comederis morte morieris:* Gen. cap. 2. Verſ. 17. quod ſic verè accidit (Vide S. Irenæum in fine lib. 5. aduerſus hæreticos) Poſt eſum enim pomi vetiti, Adam viuendo, vnum diem integrum non expleuit, quia ad milleſimum annum non peruenit, mille anni tamquam dies. Eſt igitur Vita hominis, quantacumque ſit, velut dies vnus: cuius

Adã viuendo, vnũ diem integrum non expleuit, quia mortuus eſt; & quomodo intelligitur.

Manè eſt tempus ab ortu, vſquè ad iuuentutem: Meridies, iuuenilis, & virilis ætas; Veſper, ſenectus vſquè ad mortem, cui congruit illud Dauidis in ſupradicto Pſalmo verſ.6. *Manè ſicut, herba quæ tranſeat, manè floreat, & tranſeat: Veſperè decidat, induret, & areſcat*, Hic collige, quod ad deſignandam hominis mortem antè diem integrum, ideſt antè milleſimum, venit Dominus ad Adam *Poſt meridiem*, ideſt in Veſpere. Vndè Quintilianus dixit *Tota hominis vita vnus eſt dies*.

Deus Verax dæmon mendax.

19 Quare Moyſes ſingulas memorando generationes ſubiecit omnibus eadem clauſula nempè *Mortuus eſt?* Vt Deum veracem oſtenderet, Dæmonem autem mendacem demonſtraret; Deus dixit *Si comederitis ex eo mortem moriemini*. Dæmon autem promiſit *Nequaquam moriemini*.

20 Vel dic; vt cognoſceretur diſcrimen inter præſentem vitam, quæ morte finitur, & futuram, quæ pariter cum æternitate eſt interminabilis.

Breuitas huius vitæ.

21 Vel dic; Quia nihil diuturnum eſt, cuius finis eſt, quidquid enim præterijt, quantumcumque fuerit, pro nihilo ducitur. Cato apud Ciceronem in lib. de Senect. circà finem.

Codice Septuaginta Interpretũ à Ptolomæo poſitã ad Bibliothecã Ægypti Rege poſito ſunt in Armario Qui primus exẽplum traxit corrupit inaduertenter in numeris, ideò in numeris annorum Patriarcharum diſcordare videntur LXX. Interpretes cũ noſtra Vulgata, &c.

22 Quare in ætate Patriarcharum, Septuaginta diſcordare videntur cum noſtra Vulgata, & Hebraica ſcriptura? Quia quando fuerunt à Ptolomeo Rege Ægypti congregati Septuaginta Interpretes Hebræi homines doctiſſimi, verſio, quam fecerunt, poſita fuit in ſuo armario, ſed poſt, primus, qui indè aliquod exemplum traxit corrupit in numeris, in quibus facile eſt errare addita litera, vel minuta. Sic habet S. P. N. Auguſtinus in lib. 15. de Ciu. Dei cap. 13. lit. B. col. 2. pag. mihi 190. dicens *Itaque illa diuerſitas numerorum, aliter ſe habentium in codicibus Græcis, & Latinis, aliter in Hebræis: Vbi non eſt iſta de centum annis prius additis, & poſtea detractis per tot generationes continuata paritas: nec malitiæ Iudeorum, nec diligentiæ, vel prudentiæ Septuaginta Interpretum, ſed ſcriptoris tribuantur errori: qui de bibliotheca Supradicti Regis codicem deſcribendum primus accepit. Nam etiam nunc vbi numeri non faciunt intentum ad aliquod, quod facile poſſit intelligi; vel quod appareat vtiliter diſci; & negligenter deſcribuntur, & negligentiùs emendantur. Quis enim exiſtimet ſibi eſſe diſcendum quod millia hominum tribus Iſrael ſingillatim habere potuerunt? &c.*

Verſ.22 & 24.

Perſeuerãtia tantum commendatur in virtutis negotio.

23 Quare Moyſes bis expreſſit *Ambulauitque cum Deo*, Henoch? Vt vera Sanctitas exprimatur ex perſeuerantia; nam non eſt omninò commendandus qui rectè incipit, ſi defecit; ſed qui perſiſtenter diuinam geſſit voluntatem. Vndè Venerabilis Beda in cap. 4. epiſt. S. Pauli ad Coloſs. col. 1. pag. mihi 409. impreſs. Pariſ. ad illa Verba Apoſtoli. *Vt ſtetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei*, dicit. *Quid eſt vt ſtetis, niſi vt perſeueretis? Vndè dictum eſt de Diabolo in Veritate non ſtetit, quia fuit ibi, ſed non permanſit..... Non ne apertiſſimè oſtendit, Dei donum eſſe in bono perſeuerare vſquè in finem?*

Donũ Dei eſt in bono perſeuerare vſquè in finem.

Verſ.24

Princeps, vt non niſi accuratiſſima conſultatione ad habita, leges ferre; ita earum quas ſemel tulit, diligẽs cuſtos, rigiduſque ſatelles eſſe debet.

24 Quare ſcribit Moyſes Enoc non apparuiſſe amplius, *Quia enim tulit Deus?* Ne videlicet latam à ſe legem mortis eneruaret amicitiæ cauſa, & Iudicem, atque legislatorem eum amico confunderet: benè id hunc in modum obſeruante S. Io: Chriſoſtomo homil. 21. lit. C. pag. mihi. 102. *Vides ſapientiam Domini? Non immortalitatem largitus eſt, vt peccandi metum eneruaret, ſed morti in humanum genus ſuum ius Reliquit.*

Verſ.24

Quantum valida ſit mortis memoria!

25 Quare dicitur Enoc translatus eſt à Deo? Vt oſtenderet Moyſes quantum cenſuerit Deus conducere metum mortis ad continendum mortales in officio, ſiquidem noluit immortalem reddere eum, qui ſibi maximè placuerat, ne reliqui diſplicerent homines, ablato frœno mortalitatis, ſic enim faciliùs vitia amplecterentur. Vndè eleganter ſcribit Aureus Doctor vbi ſuprà *Propter hoc iterum obſcurè, vt iſta dicam, & latenter reuocare vult ſententiam, quam contrà Adam protulit, ſed manifeſtum hoc non facit, vt timor illius emendationi ſeruias. Et idcircò Enoch, cum ſibi multum placeret tranſtulit.*

Timor mortis ad emẽdationem peccatorũ deſeruit.

Ver.24.

Curioſitas compeſcenda. Homini nõ licet explorare quæ à Deo ſiunt, ſed ſolum credere his quæ dicuntur.

26 Quare Moyſes ſcribit de Enoch *tulit eum Deus*, & vbi poſuerit tacet? vt homo *diſcat* inquit S. Io: Chryſoſt. ibid. *non conuenire humanis mentibus curioſiùs ea, quæ à Deo ſiunt explorare, ſed credere his, quæ dicuntur. Nam quando Deus aliquid pronunciat, dictis ipſius contradicendum non eſt, ſed digniora habenda ſunt quæ à Deo pronunciantur, etiam ſi oculis noſtris non videantur.*

Verſ.24

Multoties Deus ab hoc mundo innocentes tollit, ne malitia eorum intellectus mutet.

27 Quare translatus fuit Enoch à Deo? Nè diutiùs viuens iniquis aliorum exemplis, ac ſuaſionibus, varijſque occaſionibus innocentiam perderet. Hinc (& forſan de Enoch, quia tunc in prima mundi ætate multa creuerat malitia, cuius cauſa diluuium mundo aduenit) dixit Sapiens cap.4. verſ. 10. & 1. *Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Vide ergo qualem habet Deus de iuſto Zelotypiam, vt ne inquinetur à pice malitiæ, quia dicit Eccleſiaſtic. cap. 13. Verſ. 1. *qui picem attigit inquinabitur ab ea*, feſtinat, & de ergaſtulis vitæ liberat, vt eum ſibi eripiat: Indè S. Cyprianus in locum citatum Sapientiæ eleganter ſcribit ad rem, ſerm.4. de mortalitate in fine. *Placita enim erat Deo anima eius* (Henoch intellige) *propter hoc properauit educere eum de media iniquitate.*

Verſ.24

Qui iam Deo eximiè placet non iam ipſe eſt.

28 Quare Hebræa lectio legit *Ambulauitque cum Deo, & non ipſe?* quia qui eximiè iam Deo placet non iam *ipſe eſt*; vndè ſcribit

bit Celada in Eſtherem §. 332. pag. mihi 470. *Gratia ſic dediſcit naturam, vt ille ipſe non maneat, ſed mutetur in alium.*

Henoch quia primus litteras didicit præmaturè paradiſo muneratur.

Verſ.24. 29 Quare Enoch tranſlatus fuit? Quia *primus litteras didicit*, vt tradit Græcus in Catena Lippomani. Nam, non tam qui ſapienter docet, quam qui ſtudiosè audit, & diſcit, præmaturè paradiſo dignus cenſetur.

Ad vitam æternam conducit quiq; matrimonium ſi cum Deo ambulant coniugati.

Verſ.24 30 Quarè tranſlatus fuit in Paradiſum Henoch coniugatus ſi poſteà transferendus erat cœlebs Elias? Quia etiam homo coniugatus poteſt aſcendere ad talem perfectionis gradum, vt cum Deo ambulans in Paradiſum transferatur. Luculenter Oleaſter rem totam declarans; *Audis*, inquit, *ad quem perfectionis gradum aſcendere poſſit homo coniugatus, vt Dominus eum de medio tollat, & apud ſe condat. Duos in veteri teſtamento homines, & ſublatos legimus, quorum prior ſcilicet Enoch coniugatus fuit; alter verò ſcilicet Elias, cælibem vitam duxiſſe creditur, vt in duobus, nobis adumbrant, coniugatos, & Cęlibes, ſaluandos à Domino eſſe. Si ergo, vt Paulus ait, ſis coniugatus, non ſit tibi cura, neque putes te in eo ſtatu non poſſe ſaluari, Ambula cum Deo: fac, quod vult ipſe, ſequere eum, & ſaluus eris.*

Qui ambulat perfectè coram Deo licèt ſit in mundo, tamen in mundo non inuenitur, in quo non inuenitur.

Verſ.24 31 Quare teſtatur Moyſes Enoch non apparuiſſe, quia tulit eum Deus cum re vera degeret in hoc mundo, vbi ſitus erat Terreſtris Paradiſus? Quia, ſatisfacit Origenes in homil.27. in Num. *Etſi videatur eſſe adhuc in hoc ſæculo, qui huiuſmodi eſt, in carne habitare; tamen non inuenietur, in quo non inuenitur, in nullo actu ſæculari: in nulla re carnali, nullo colloquio vanitatis inuenitur.*

Iuſtus, & Iuſtitia nata eſt alijs non ſibi.

Verſ.29 32 Quare Lamech vocando nomen filij ſui Noè dixit *iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus*, &c. Quia Iuſtus non quod vtile ſibi eſt quærit, ſed quod alijs, ipſe enim requieſcere facit ab operibus iniquitatis. Ideò dixit S. Ambroſius in impreſs.Pariſ.lib. de Noè, & Arca cap.1. lit. H, col.2. pagin. mihi 216. *Verùm ſi iuſti viri mentem conſideres, aduertes iuſtitiam ſolam eſſe, quæ alijs potiùs nata, quam ſibi: non quod vtile ſibi eſt quærat, ſed quod omnibus. Hæc nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis, hæc reuocat à triſtitia: quia dum ea quæ iuſta ſunt gerimus, nihil timemus puræ conſcientiæ ſecuritate, non dolemus graui dolore.*

Homo dum iuſta gerit nihil timet.

Verſ.29 23 Quare Noe conſolaturus erat homines ab operibus manuum ſuarum, & laboribus *in terra cui maledixit Dominus*? Quia Noe fuit primus *Aratri* inuentor (dicit Caietanus, quem Lipomanus ſequitur) quo maledictæ terræ agreſtem durè auſteritatem facilè proſcinderent, & fęliciter edomarent, adeò vt, quæ maledicto Dei (Gen. cap.3. verſ. 18.) *ſpinas, & tribulos germinabat*, exinceps opimos fructus ederet, quaſi Dei maledictum magna ex parte ſoluerit *aratri* inuentum. Sed quid ineſt *aratro*, vt eius inuentor tanto plauſu exceptus ſit, & indè à natiuitate feliciter nominatus? S. Ambroſius ſerm. 56. ſic profundè ad rem ſcribit: *Sed, & bonus Agricola*, ait, *cum parat terræ ſolum vertere, & vitæ alimenta perquirere, non niſi per ſignum Crucis id facere conatur: Dum enim aratro dentale ſubijcit, affigit aures, ſtiuam inſerit, figuram Crucis imitatur. Compactio enim ipſa, ſimilitudo quædam eſt Dominicæ Paſſionis.* Eccè Patriarcharum antiquorum feſtus de Inuentore *Aratri*, per compactionem, quæ in ipſo apparet de Crucis forma; Tunc temperari ſperant Sancti Ataui per Crucem Chriſti vniuerſalis Terræ maledictum; O' fœlix Crucis Sanctæ præſagium! O' Crucis Chriſti perilluſtre Trophæum!

Aratrum inuentum vt ſeruaret terra ſolum maledictum.

34 Quare Lamech conſolaturum Noe dixit ab operibus, & à laboribus, ſi Noe nato diluuium mundo aduenienendum erat? Quia per diluuium, & mortem, quietem, atque à malis prementibus liberationem, & ceſſationem erat allaturus; Noe enim *Quies* interpretatur, vndè bellè S. Ioannes Chryſoſtomus in homil. 21. in Gen. tom. 5. lit. A, pag. mihi 103. dicit *Quietem autem vocat generalem illum interitum poſt multos annos futurum: Sicut, & Iob dicit: mors viro quies.* Et poſt pauca *liberabit nos*, inquit, *ab omnibus malis prementibus.* Similiter S. Ambroſius lib. 2. de bono mortis cap. 2. dixit *Itaque ſi plena oneris vita, vtique finis eius alleuamentum eſt.* Sanè cum Cano Iulio egregio viro ferox Caligula vltimam neceſſitatem denunciaret, alacer ipſe, & gratus reſpondit: *Gratias ago, optime Princeps.* Dum verò hæc vox obſcura aliquibus viſa eſt, ſic eam explicauit Seneca de tranquillit.animæ cap. 14. *Tanquam libertatem libenter accepit*: Vide Iuſtum Lipſium inibi. Verſ.29

Noe interpretatur Quies.

Optimum vita bonâ, mortem eſſe ducendũ.

35 Quare permiſit Deus Henoch (qui interpretatur *Percutiens*, ſeù *diſciplina*) patrem fuiſſe Noe, qui interpretatur *requies*, adeò vt ità cohæreant Henochi, & Noemi nomina, vt priori poſterius ſubſequatur? Quia alius non eſt diſciplinæ, ſeù pœnitentiæ fructus niſi vera requies. Vndè Philo Hebræus lib. de Abrah. eleganter ſcripſit, *Meritò ſiquidem, poſt pęnitentiam ſubſequitur Deo charus virtutis amator, Hebraicè, Noe, Latinè, requies*; Ergo non mirum ſi inuicem cohærent arcanis plæna nomina Sacramentis, quia ſegregari vnum ab altero nequit, nam vbi vera eſt pęnitentia pædiſſequa ſequitur vera requies.

Fructus diſciplinæ, & pænitentiæ eſt vera requies.

36 Quare in iſtis generationibus propagatis ex Seth, cum genuiſſe filios filiaſque dicatur, nulla ibi genita nominatim fęmina expreſſa eſt, ſi in his quæ propagatæ fuerunt ex Cain in ipſo fine quouſquè protenduntur, nouiſſima fęmina genita nominatur? Sic enim legitur Gen. cap.4. verſ.18. &

19. *Ma-*

19. *Mathuſael genuit Lamech, qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella*; inſuper, & nominatur ex *Sella Noema*, quare hoc? quia, reſpondet S.P.N. Auguſtinus in lib. 15. de Ciu. Dei cap. 17. pag. mihi 192. qui ſibi dubium poſuit ibi *Eleganter ſignificatum eſt terrenam ciuitatem vſque in ſui finem carnales habituram generationes; quæ marium fœminarumque coniunctione proueniunt. Vnde, & ipſe qui, præter eas, nuſquam exprimuntur vxores illius hominis, qui nominatur hic nouiſſimus Pater. Sicut autem Cain qui interpretatur poſſeſſio terrenæ conditor Ciuitatis, & filius eius in cuius nomine eſt, Enoch: qui interpretatur dedicatio: indicat iſtam ciuitatem, & initium, & finem habere terrenum: vbi nihil ſperatur amplius quam quod in hoc ſæculo cerni poteſt.*

Qui terrenas ſapit finem habet terrenum.

Qui cœleſtia meditatur vltrà quid ſperandũ habet.

Verſ. 31

37 Quare Noe generando tres filios, Sem, Cham, & Iaphet, nominaſſe legitur: *Noë vero cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet?* Antequam elucidetur Enigma Sciendum eſt, quod Sem ſignificat *Bonum*, Cham *Malum*, & Iaphet *Indifferens*: Ergo nominauit eos talibus nominibus, *Vt* (intelligatur inquit S. Ambroſius lit. 1. vbi ſubnotatur) *& naturæ gratia bonitatem habuiſſe, & malorum tentamenta ei nequaquam defuiſſe, & indifferentibus, hoc eſt, velut ſupellectili virtutum abundaſſe videatur.*

Ex D. Ambroſio ib. citato Interpretant. Nomina: Sem Bonũ Cham Malum Iaphet Indifferẽs.

Verſ. 31

38 Quare, ſi *Sem, Cham*, & *Iaphet*, *bonum, malum*, & *indifferens* ſignificant, *malum* inter *bonum*, & *indifferens* eſſe videtur? Mediolanenſium Paſtor, in impreſs. Pariſ. lib. de Noe, & Arca cap. 2. lit. K, col. mihi 216. dubium ſoluendo eleganter dicit, *quia natura bonum omnibus ineſt; nec quaſi naufragos in lucem projicit, ſed, & ſuffulcit viribus, vt non opprimantur tentamentis malitiæ, nec tamquam inualidi ſuccumbant; ſed munit, & veſtit, velut quibuſdam tegumentis indifferentibus, quæ ſunt ſalus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, diuitiæ, generis claritudo, vt ea dote muniti tueantur bonitatem naturæ, & malum illud includant ne poſſit nocere, & quaſi clauſum ſtrangulent*. Vnde Homerus Iliad. 4. ait κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν, hoc eſt, malos autem in medium inſeruit.

A natura poſitum malũ ſtat medium inter bonũ, & indifferens, vt non opprimantur homines tentamentis malitiæ nec tamquam inualidi ſuccumbant.

Verſ. 23 & 24.

39 Quare Enoch minor Patriarcharum omnium ætate, dicitur cum Deo Ambulaſſe, & non ſic de alijs Patriarchis? *Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni. Ambulauitque cum Deo.* Vt diſcerent homines, vitam non de prolixis temporum tractibus æſtimandam; ſed de eximijs virtutibus dimetiendam eſſe: Vndè benè ſcripſit Seneca, epiſt. 94. & non minus ad rem, quam ſapienter, *Quid illum octoginta anni iuuant per inertiam exacti? Non vixit iſte: ſed in vita moratus eſt: nec ſerò mortuus, ſed diù. Octoginta annis vixit, intereſt mortem eius ex quo die numeres. At ille obijt viridis: ſed officia boni ciuis, boni amici, boni filij executus eſt. In nulla parte ceſſauit: licet eius ætas imperfecta ſit, vita perfecta eſt.* Nam aliud eſt viuere, aliud durare: Vt quis in longum viuat, fato opus eſt; vt ſatis, animo: longa eſt vita, ſi perfecta; breuis ſi imperfecta, quantumuis longa.

In ætate imperfecta vita aliquãdo perfecta eſt.

Longa eſt Vita ſi perfecta, breuis ſi imperfecta.

40 Quare Adam qui fuit primus hominum, & Mathuſala, qui longæuiſſimus mortalium fuit, ſenes non vocantur in ſcriptura? Quia ſenectutis titulus non pertinet ad ætatis longæuitatem, ſed ad prudentiæ, & ſanctitatis decorem. *In ſcriptura* (inquit Procopius Gazæus) in cap. 13. Ioſue, *non ſimpliciter longæui ſeniores nuncupantur, verùm qui ob prudentiam honore digni ſunt, vitaque cœleſti: quapropter nec Adam, nec Mathuſala ſeniorem dixit, quos maximè conueniebat*: Concinit etiam illud Origenis hom. 16. in Ioſue. *Presbyteri, & Seniores non pro longæua vita dicuntur; ſed pro maturitate ſenſus, & grauitate vitæ veneranda, maximè cum additur, plenus dierum.*

Senectutis titulus non pertinet ad ætatis longæuitatem, ſed ad prudentiæ, & ſanctitatis decorem.

Presbyteri, & ſeniores non pro lõgæua vita dicuntur; ſed pro maturitate ſenſus.

41 Quare omnes Patriarchæ primæ ætatis tam ſerò generabant, cum non haberent propoſitum caſtitatis? Quia, dicit S. P. N. Auguſtinus, ſicut in iſtis hominibus ætas longa erat, ita ex proportione ætatis pubertas, vel tempus potentiæ generandi ſerius, quam nunc eueniebat: Audi eadem Verba Sanctiſſimi Parentis, ſi ſenſum totum legiſti in l. 15. de Ciuit. c. 15. lit. A, col. 1. p. mihi 191. *enim tanto ſerior fuit proportione pubertas, quanto vitæ totius maior animoſitas.*

In Patriarchis primæ ætatis tanto fuit ſerior eorum pubertas quãto fuit prolixior animoſitas vitæ.

42 Quare, ſi ex Sanctiſſimo Parente ſupracitato filij horum Patriarcharum, qui nominantur omnes non fuerunt primogeniti, ponuntur? *quia* reſpondet Abulenſis to. 1. in cap. 5. Gen. quæſt. 9. lit. C. col. 2. pag. mihi 59. *Legislator intendebat deducere lineam progeniei Seth vſque Noe, qui cum filijs ſuis ſolus, & vxoribus diluuij aquas euaſit. Et ideò non poterant in linea generationis deſcribi primogeniti: ſed illi, quos generationis neceſſitas, ad eamdem lineam exigebat:* At verò hæc ratio non eſt Abulenſis, ſed S.P. N. Auguſtini vbi ſuprà.

43 Quare ergo in linea Cain, in qua non intendebat ſcriptura deducere aliquem terminum talem, tam ſerò gignebant, vt non plures, quam ſeptem generationes, vſquè ad diluuium deſcribantur in tempore mille ſexcentorum quinquaginta ſex annorum? Quia non fuerunt illi qui deſcribuntur in linea Cain primogeniti in linea recta Cain: ſed reges in ciuitate conſtructa, per Cain, qui non aſſumebantur de primogenitis: ſed de quibuſcunque probis viris vide S. P. N. Auguſtinum, de ciuit. Dei vt ſuprà cap. 20. lit. E, pagin. mihi 193. qui diffusè loquitur.

Reges fuerunt à principio mundi.

Vir Probus antiponendus.

44 Quare Progenies Seth, ab Adam, vſque ad Noe, per numerum denarium terminatur, nempè 1. *Adam*, 2. *Seth*, 3. *Enos*,

4. Cai-

4. *Cainan*, 5. *Malaleel*, 6. *Iared*, 7. *Henoch*, 8. *Mathuſala*, 9. *Lamech*, 10. *Noe*, & illa Cain ab Adam per numerum vndenarium clauſa fuit, nempè 1. *Adam*, 2. *Cain*, 3. *Henoch*, 4. *Irad*, 5. *Maiuael*, 6. *Mathuſael*, 7. *Lamech*, 8. *Iabel*, 9. *Iubal*, 10. *Tubalcain*, 11. *Noema*: Quia in numero Denario perfectio figurabatur Generationis Seth, immò quia numerus perfectus eſt in illo denario numero, premonſtratæ fuerunt decem cortinæ Templi, in quo homo veniam delictorum impetraturus erat, decem chordæ Pſalterij, quibus Deus laudandus erat. Decem inſtrumenta muſica, quibus canendo vtebatur Hebræi, quorũ nomina ſunt *Neza* ניצה in quo canebatur Ode, *Nablum*, נבל idem quod organum. *Mizmor*, מזמור in quo Pſalmi, *Sir* שיר in quo cantica. *Tephila* תפילה in quo orationes. *Baracha*, ברכה, in quo benedictiones, *Haiel*, האל, in quo laudationes: *Hodaia*, אודאה, in quo gratiarum actiones. *Aſre*, אשרי in quo alicuius fælicitas. *Halleluiah* הללויה in quo laudes Dei tantùm, atque contemplationes. Decem legis præcepta, ideò decalogus, & Decem Cantores Pſalmorum, videlicet *Adam*, אדם, *Abraham*, אברהם, *Melchiſedech*, מלקי צדק, *Moyſes*, משה, *Aſaph*, אסף, *David*, דוד, *Salomon*, שלמה, & tres *Filij Chore*, בניק רח Decem attributa Dei ſecundum Hebræos, & decem diuina nomina quibus Numen æternum vocatur apud Hebræos ex Leuit. cap. 7. & Eutym. hiſt. 1. *Hel*, אל, ideſt Fortis 2. *Eloy* 3. *Eloe* אלהי אלהים ideſt Deus 4. *Sabaoth*, צבאות, ideſt Exercituum, ſeù Virtutum 5. *Elyon* עלי ideſt Excelſus 6 *Ebeie*, אהיה ideſt Qui eſt. 7 *Adonai*, ארני ideſt Dominus. 8. *Ia*, יה, ideſt Dominans. 9. *Iehoua*, יהוה Tetagrammaton, ideſt Sum qui ſum. 10. *Saddi*, צדיק, ideſt Omnipotens. Immò adhuc perfectus eſt iſte denarius numerus quod Iacob in lucta in decima hora benedictionem accepit: Ioſue in hoc numero 31. Reges vicit; & in decimo die poſt Aſcenſionem Chriſti deſcendit *Conſolator* Spiritus, vndè benè denario numero completur Seth Generatio ab Adam per Noemum, & benè dixit, ſeù prophetauit Lamech *Dicens iſte conſolabitur nos*. In numero autem vndenario, peccatum ſignificatur, vndè benè Cain generatio per vndenarium obſignatur numerum, quia Cain peſſimus peccatorum fuit; hic vndenarius numerus, numerus peccatorum, & pænitentium eſſe dicitur, Indè in Tabernaculo iuſſa ſunt fieri vndecim ſaga cilicina, qui eſt habitus pęnitentium, & lugentium pro peccatis; ſatis benè Lamech lugens pro peccato ſuo monſtrauit imperfectionem generationis Cain, quando vxoribus dixit *Audite vxores Lamech occidi virum, &c.*

Numerus denarius perfectus.

Myſteria numeri denarij.

Decem inſtrumenta qui bus canendo vtebantur Hebræi.

Decem fuerunt Pſalmorum Cantores.

Decē Dei nomina.

Vndenarius numerus peccatum figurat.

Myſteria numeri vndenarij.

45 Quare in Caini Generatione vltimò Noema ponitur, & in Seth generatione nulla nominatur fæmina? Quia, Subtiliſſimè ſoluit Eximius Eccleſiæ Sanctæ Doctor Auguſtinus in lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 20. col. 2. lit. F. pag. mihi 193. *A fæmina clauditur, à quo ſexu initium factum eſt peccati, per quod omnes morimur. Commiſſum eſt autem, vt, & voluptas carnis quæ ſpiritui reſiſteret ſequeretur. Nam, & ipſa filia Lamech Noema voluptas interpretatur.*

Peccatrix Generatio Cain a fœmina clauditur, quia per fœminã peccatum incepit.

Noema interpretatur Voluptas.

46 Quare in Generatione Seth omnium Patriarcharum Tempus vitæ ſcriptum eſt, & in Generatione Cain non legitur? Quia, reſpondet S. Cyrillus Alexandrinus in Gen. lib. 2. col. mihi 11. lit. D. *Sanctiſſimorum hominum vitam Deus cognoſcit, quam maximi facit nihilque eorum profectò eſt, quod mentem diuinam lateat, quod ipſe dominus manifeſtè fatetur, cum dicat* (Matth. cap. 10.) *Nonnè duo paſſeres venundantur aſſe? Et vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro, qui in cælis eſt. Veſtri autem, & capilli capitis numerati ſunt. Si capillorum ergo numerus eo dignus Dei memoria cenſetur, quia cuncta ſciuerit, quo nam pacto tempus vitæ eorum ignorare veriſimile ſit?*

Deus vitã hominum iuſtorum cognoſcit, Impiorum neſcit.

47 Vel dic; quia qui ex Cain deſcendunt ſcilicet Hebræi non ſunt ſcripti in libro vitæ, vtique qui ex Seth nempè Chriſtiani Sic S. Cyrillus vbi ſuprà lit. F. *Iudæi quidem imagines eorum ſunt, qui ex Cain procreati fuere, qui cognoſcuntur à Deo, qui cuncta ſciuerit quoniam ſunt. Sed quod in libro vitæ adſcripti non ſint, eò facile patet, quod vita eorum, qui ex Cain deſcendunt, Silentio tradita eſt. At nulli certè dubium eſt, Chriſtianorum genus ex libro vitæ aliquo pacto poſſe deleri. Imò vero in memoria Dei perpetuo eſt, cum iuſtorum vita, eorum ſcilicet, qui ex Seth iuſto deriuantur, deſcripta ſit.*

Hebræi qui ex Cain deſcendunt non ſunt ſcripti in libro Vitæ.

Chriſtiani qui ex Seth vtique.

48 Quare Sem cum non fuerit primogenitus Noe præponitur Cham, & Iaphet? Verſ.32
Propter dignitatem Saluatoris, inquit Abulenſis ibidem in fine quæſt. 12. lit. K. col. 1. pag. mihi 62. & omnium Patriarcharum, totiuſque populi ſancti qui ab eo deſcenderunt.

49 Quare Deus ſic tranſtulerit Henoch? Ver.24.
dicente ſcriptura non apparuit quia tulit eum Deus. Quia voluit Deus in Henoch ſpecimen quoddam præbere nobis eius immortalitatis, quam poſt reſurrectionem adepturi ſumus corporibus ad vitam reuocatis, & ex terra in cæleſtes ſedes ſublatis, iiſque beatis immortalibus. Sic Theodoretus in quæſt. 45. in Geneſ. *Henoch autem tranſtulit; vt huius prædicatione futuram indicaret reſurrectionem. Qui enim in hac vita virtutis remunerationem non fuerit adeptus, illam in altera vita certo conſequetur.*

Henochi tranſlatio fuit futuræ vitæ immortalis reſurrectionis exemplum.

50 Quare ſi Henoch fuit Propheta, & ſcripſit librum Prophetiæ (vti colligitur ex verbis B. Iudæ Apoſtoli, in epiſt. cap. 1. verſ. 14.

Henoch fuit Propheta, & ſcripſit librum Prophetiæ.

14. Prophetauit autem : & de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus ſuis) non eſt annumeratus liber iſte in libris canonicis; ſicut, & alij Prophetarum? Satisfacit ad omnia S. P. N. Auguſtinus lib.15. de Ciuit. Dei cap. 23. lit. G, col.1. pag. mihi 195. dicens: *Scripſiſſe nonnulla diuina Henoch illum ſeptimum ab Adamo, negare non poſſumus, cum hoc in epiſtola canonica Iudas Apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt in eo canone ſcripturarum, qui ſeruabatur in templo Hebræi populi ſuccedentium diligentia ſacerdotum, Cur autem hoc? niſi quia ob antiquitatem ſuſpecta fidei iudicata ſunt, nec vtrum hæc eſſent, quæ ille ſcripſiſſet, poterat inueniri non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur ritè ſeruaſſe. Vndè illa quæ ſub eius nomine proferuntur, & continent iſtas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, rectè à prudentibus iudicantur non ipſius eſſe credenda. Sicut multa ſub nominibus, & aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur: quæ omnia ſub nomine apocryphorum, ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt*. Sic habet S.P. N. Auguſtinus.

Ver.29.

Deus ſæpè per indignos concedit prædici mirabilia.

51 Quare Lamech tantum Vaticinium de Noè prædixit, cum non meminerit ſcriptura cum multa virtute claruiſſe admirabilem? *Ne mireris* (reſpondet S. Io: Chryſoſtomus tom. 5. homil. 21. in Gen. lit. D, pagin. mihi 102.) *Dominus enim noſter ſapiens, & omnipotens, & per indignos ſæpè concedit prædici magnas mirabileſque res*. Sic Caiphas iudæorum Pontifex prædixit (non à ſe, ſed cum eſſet Pontifex anni illius) quod Ieſus eſſet moriturus ne tota gens, ſupple humana, periret. Balaam vocatus ad maledicendum Populo, non ſolum non maledixit, ſed & prædixit multas miraſque res, tam de euentu Saluatoris noſtri; quam de Populo.

Adam interpret. Terrenus *Seth* Reſurrectio.

Non poteſt reſurgere à vitijs qui ſe vilem non cognoſcit.

Humilitas quantum valeat.

52 Quare ex Adamo Seth ponitur filius? Quia non poteſt reſurgere à crimine, qui ſe terrenum, & vilem non agnoſcit: Sic Dauid Pſalm. 22. verſ. 2. & 3. tunc dixit animam ſuam conuertiſſe, & Dominum, exaltatum ipſum collocaſſe in loco paſcuæ, quando cognouit ſe vilem, vermem, non hominem, opprobrium hominum, & abiectionem plebis eſſe. Pſalm. 21. verſic. 7. O quantum vera preſtat abundè humilitas!

Interpret: Seth Reſurrectio, *Enos* oblitus, & deſperatus *Qui vult ad Deum aſcendere obliuioni ſui detur.*

53 Quare ex Seth Enos? Quia non poteſt homo in altum mentem extollere, ſi cum Regio Vate Pſal. 30. verſ. 13. cordi interno non dicit: *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde, factus ſum tanquàm vas perditum*.

Interpret: Enos Vir, *Cainan* Nidus. *Prudens in nidulo moritur humilitatis, vt creſcat in æternitate.*

54 Quare ex Enos Cainan? Quia qui verè eſt *Vir*, ideſt prudens, in ſuo nidulo humilitatis moritur, vt ſicut palma multiplicetur ſibi dies. Hinc tali ductus reflexione mortalium Patientiſſimus dicebat, c.29. ver. 18. *in nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies*. O Nobile animæ lucrum ſi percipitur!

Interpret: Cainan Poſſeſſor, *Malaleel* Illuminatio Dei. *Poſſeſſor fit gloriæ, qui ſemper timet delicta patrare.*

55 Quare ex Cainan Malaleel? Quia tandem Poſſeſſor fit gloriæ æternæ, qui ſemper in hac vita mortali cum Pſalmiſta Pſal. 12. verſ. 4. ſuſpirat *Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus, Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte*, intellige delictorum.

Interpret: Malaleel Laudans Deum *Iared* deſcédens. *Deum ex corde laudat qui mente, ad infernum deſcendit;*

56 Quare ex Malaleel Iared? Quia illi verè Laudant Deum, qui viui deſcendunt ad infernum ipſum meditando: Hinc Regius Propheta Pſal.54. verſ.16. canebat, *deſcendant in infernum viuentes*: Vbi Incognitus inibi impreſſ. Venet. tom.1. in 4. lit.H, n. 891. pag. mihi 640. gloſat, *illi viui deſcendunt in infernum, qui hîc viuentes, mentem inclinant ad ipſum meditandum*.

Interpret: Iared Imperãs *Henoch*, diſciplinatus. *Qui ſcit rectè obedire, rectè ſcit imperare.*

57 Quare ex Iared Henoch? quia ſcit rectè imperare, qui diſciplinæ Domini correctus ſcit rectè obedire; Vndè Dauid, & quia tàm rectè imperauit, & vt rectè imperaret, cauſam adnotans, remedium quærens, cecinit Pſal.17. verſ.36. *Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit*.

Interpret: Henoch dedicatus, *Mathuſal* mortem poſtulans. *Perfecta anima mortẽ ſuſpirat vt Chriſtum lucrifaciat.*

58 Quare ex Henoch Mathuſalem? quia, iuſtus virtuti dedicatus tantam aquirit perfectionem, vt Deum lucrifaciat, ſi cum Elia dicit, *melior eſt mihi mors quam vita*, & cum Doctore gentium ad Philipp. cap. 1. verſic. 23. ſuſpiret *deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. O Fęlix qui percipit, felicior qui operatur!

Interpret: Mathuſala mortẽ ſuam poſtulans *Lamech* Pauper. *Paupertas patienter tolerata præmiũ habet beatitudinis.*

59 Quare ex Mathuſala Lamech? quia paupertate qui opprimitur infelici, non in deſperationem erumpere debet mortem ſibi poſtulando meliorem, (vt multi faciunt,) ſed patienter tolerare, vt beatitudinem pauperibus promiſſam in tempore poſſideat nouiſſimo: Nam etiam Pſalmiſta Pſal.9. verſ.19. dixit: *Non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem*.

Interpret. Lamech Percuſſus *Noe* Ceſſatio. *Meta laborũ Quies.*

60 Quare ex Lamech Noe? quia meta laborum quies, Tribulationum Terminus Requies, Ceſſatio eſt, & Præmium, hinc luculentèr Vgo de S. Victore lib.1. de beſt. cap. 3. ſcribit *Poſt Tolerantiam ſiquidem præſentium laborum, in futuro ſubſequi credimus iuſti meritorum præmia*.

CAPVT VI.
GENESIS.

Verſ.1. CVmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſ-
ſent.
2. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi
vxores ex omnibus, quas elegerant.
3. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum,
quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum.
4. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis: poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei
ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi.
5. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eßet in terra, & cuncta cogitatio cor-
dis intenta eſſet ad malum omni tempore.
6. Pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecùs.
7 * Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animan-
tia, à reptili vſque ad volucres cœli, pœnitet enim me feciße eos.
8. Noe verò inuenit gratiam coram Domino.
9. Hæ ſunt generationes Noe: * Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus
ſuis, cum Deo ambulauit.
10. Et genuit tres filios, Sem, Cham. & Iapheth.
11. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate.
12. Cumque vidißet Deus terram eße corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam
ſuper terram.)
13. Dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à
facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.
14. Fac tibi arcam de lignis læuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies in-
trinſecùs, & extrinſecùs.
15. Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum
latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.
16. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem
arcæ pones ex latere: deorſum cœnacula, & triſtega facies in ea.
17. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in qua ſpi-
ritus vitæ eſt ſubter cœlum. Vniuerſa, quæ in terra ſunt, conſumentur.
18. Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxo-
res filiorum tuorum tecum.
19. Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum:
maſculini ſexus, & feminini.
20. De volucribus iuxtà genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ
ſecundùm genus ſuum; bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint vi-
uere.
21. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: &
erunt tam tibi, quàm illis in cibum.
22. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ. 1

Tempore Noe cœpit fieri multiplicatio hominum.

1 C*Vmque cępiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent*: ideſt Tempore Noe cępit fieri multiplicatio hominum; & ſcribit Rupertus Abbas impreſs. Col. Agrip. de Trinit. & operibus eius lib.4. cap. 2.col.1.pag. mihi 75. *Multiplicitas hominum quanta fieri potuerit.*

Nimia libidine vis generatrix debilitatur.

2 *Et filias procreaſſent*: Quia, dicit Menochius, cit. à Ioan. de la Haye in Biblia maxima ibidem, Profuſa libidine vis generatrix erat debilitata.

Verſ. 2

Seth Deus eſt appellatus.

In antiqua lege filij Dei, & Dei vocabantur per cultum Dei ſingularem.

3 *Videntes filij Dei*: ideſt filij deſcendentes à Seth, quia dicit Suidas citatus à Pererio in lib. 8. Gen. num. 22. pag. mihi 5. tom.2. Seth eſſe appellatum Deum: tum propter eccellentem eius iuſtitiam, pietatem, ac Sanctimoniam: tum propter inuentionem literarum, & ſcientiæ rerum cęleſtium. Vndè Incognitus impreſs. Venet. tom.1. Pſal.81. verſ.6. lit. D, num: 1411. pag. mihi 263. in illa verba Pſalmi *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes*, ſcribit, dicens, *Et quamuis hoc ſolis iudæis in antiqua lege diceretur, quia ſoli filij Dei erant per cultum Dei ſingularem, tamen nunc indifferenter dicitur omnibus cuiuſcumque gradus, vel conditionis exiſtant, quia omnes has promiſſiones acceperunt. Qui mandata Dei cuſtodiunt, ſcilicet, vt Deus, & filij Dei dicantur.* Quia dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs qui credunt in nomine eius, &c. *Hoc enim ſolis iuſtis dicitur, qui prædeſtinati ſunt ad vitam.*

Nunc omnibus, qui Dei mādata cuſtodiunt, dicitur Deus, & filius Dei.

In noua lege ſolis iuſtis dicitur filios Dei, & Deos eſſe.

Filiæ hominū vocātur, quæ ſecundum hominē viuunt non ſecūdum Deum.

4 *Filias hominum*, ideſt dicit S.P.N. Auguſtinus lib.15. de Ciuit. cap.23. lit. D, col. 4. pag. mihi 194. ſecundum hominem viuentes filias Cain. Ità etiam ſentit Rupertus, vbi ſuprà.

5 *Quod eſſent pulchræ*: ideſt quod nimia venuſtate floreſcerent.

6 *Acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*: ideſt ſuſceperunt vxores de tota ſtirpe Cain, ſicut eis placebat, non pro multiplicando genere humano, ſed ad explendam exſaturandamque libidinem; Ità S. Io: Chryſoſtomus, tom.5. homil.22. in Gen. cap.6. lit. B. pag. mihi 107.

Verſ. 3

7 *Dixitque Deus*. Hic ponitur ſententiæ publicatio contrà delinquentes, dicit Abulenſis ibidem quæſt.9. lit. F, pagin. mihi 64.

8 *Non permanebit ſpiritus meus in homine*: Hebraicè *non permanebit*, eſt לא ידון *lo iadon*, ideſt *non iudicabit, non litigabit*. Quaſi diceret hucuſquè inter meam miſericordiam, & iuſtitiam diſceptaui in Spiritu meo, vtrum humanum genus delerem, & non determinaueram; Nunc autem *Non permanebit ſpiritus meus in homine*, & ipſa finietur diſceptatio, concludendo, quòd homo debeat deleri.

9 *In æternum*, ideſt in longum tempus, quale habuerunt homines ab Adam hucvſquè.

☞ 10 Hìc aduerte cū Angelico Doctore 1. diſt.90. quæſt.1. art.1. ad 4. 1. diſt.14. quæſt.1. artic.2. ad 3. & in Comment. ſuper Dionyſ.10. lect.3. princ. quòd, Æternum poteſt definiri per temporale in obliquo, non autem in recto; poteſt intelligi, & ſignificari per nomen, in habitudine temporali. Inſuper, quod æuum, & æternum quadrupliciter dicuntur, ſcilicet Ingenitum, Incorruptibile, Antiquum, & totum tempus.

Æternum poteſt definiri per temporale in obliquo nō autem in recto.

Æuum & æternum quadrupliciter.

11 *Quia Caro eſt*; ideſt quia in vitia carnis homo ſua culpa immerſus eſt: Ità S. Ambroſius impreſs. Pariſ. lib. de Noe, & Arca cap. 3. col. mihi 218. & 219.

12 *Eruntque dies illius centum viginti annorum: hoc eſt*, inquit Rupertus Abbas, vbi ſuprà pag. mihi 76. col.1. in fine: *Habebunt* CXX. *annos ad agendam pœnitentiam. Quia verò pœnitentiam agere contempſerunt; noluit Deus tempus expectare decretum, ſed viginti annorum ſpacijs amputatis induxit diluuium, anno centeſimo agendæ pęnitentiæ deſtinato: Hæc antiquior ſententia eſt*

Deus dat tēpus, vt homo peccator pœnitētiā agat; ſed tempore ahuētis vindictam accelerat ſeuerius puniendo.

Verſ. 4

13 *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis*: ideſt homines ſtatura grandi, & viribus robuſtiſſimi.

☞

14 Hìc aduerte cum Doctore Aquinate, 1.p.quæſt.51. art.3. ad6. quòd Gigantes producti ſunt ſemine humano operante Dæmone incubo, vel ſuccubo, ſub certa conſtellatione.

Gigantes in prima mundi ætate producti ſunt ſemine humano operante dæmone incubo, vel ſuccubo.

15 Et S. Ambroſius vbi ſuprà cap.5. lit. I, col. mihi 219. ſcribit *Non poetarum more gigantes illos terræ filios vult videri diuinæ ſcripturæ conditor, ſed ex Angelis* (ſupple malis) *& mulieribus generatos aſſerit, quos hoc appellat vocabulo, volens eorum exprimere corporis magnitudinem.*

16 *Poſtquam enim ingreſsi ſunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt.* Ideſt dicit S.P.N. Auguſtinus lib.15. de Ciuit. Dei ca. 23. lit. D, col. 4. pag. mihi 194. *Et poſt illud cum intrarent filij Dei, ad filias hominum, &*

genera-

generabant ſibi: illi erant gigantes à ſaculo homines nominati . . . erant ergo Gigantes , *Et ante in illis diebus , & poſt illud. Quod ait :* Et generabant ſibi : *Satis oſtenditur quod prius antequam , ſic caderent filij Dei , Deo generabant non ſibi , ideſt non dominante ſibi libidine coeundi , ſed ſeruiente officio propagandi.*

17 *Iſti ſunt potentes à Sæculo* : ideſt ab antiquo fuerunt habiti in magna reputatione virium.

Vir aliquando dicitur famoſus in turpi famia. 18 *Viri famoſi* : ideſt quod fama per totum orbem dilatata eſt : ſiuè de malis , quæ faciebant , ſiuè de robore. Sicuti in Ezechiele cap. 23. verſ. 10. dicitur de Oolla , & Ooliba Sororibus , quæ *Factæ ſunt famoſæ mulieres* , propter earum mala.

Fama bona homini eſt neceſſaria. 19 Hinc dixit Angelicus Doctor , 2. 2. quæſt. 73. artic. 2. & 3. quòd fama bona eſt nobis neceſſaria , propter nos, quia *Fama inter exteriora bona eſt præcipuum bonum* eſt præcipuum bonum , inter exteriora bona , quia facit idoneum ad officia humana , & præſeruat à peccatis, & propter alios, ne ſcandalizentur, & malum exemplum ſumant ad peccandum.

Verſ. 5 20 *Videns autem Deus* : ſcribit S. Io. Chriſoſtomus vbi ſuprà lit. D. pag. mihi 108. *quid vult hoc dictum , vt vidit autem? Num ignorauit Dominus? abſit, ſed noſtra infirmitati omnia narrat diuina Scriptura , vt nos doceat , quod & poſt tantam ſuam longanimitatem, in ijſdem manſerunt malis , ſi non, & in peiora ſe conieceruut.*

21 *Quod multa malitia hominum eſſet in terra*: ideſt magna , & turpiſſima vitia ex habitu,& non ex noua paſſione vrgente.

22 Hic aduerte cum Doctore Angelico in quæſt. diſput. de malo quæſt. 3. 14. *Malitia duplex eſt, alia contracta ex peccato origi. nalo , & alia acta.* ad 8. quod malitia duplex eſt, ſcilicet *contracta ex peccato originali*, ideſt pronitas ad malum , *& malitia acta* , ideſt electio interior mali: & ſic eſt peccatum ex malitia , non autem primo modo. Malitia , ex qua *Malitia ex qua dicitur aliquis peccare, eſt triplex , & quod non omne peccatum ex alio peccato eſt peccatum ex malitia.* dicitur aliquis peccare , eſt triplex , ſcilicet , habitus cuiuſcunque vitij , electio mali , & peccatum præcedens (p. 2. quæſt. 78. artic. 1. ad 3.) & non omne peccatum ex alio peccato eſt peccatum ex malitia (in quæſt. diſp. de malo quæſt. 3.12. ad 6.) Omnis peccās ex habitu, peccat *Omnis peccās ex habitu peccat ex cer. ta malitia.* ex certa malitia , & non è conuerſo (p. 2. quæſt. 78. art. 2.) Et peccans de induſtria *Peccans de induſtria vel malitiæ non peccat ex certa malitia.* veniāliter, non peccat ex malitia (In quæſt. diſp. de malo quæſt. 3.12. ad 9.) Peccatum ex certa malitia , vel ex induſtria , contingit ex inordinatione voluntatis præponentis minus bonum meliori bono (p. *Quomodò peccatum ex certa malitia contingat.* 2. quæſt. 78. artic. 1.) Et peccatum ex certa malitia eſt grauius ex paſſione , quia eſt magis voluntarium , magis durat , & *Peccatum ex certa malitia eſt grauius* eſt circa finem ; Peccatum autem ex paſſione eſt circa ea : quæ ſunt ad finem p. 2.

quæſt. 47. artic. 2. & in 2. 2. quæſt. 73. *peccato ex paſſione.* artic. 3.

23 *Et cuncta cogitatio* : Hebraicè eſt *Col ietſer machſcebot* לב יצר מחשבות *ideſt omne figmentum cogitationum* . His verbis demonſtratur corruptela , & deprauatio humani animi , non ſolùm in quantum ad animam ſentientem , ſed etiam quantum ad rationalem : Vndè illi homines non extrinſecùs tantum ducebantur ad malum , ideſt vel ex occaſione aliqua , vel *Occaſio , & mala præſtita homines ad crimina inducunt , quia cū peruerſo peruertitur.* aliorum ſuaſu, & impulſu , ſed intrinſecùs , propria malitia , & ſuo prauo conſilio . Similia autem horum , quæ de his hominibus ſcribit Moyſes, cecinit Vates Regius Pſal. 13. verſ. 1. 2. & 3. dicens : *Corrupti ſunt , & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Non eſt qui faciat bonum , non eſt vſque ad vnum . Dominus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum , vt videat ſi eſt intelligens , aut requirens Deum . Omnes declinauerunt , ſimul inutiles facti ſunt : non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum .*

24 *Cordis* : quia *de corde* dixit veritas *De corde cogitationes exeunt.* per os S. Matth. cap. 15. verſ. 19. *exeunt cogitationes malæ , homicidia , adulteria , fornicationes , furta , falſa teſtimonia, blaſphemia . Hæc ſunt , quæ coinquinant hominem .*

25 *Intenta eſſet ad malum* : ideſt omni vi ſua applicata , incumbens , & defixa in malum.

Omni tempore : ideſt perſeueranter , & obſtinatè.

26 Hic aduerte , quod ex ipſis Moſis verbis inferunt cum Caluino noſtri temporis Hæretici omnia opera iuſtorum eſſe *Confutatur Caluini error omnia opera iuſtorum eſſe peccato inquinata.* peccato inquinata . Sed in primis notandum eſt, Scripturam hic non loqui de Iuſtis , ſed de peccatoribus illius temporis , ob quos inductum eſt diluuium ; quia ſtatim infrà verſ. 8. excipiens iuſtum hominem, dicit *Noë verò inuenit gratiam coram Domino* , cuius cuncta cordis cogitatio ad bonum erat intenta , & non ad malum : Secundò hic error hæreticorum damnatus fuit in Tridentino Concilio Seſſ. 6. de Iuſtific. cap. 11. in fine impreſſ. Venet. pag. mihi 39. illis verbis ; *Conſtat eos orthodoxæ Religionis doctrinæ aduerſari , qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare , aut , quod intolerabilius eſt , pœnas æternas mereri* . Et infrà in Can. Can. 25. pag. mihi 48. Sic decretat . *Si quis in quolibet bono opere iuſtum ſaltem venialiter peccare dixerit , aut , quod intolerabilius eſt , mortaliter , atque ideò pœnas æternas mereri , tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem : anathema ſit .*

27 *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra : Vide* , inquit S. Io. Chryſoſtomus , Verſ. 6 vbi ſuprà lit. B, pag. mihi 109. *Verbum craſſum , & noſtra paruitati idoneum . Animo* *Triſtitia, & lætitia quæ nus paſſiones illi animo in Deo non ſunt*

Ideo aliter pœnitet Deum, aliter hominum.

retractauit, inquit, pro pœnituit, non quod pœnituerit Deus, abſit: ſed iuxtà humanam conſuetudinem loquitur nobis Deus, quod enormia illorum peccata miſericordem Deum indignari fecerunt. Hoc totum ſcripſit Aureus Doctor mutuatus ex Sanctiſſimo Parente Auguſtino, lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 25. col. 2. & 3. pag. mihi 195. qui dixit: *Ira Dei non perturbatio animi eius eſt: Sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio verò eius, & recogitatio, mutandarum rerum eſt immutabilis ratio neque enim ſicut hominem, ita Deum cuiuſcumque facti ſui pœnitet: cuius eſt de omnibus omninò rebus tam fixa ſententia, quam certa præſcientia, &c.*

Deus immutabilis.

28 Vel dic: Pœnituit non in re, quia Deus non poteſt dolere, ſed in ſignum grauitatis offenſæ. Simile habes in 1. Regum cap. 15. verſ. 11. de Saul.

Dolor cordis intrinſecùs eſt verus dolor.

Dolor interior eſt ſimpliciter maior dolore exteriorè.

29 *Et tactus dolore cordis intrinſecùs*: dicitur dolor cordis intrinſecùs more humano verus dolor (nam ſcribit Angelicus Doctor p. 2. quæſt. 37. artic. 7. per totum, dolorem interiorem eſſe ſimpliciter maiorem dolore exteriori) qui autem in corde dolet, verè dolet.

Verſ. 7

30 *Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ*: quia Hebraica Lectio latinè ad verbum expreſſa ſic habet, *& dixit Dominus, delebo homines*, &c. ly *dixit Dominus*, ſignificat Dominum hæc verba, vel ipſi Noe, vel Angelis dixiſſe, hominem mei imaginem delebo, quia ſimilitudinem non refert mei ſui conditoris.

31 *A facie terræ*: ideſt ità voluit Deus ſuperficiem terræ abluere diluuio, vt nullum in ea vel hominum, vel animantium remaneret veſtigium. Sic etiam Dauid vehementer iratus Nabal, minatus eſt occiſurum ſe vſquè ad mingentem ad parietem: dicens 1. Regum cap. 25. verſ. 22. *hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus, quæ ad ipſum pertinent vſquè mane, mingentem ad parietem.* Tali ſiquidem more minatur Deus ſe deleturum hominem, &c.

Peccantes homines dum punit Deus, etiam propter iſtos bruta ipſa flagellat.

32 *Ab homine vſquè ad animantia, à reptili vſquè ad volueres cœli*: quia dicit S. Ioannes Chryſoſtomus, vbi ſuprà lit. B, *Sicut ab initio, cum peccaſſet Protoplaſtus, terra maledictionem accepit: Sic, & nunc cum abolendus eſſet homo, bruta quoque participia fiunt.* Sic etiam Exod. cap. 9. verſ. 3. & 25. dum flagellatur Pharao, & bruta flagella ſentiunt; & dum Iobum (cap. 1. verſ. 16.) Satanas percutit, ipſa animantia participia fiunt.

☞ 33 *Pœnitet enim me feciſſe eos*: Nota non dicit ſcriptura *feciſſe ea*, ſed *eos*: quia pœnitentiæ Dei cauſa fuere peccata, quæ in animalibus nulla fuerunt, ſed propter peccata hominum, ſimul cum hominibus, & ipſa interempta ſunt animalia: ità ſentit Pererius, ibidem pag. mihi 27. lib. 8. num. 162.

34 Aduerte quod diſſipare dicernit, Animalia Terræ, & volucres, non autem Aquatica, quia peccata hominum non fuerunt in aqua, ſed in terra, vbi prædicta animalia cibum capiunt. Immò quia ipſa aqua per hominum ſcelera non erat corrupta ipſa eligitur, ad homines, & animantia punienda in diluuio. Toſtatus ibidem quæſt. 15. lit. C. col. 2. pag. mihi 67.

In diluuio nō perierunt piſces, quia non peccauerunt homines in aquis.

35 *Noë verò inuenit gratiam coram Domino*: ideſt per ſua bona opera placuit Deo, proindè apud ipſum gratiam inuenit, & ipſa gratia vocatur gratia gratum faciens, nam iſta iuxtà S. Thomæ doctrinam 1. 2. quæſt. 111. artic. 1. per totum, ad ſalutem recipientis per ſe refertur, nec ſolummodò gratis datur; quod vnicuique gratiæ commune eſt, ſed etiam perſonam Deo acceptam efficit, & amicam. Sic, ergo Noe inueniſſe dicitur gratiam coram Domino, quia opera eius tamquam placentia Deo, effecerunt perſonam Noe Deo acceptam, & amicam. Verſ. 8

Gratia Gratum faciens quæ ſit.

☞ 36 Hic aduertendum eſt, primò quod interdùm ſumitur hoc nomen *Gratia* pro acceptabilitate, quà aliquis eſt alteri gratus, eiuſque complacentiam meretur. Sic dicitur de Patriarcha Ioſeph, *Inuenitque Ioſeph gratiam coram Domino ſuo.* Gen. cap. 39. verſ. 4.

Gratia ſumitur aliquando pro acceptabilitate.

37 Secundò, quod Gratia gratum faciens in eodem homine, non plurificatur ſecundum rem, S. Thomas 2. d. 26. artic. 6. per totum.

Gratia gratum faciens in eodem homine non pluꝛificatur ſecundum rem.

38 *Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis*: ideſt Noe erat iuſtus, & perfectus, perfectione viæ, quia erat paratus ad omne bonum neceſſarium, & ſupererogationis. Nam dicit Angelicus Doctor, 2. Tim. 3. f. Homo tunc eſt perfectus, quando eſt paratus, ad omne bonum neceſſarium, & ſupererogationis. Verſ. 9.

Homo tunc eſt perfectus, quando eſt paratus ad omne bonum neceſſarium, & ſupererogationis.

39 *In generationibus ſuis*: ideſt præ alijs hominibus ſui temporis.

Cum Deo ambulauit; ſicuti Henoch, de quo iam explanaui hæc verba. Vide ſuprà cap. 5. verſ. 22. & 24.

Verſ. 10

40 *Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.* Hebraicè iſta nomina ſignificant *Iapheth* Amplitudinem, *Cham* Calorem, & Nigrorem, & *Sem* Famam.

Sem idem eſt quā famoſus. Cham niger Iapheth amplus.

Ver. 11.

41 *Corrupta eſt autem terra coram Deo*: Caietanus inibi ſcribens: *Perpende, inquit, progreſſum peccati. Primò enim fuit, & declinatio, & deprauatio filiorum Dei ex concupiſcentia: deindè multa malitia hominis, & demum corrupta eſt terra.* Lyranus, & Toſtatus interpretantur terram fuiſſe corruptam propter vitia carnalia cuiuslibet generis,

In criminaa gradatim aſcenditur, & à paruis ad maxima peruenitur, ſi non cauetur.

Contagium luxuriæ etiā terrā tangit.

neris, etiam quæ nefanda ſunt, & contrà naturam, quæ id temporis latiſſimè, ac validiſsimè regnabant.

Et repleta eſt iniquitate: ideſt omni ſcelere.

Vel dic: quod in tota terra peccabatur.

Verſ. 12

42 *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam*, ideſt, & cum Deus ſcijſſet habitatores terræ commeſſationibus, ebrietatibus, (S. Paulus ad Rom. cap. 13. verſic. 13.) Impudicitijs, Contentione, Æmulatione, Fraude, Calumnijs, & Luxuria corruptos eſſe.

Libido totam corrupit naturam, & cauſa fuit diluuij.

43 *Omnis quippè caro, corruperat viam ſuam ſuper terram*: ideſt omnis homo (Noe excepto vtpotè iuſto) effrenatæ libidinis cauſa ordinem naturæ corruperat, faciens id quod Apoſtolus ſcribit ad Romanos cap. 1. verſ. 26. & 27. *Fæminæ eorum immutauerunt naturalem vſus, in eum vſum, qui eſt contrà naturam. Similiter autem, & maſculi, relicto naturali vſu fæminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes.*

Verſ. 13

44 *Dixit ad Noe: finis vniuerſæ carnis venit coram me*: ideſt omnium hominum, & animalium (excipe piſces) *iuxtà eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.* Deuteronom. cap. 32. verſ. 35.

Repleta eſt terra iniquitate à facie eorum: ideſt, Terra perducta eſt propter iſtos ſceleſtos homines ad ſummum vitiorum.

Et ego diſperdam eos cum terra: ideſt, deſtruam, & delebo non ſolum homines, ſed etiam terram.

Verſ. 14

Primus Arcæ, & Nauium inuentor fuit Deus. Primus operator, & faber fuit Noe. Arca facta fuit de lignis cedri politis, quadratis, & bituminatis.

45 *Fac tibi arcam*: Hebr. תאה *Tebath*, *Capſa*, ideſt extrues tibi capſam.

De lignis læuigatis: S. P. N. Auguſtinus tract. 6. in Ioannem dicit Arcam fuiſſe: *De lignis cedri* Hebraicè de lignis גפר *Gopher*, ideſt *quadratis*, dicunt Septuaginta; & S. Hieronymus vertit: *Ex lignis bituminatis*, nam Gopher idem eſt quod כפר, *Copher* ideſt bituminoſis: Sed etiam cum noſtra Vulgata dicendum de *Lignis læuigatis*, ideſt dolatis, & perpolitis, nam *Læuiga* eſt inſtrumentum ad poliendum, vndè læuigatus idem eſt, ac politus: Stat ergo benè, *Fac tibi arcam de lignis cedri*: (qui ſunt incorruptibiles, & leues) *quadratis, & politis* ad firmiorem compaginationem, *Et bituminatis*, vt aquis reſiſterent.

46 *Manſiuncolas in arca facies*: ideſt in ea diſtingues Cameras, ſeù ſtantias, vel nidos, aut ſtabula parua iuxtà ſingulorum animantium neceſſitatem.

47 *Et bitumine linies inſtrinſecùs, & extrinſecùs*: iubetur Arca vngi bitumine *extrinſecus*, vt tabularum iuncturæ benè clauderentur aduersùs aquas, tàm circunfuſas, quàm ſuperfuſas arcæ. *Intrinſecùs ad fætorem*, ſcribit Cornelius à Lapide ibidem impreſs. Lut. Pariſ. lit. B. col. 1. pag. mihi 103. *Ex ſtercore tot animalium prouenientem diſpellendum*. Sed melius eſt dicere, cum ſit magis rationi conformius: *Intrinſecùs*: ne impetus violentus aquæ, tam ſupernæ præcipitantis, quam ad latera ipſius Arcæ vehementer alliſæ, delens exteriorem lituram bituminis ſubintraret, reſiſtenteque interiore litura penetrare non poſſet: Vel etiam dici poteſt, *Intrinſecùs linies*, ne magna exterior humiditas interiorem partem arcæ limoſam redderet.

48 *Et ſic facies eam*: ideſt, vt iubeo, ſic ædificabis eam. Verſ. 15

Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo ipſius.

49 Hic aduerte, quod Cubitus alter eſt communis, & alter eſt geometricus.

Cubitus communis eſt menſura ſex palmorum. Cubitus geometricus ſex cubitos noſtros continet. Cubito geometrico Arca Noe menſurata fuit.

Cubitus communis eſt menſura ſex palmos continens: Videtur nomen ſumpſiſſe à cubito brachij, qui à curuatura vſquè ad extremum manus extenditur: Cubitus geometricus ſex noſtros cubitos continet, vti docet S. P. N. Auguſtinus 12. contra Fauſtum 16. quo cubito aiunt omnes Arcam Noè fuiſſe menſuratam.

50 *Feneſtram in arca facies*: ideſt vnam (Symmachus Feneſtram habet διαφανῆ) præ alijs paruulis, grandiorem, ac ex vitro, vel lapide ſpeculari pellucidam. Verſ. 16.

Seù feneſtram in arca facies: ideſt locum per quam viderent.

Et in cubito conſummabis ſummitatem eius: ideſt feneſtræ altitudo erit vnius geometrici cubiti iuxtà formam latitudinis mediantæ culminis arcæ.

51 *Oſtium autem arcæ pones ex latere*: ideſt oſtium (per quod intrare debebatur) pones in latere arcæ. Et notandum eſt, quod cum arca quadrilatera eſſet, hoc oſtium non fuit factum per latera longitudinis, ſed per vnum latus latitudinis, quia dicit Abulenſis ibidem quæſt. 12. lit. B. col. 1. pag. mihi 69. *Magis propriè vocatur latus latitudo quam longitudo: ideo latera continentia latitudinem, ſcilicet in quinquaginta cubitis, dicentur propriè latera.*

In quo latere Arcæ fuerit oſtium.

Latus dicitur ex latitudine.

52 *Deorſum, cænacula, & triſtega facies in ea.* Septuaginta habent hic *inferiora bicamerata, & tricamerata facies eam*. Hinc S. P. N. Auguſtinus lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 6. col. 2. pag. mihi 84. explanans hæc Septuaginta Interpretum verba, tres principales arcæ partes facit, dicens, *Quod ait cum de arca fabricatione loqueretur: Inferiora bicamerata, & tricamerata facies ea: quæri ſolet: Num inferiora futura erant bicamerata, & tricamerata? Sed in hac diſtinctione totam ſtructuram eius intelligi voluit, vt haberet inferio-*

Arca Noe ex SS. Parente Auguſtino erat in inferiori habitatione camerata, in media bicamerata, in 3. ideſt ſuperiori, Tricamerata.

feriora, haberet media, & ſuperiora, quæ appellantur tricamerata, in prima quippe habitatione, ideſt in inferioribus ſemel camerata erat arca: In ſecunda verò habitatione ſuper inferiorem iam bicamerata erat: ac per hoc in tertia ſuprà ſecundam tricamerata erat: Conſimile dicit SS. Parens Eccleſiæ Doctor eximius in cap. vltimo lib. 15. de Ciuit. Dei col. 1. pagina mihi 197. vbi tres in partes ſimiliter diſtinguit arcam, quarum quælibet longa eſſet trecentis cubitis, & lata quinquaginta.

53 Sed cum variæ ſint quæſtiones de arcæ figura qualis fuerit, ideò reuerenter relictæ, non autem reiectæ, opiniones Origenis hom. 2. in cap. 6. Gen. Hugonis cap. 3. Caietani ibi, & Lyrani ibidem; nec non Ioannis Buteonis, illam S.P.N. Auguſtini ſequor; quæ arcæ figura tum ex his, quæ dicit SS. Parens Eccleſiæ Sanctæ Doctor, tum ex his quæ refert Moſes, colligitur eſſe iuxtà ſequentem figuram; Et vt clarior cognoſci poſsit, facies tam latitudinis, quam Longitudinis ponendas adiudicaui. *Opinio S.P.N. Auguſtini de Arcæ figura aliis præfertur.*

54 Notandum tamen eſt contra falſum Pictorum vſum, quòd Arca non fuit facta ad inſtar nauis curuis lineis, & lignis vndique porrectis; ſed rectis: Vndè S.P.N. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. cap. 27. lit. C, col. 2. pag. mihi 196. *Arca non curuis, ſed rectis lineis longèque latèque porrecta,* ſcribit.

ET LATITVDINIS, ET ARCÆ FACIES

A. Summitas arcæ vnius Geometrici cubiti.


B. Feneſtra arcæ vnius cubiti Geometrici,

C. Porta Arcæ,

D. Camera Hominum, & Auium,

E. Camera Animalium mitium.

F. Camera Animalium immitium.



GG. Superiora Tricamerata.

H. Apothecaria Camera.

I. Stercoraria Camera.


K. Sentina Camera.

LL. Media bicamerata.

MM. Inferiora ſemel camerata.

NN. Latitudo 50. cubitorum.

LONGITVDINIS ARCÆ FACIES.



OO. Altitudo Arcæ triginta cubitorum.
PP. Longitudo Arcæ trecentorum cubitorum.

Verſ. 17 55 *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram:* ponitur particula *ecce* vt magis mirabilè appareat Deum ipſum extructorem hominis, iſtiuſmodi deſtructorem eſſe.

56 *Vt interficiat omnem carnem*: ſcilicèt quæ erat ſuper terram.

Diluuium vndè dictum. Vel dic, *vt interficiat omnem carnem*; ideſt vt deleret impios omnes de terra, nam diluuium à delendo dicitur.

57 *In qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cęlum*: hìc rectè, & clarè demonſtratur, piſces non fuiſſe diluuio interemptos, nam licèt piſces caro vocentur (vti dicit Apoſtolus p. ad Corinthios cap. 15. verſ. 39. *Non omnis caro, eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium*) attamen videntur excepti per iſtas particulas reduplicatè poſitas, *ſuper terram*, & *ſubter cęlum*; nam ſi piſces ſtant *ſubter cęlum*, realiter non poſſunt dici *ſuper terram*, ſed verè *ſub terra*, ſcilicet in aquis. Vndè benè Deuteronomio cap. 4. verſic. 17. & 18. ſcribitur *Iumentorum quæ ſunt*

Piſces non fuerunt diluuio interempti.

Piſces dicuntur ſtare ſub terra in aquis.

ſunt ſuper terram, vel auium ſub cęlo volantium, atque reptilium, quæ mouentur in terra, ſiuè piſcium, qui ſub terra morantur in aquis.

Caini ædificia diluuio diſtructa fuerunt.

58 *Vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur*: ideſt dicit Toſtatus omnia ædificia, ſi qua ſunt facta, vt vrbis Henoch, quam conſtruxit Cain, & aliqua alia fabricata arte humana, diluuio aquarum perdentur.

Verſ.18. 59 *Ponamque fœdus meum tecum:* ideſt dicit S.Ambroſius, impreſs.Pariſ. tom.1. lib. de Noe, & Arca lit. L,col. mihi 227. *Quia terrena omnia moriuntur diluuio, ſolus autem iuſtus in æternum manet, ad ipſum dicitur:* ſtatuam teſtamentum meum ad te; *quia ipſe diuinæ eſt hæres gratiæ, ipſe cęleſtis poſſeſſor hæreditatis, beatiſſimorum conſors bonorum.*

Iuſtus in æternum manet.

60 *Et ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum:* nam dicit Aurei Doctoris eloquentia, homil. 24. lit. B. tom. 5. pag. mihi 1:1. *Licèt multum à virtute iuſti illius abfuerint, alieni tamen erant à grauioribus ſui ſæculi peccatis. Aliàs quoque ob duas cauſas ſalute poſiti ſunt. Vna in honorem iuſti. Conſuetudo enim miſericordis Dei eſt, honorem hunc dare ſeruis ſuis, vt propter eos ſaluentur, & alij. Id quod, & beato Paulo conceſſum eſt, magiſtro illi orbis, qui vſquequaque ſuæ Doctrinæ radios emittebat* ...... Ipſe nauigans Romam (Act. Apoſt. cap. 27.) propter maximam tempeſtatem naue periclitante ſalutem omnium, qui in ea cum ipſo ſimul erant, Deus indulſit; *Ita ſimili modò, & hoc loco factum eſt, & hæc prima cauſa eſt. Altera verò iſta: Volebat ſemen aliquod, & radicem ad poſteritatis conſtitutionem relinquere: non quod impoſſibile eſſet Deo iterum formare homines, & ex vno genere iterum augmentum facere: ſed quia hoc ſua bonitati probabatur.* Eiuſdem Sententiæ, eſt S.Ambroſius in libro de Noe, & Arca cap. 11. col. mihi 229.

Deus ſeruos ſuos honorat.

Aliquando conſortium iuſtorum liberat peccatores à Diuino flagello.

Verſ.19 61 *Et ex tunctis animantibus vniueeſa carnis:* ideſt de terreſtribus.

Bina induces in arcam, vt viuant tecum: ideſt ex omni ſpecie duo indiuidua, *induces*, ideſt, *venient ad te* (vti ſcribunt Hebræi) non tuo labore, ſed ſpontaneè meo iuſſu, vt ſpecies eorum non perdatur.

Maſculini ſexus, & fœminini; ideſt vtriuſque ſexus ad generandum.

Ver. 20. 62 *De Volucribus iuxtà genus ſuum*; ideſt de volatilibus, bina, maſculus, & fœmina de omnibus ſpeciebus.

De iumentis in genere ſuo; ideſt de omnibus animalibus brutis greſſibilibus ex qualibet eorum ſpecie.

Et ex omni reptile terræ ſecundùm genus ſuum: ideſt de omni ſerpentum genere, ex qualibet ſpecie.

Bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere; ideſt maſculus, & fœmina ne eorum ſpecies pereat.

63 *Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt*: ideſt inuenies cibum, & alimentum in quo omnia animalia conueniant: nec opinio iſta vana eſt dicenda vti Redarguit Pererius, impreſs. Venet. lib. 11. in Gen. tom.2. diſput.11. col. 2. pagin. mihi 83. nec reijcienda, ſicut putat Toſtatus; in 6. Gen.quæſt.12. lit. C, colum.1. pag. mihi 71. Nam fidei Lumen, & Eccleſiæ S. Parens Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap.27. col. 3. lit. E, pagina mihi 196. ſcribit: *Solet etiam mouere nonnullos genera eſcarum, quæ illic habere poterant animalia, quæ non niſi carne veſci putantur: vtrum præter numerum ibi fuerint ſinè tranſgreſſione mandati: quæ aliorum alendorum, neceſſitas illic coegiſſet includi: an verò, quod potiùs eſt credendum, præter carnes aliqua alimenta eſſe potuerunt; quæ omnibus conuenirent. Nouimus enim quam multa animalia, quibus carò cibus eſt, frugibus, pomiſque veſcantur, & maximè fico, atque caſtaneis. Quid ergo mirum ſi Vir ille ſapiens, & iuſtus etiam diuinitus admonitus, quid cuique congrueret, ſinè carnibus aptam cuique generi alimoniam præparauit, & recondidit? Quid eſt autem quo veſci non cogeret fames? aut quid non ſuaue, ac ſalubre facere poſſet Deus? qui etiam, vt ſinè cibo viuerent diuina facilitate donaret.* Ver. 21.

Noe cibum inuenit in quo omnia animalia conuenirent.

64 *Et comportabis apud te*: ideſt hanc eſcam habebis apud te in Arca.

Et erunt tam tibi, quam illis in cibum: ideſt & in iſta eſca conuenietis ad manducandum omnes: Sic etiam in deſerto Exod. ca.16. verſ.35. recluſi Iſraelitæ omnes vno conuenerunt cibo ad veſcendum (nempè Manna) per quadraginta annos. *Filij autem Iſrael comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt vſque quo tangerent fines terræ Chanaan.*

65 *Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.* Ideſt Noe perfectè obediuit ſicut iuſſerat Deus. Ver. 22.

ANNOTATIO
MORALIS.

Verſ. 1

Incipere in malo periculoſū eſt quia non multiplicentur crimina.

66 **C***Vmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent*: dicitur *cœpiſſent*, & additur ſtatim *multiplicari*, quia impoſſibile eſt in malo incipere, & non multiplicari crimina.

Verſ. 2

Religioſus debet ſeruare modeſtiam in oculis, & maximè quā do eſt cum mulieribus.

67 *Videntes filij Dei filias hominum*: debet Religioſus in oculis ſeruare modeſtiam, & maximè quando cum mulieribus eſt alloquendus, *quia* dixit Hieremias capit. 9. verſ. 21. *aſcendit mors* (ſupple animæ) *per feneſtras noſtras*, ideſt per oculos, qui corporis ſunt feneſtræ, & animæ. *Propterea* ſcribit Aureus Doctor hom. 22. lit. B, pag. mihi 107. *Dominus noſter Chriſtus, ſciens fragilem noſtram naturam, & voluntatis negligentiam, legem poſuit, qua muniret, & prohiberet curioſam conſiderationem: vt naſcens in nobis incendium, cùm adhuc à longè eſt, extinguat, & inquit: Qui aſpicit mulierem, vt concupiſcat illam, iam adulterium commiſit cum illa in corde ſuo. Propter hoc, inquit, interdico vobis illicitum viſum, vt ab opere illicito vos liberem. Ne putes, inquit, quod congreſſus ſolùm peccatum faciat, Animae eſt qui condemnatur.*

Mors animæ ab illicito viſu incipit.

Non licet intueri, quod non licet cõcupiſci.

68 Hic aduerte quod triplex eſt oculus peccatoris, Laſciuus, Elatus, & Nequam. De Laſciuo dixit S. P. N. Auguſtinus in Regula circà medium; quia *impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius*.

Oculus peccatoris triplex eſt, Laſciuus, Elatus, & Nequam.

69 De Elato ſcribit Sapiens cap. 30. ver. 13. *Generatio, cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrecta*.

70 De Nequam loquitur Veritas per os S. Matthæi cap. 6. verſ. 23. *Si autem oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebroſum erit*.

71 Oculus Laſciuus dirigitur in fines concupiſcentiæ, & libidinis, & hunc oculum habuerunt filij Seth videndo filias Cain.

Oculus laſciuus dirigitur in fines concupiſcentiæ.

72 Oculus Elatus dirigitur in fines vanitatis, & Superbiæ, & hunc oculum habuerunt Ionathas quando poſt peractam victoriam Philiſtæorum (1. Regum cap. 14. verſ. 27.) *Extenditque ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius*.

Oculus elatus dirigitur in fines vanitatis, & ſuperbiæ.

73 Et Saul quādo præcinentes Mulieres dicebant Dauidi (ib. c. 18. v. 7. & 8.) *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*, tunc *iratus eſt Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte*.

74 Oculus Nequam dirigitur in fines malignitatis, & hunc oculum habuit Balaam, quando Balac conſilium dedit, quo deciperentur Filij Iſrael, indè dicitur Numer. cap. 24. verſ. 3. & 4. *Dixit homo, cuius obturatus eſt oculus ...... qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius*.

Oculus nequam dirigitur in fines malignitatis.

75 Vel die *Videntes Filij Dei*: quilibet timere debet licet Sanctus; nullus enim hic eſt adeò bonus, quod non poſſit euadere malus.

Quilibet debet timere licet ſanctus, quia dum vi uitur nullus adeò bonus eſt quod nõ poſſit euadere malus.

76 *Filiae hominum*: Mulier mala matrimonio data plurimas affert ærumnas.

77 *Quod eſſent pulchræ*: ſi pulchritudo Deo non ſacratur, difficilè cum ipſa ſtabit morum bonitas; vndè ad rem dicit S. Ambroſius in lib. de bono mortis cap. 7. tom. 1. lit. F. & A. col. mihi 385. & 386. *Si quis corporis decorem diligit non ipſum hominem, ſed carnis diligit pulchritudinem: quæ tamen citò defluit, & marceſcit. Vndè illi intende, de quo dicit Propheta*: Qui non accepit in vanum animam ſuam Pſal. 23. *In Vanum accipit animam ſuam, vt iam de huius vita dicamus moleſtijs, qui ſaecularia ſtruit, ædificat corporalia*.

Si pulchritudo corporis Deo non ſacratur difficilè cum ipſa ſtabit morū bonitas.

78 Hinc collige quod animæ non corporis quærenda eſt pulchritudo; & Animæ pulchritudo quadruplex eſt, nempè Caſtitatis, vndè dicitur Sapient. cap. 4. verſ. 1. *O! quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate*.

Non corporis, ſed animæ quærenda eſt pulchritudo.

79 Puritatis conſcientiæ, vndè cecinit Dauid Pſal. 44. verſ. 11. *obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui*.

Exterioris conuerſationis, vndè dixit Salomon in Prouerbijs cap. 31. verſ. 25. *Fortitudo, & decor indumentum eius*.

80 Contemplationis, vndè dicitur in Canticis Cantic. cap. 4. verſ. 8. *Veni de libano coronaberis*: & de his quatuor bellè dicitur *Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores*.

Animæ pulchritudo quadruplex eſt; Caſtitas, Puritas conſcientiæ, Exterior conuerſatio, & Contēplatio.

81 *Acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*: ad coniugium, non pulchrior mulier eſt eligenda, ſed honeſtior, ne filij Vanitatem, ſed Dei timorem ediſceant, vndè dixit Apoſtolus 1. ad Timotheum cap. 3. verſ. 11. *habentes .... Mulieres pudicas, non detrahentes, ſobrias, Fideles in omnibus*.

Fœmina non pulchrior, ſed honeſtior ad coniugium ſunt eligenda.

Verſ. 3

82 *Dixitque Deus: Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt*: Homo carnaliter viuens Dei imaginem perdit in æternum; *nam* dicit Apoſtolus

Homo carnaliter viuens imaginē Dei perdit in æternum.

ad Romanos cap. 8. verſ. 6. *Prudentia carnis mors eſt*, ideſt gloſat Cornelius a Lapide *Sapere, & viuere ſecundum carnem, mortem tùm temporalem, tùm æternam affert.*

Peccatum vitã humanum breuiorẽ facit, Pænitẽtia autem lõgiorem reddit.

83 *Eruntque dies illius centum viginti annorum*: Peccatum breuiorem facit vitam humanam. Iſta veritas viſa fuit in Ezechia peccatore, cui per pænitentiam conceſſa fuit longa vita, quæ ei antea diminuta fuerat per culpam: vndè Eſaias cap. 38. verſ. 1. dicens ei. *Hæc dicit Dominus diſpone Domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*; ſtatim poſtquam Ezechias fleuit fletu magno, reſpondit Eſaias (verſ. 3. & verſ. 5.) ore prophetico, *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: Eccè ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos.*

Verſ. 4

Sicut ex humilitate exaltatio oritur, ſic ex ſuperbia caſus originatur.

84 *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis*: Hìc nota quod Hebraicè: *Gigantes*, *Cadentes* dicuntur, ſicuti Humilitati exaltatio coniuncta exponitur, ſic ſuperbiæ caſus ſemper eſt iniunctus, *Quia* (dixit Veritas æterna per os ſ. Lucæ c. 14. verſ. 11.) *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.*

85 *Poſtquam ingreſſi ſunt Filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt*; *Vidiſti*, inquit S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 22. lit. D. pagina mihi 108. *Ingratitudinis excellentiam? vidiſti ſtupidas, & doloris ſenſu carentes animas? neque pœnæ timor, neque longanimitatis tempus deſtituit illos à malis operibus: ſed ſemel in præceps deiecti, & mentis Oculo excæcati à mala concupiſcentia, quaſi ab ebrietate quadam demerſi, redire vltra noluerunt. Quemadmodum & Sapiens quidam dicit*: Impius cum in profundum ceciderit malorum, contemnit. *Graue enim graue eſt dilecti, capi laqueis diaboli.*

Impius cum in profundũ ceciderit malorum contemnit.

86 *Iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi*, Peccatores in Mundo in tribus (vt famoſi euadant gloriantur) nempè in Diuitijs, in Potentia, & in Sapientia: ſed vtique, vt cæci ſunt, & duces cæcorum, in foueam cadunt æternam; nam Ieremias prophetauit c. 9. v. 23. & 24. *Hæc dicit Dominus; Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: Sed in hoc glorietur*, (audite Verba, & cordis auribus percipite) *Qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.*

Peccatores vt famoſi ſiant gloriantur in tribus ſcilicet in Potentia, in Diuitijs, & in Sapientia.

Verſ. 5.

Perſiſtentia in crimine malitioſa Deũ irritat.

87. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore*: Peccata quæ fiunt, & malitia, & perſiſtenter cum obſtinatione, valdè irritant Deum; qui ſimiliter peccat cuncta eius cogitatio ſemper ad malum intenta, immò quia variæ ſunt cogitationes, ideò dicitur *cuncta*.

Peccatoris Cogitationes Variæ, & quæ

Hic nota quòd Cogitationes peccatoris aliæ diſſipant, vt iracundæ; aliæ inflant, vt ſuperbæ; aliæ diſtendunt, vt ambitioſæ; aliæ cõtrahunt, vt tumidæ; aliæ inquinant vt luxurioſæ: aliæ perturbant, vt vanæ, & de his (ò quam myſticè) Prophetauit Iſaias cap. 13. verſ. 21. & 22. dicens *Requieſcent ibi* (ideſt in cordibus peccatorum) *beſtiæ, & replebuntur ... Draconibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: & reſpondebunt ibi vlulæ .... Et ſirenes in delubris voluptatis.* Intellige applicationem moralem: Beſtiæ diſſipant; dracones inflant; ſtruthiones diſtendunt, piloſi turbant, vlulæ contrahunt, ſirenes inquinant.

88 *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecùs*: Peccator ſi poſſet affligeret, immò deſtrueret ipſum Deum, & ſi Deus capax eſſet doloris, hominis crimina ſola cauſa, & vna doloris eſſet. Verſ. 6

Si Deus capax eſſet doloris, hominis crimina cauſa doloris eſſent.

89 Vel dic: Tantum poteſt iniquitas, vt quod fecit Hebræorum ſæuitia ipſum Deum hominem extrinſecùs crucifigendo, taliter faceret intrinſecùs in corde Dei, culpa peccatoris ſi facere poſſet. Similiter in literali ſenſu exponit Vgo Card.

90 *Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine &c.* Vbi naſcitur peccatum, ibi oritur, & pœna. Vndè ſcribit S. Ambroſius: in lib. 6. ſuper Lucam tom. 5. *Clementia Domini aduertere debemus: quia nullum prius ipſe condemnat, ſed vnuſquiſque ſibi author eſt pœnæ.* Verſ. 7

Vbi naſcitur peccatum, ibi oritur, & pœna.
Vnuſquiſque ſibi eſt author pœnæ.

91 *Noë vero inuenit gratiam coram Domino*. Gratia non caſu reperitur, ſed bonis quæſita operibus inuenitur; Sic Beatiſſima VIRGO MARIA, inuenit gratiam apud Deum, vti dicit Gabriel Lucæ cap. 1. verſ. 30. *Ne timeas MARIA, inueniſti enim gratiam apud Deum*; quia bonis operibus in bonitate incomparabilibus cum qualibet pura creatura requiſierat. Verſ. 8

Gratia inueniendo bonis operibus requiſita; quia inuenitur, nõ reperitur. Sic B. Virgo MARIA inuenit.

92 *Hæ ſunt generationes Noë*: Hominis iuſti generatio ſemper recolitur, quia à generatione in generationem permanet immortale nomen eius. Hinc Eccleſiaſticus ſcribit cap. 39. verſ. 13. *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.* Ver. 9.

Nomen iuſti requiretur à generatione in generationem.

93 *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis*: Religioſus in ſuis operibus, & actionibus, quæ velut liberi ſunt, debet eſſe perfectus.

94 Vel dic *Noë*, &c. Virtuoſi ſunt laudandi, nam dicit S. Ambroſius in tractatu ſuper pſal. 43. tom. 4. *in Deo laudabitur, qui Domino per omnia placere geſtiuit, qui poteſt dicere* fortitudo, & laudatio mea Dominus.

nus. Pſal.117. *Laudabitur tota die : quia honeſtè egit, & opera ſua non abſcondit.*

Cum Deo ambulauit: vide ſuprà cap.5.ver. 22.& 24.

Verſ. 10 95 *Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth*: Hic obſerua quòd *Sem*, qui primus ponitur, fuit filiorum nouiſſimus, *Iapheth* verò, qui vltimò nominatur à quibuſdam primus cenſetur. Ergo vide quantum præſtat humilitas, nam ſemper in Domini ſupputatione ſunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi: *Sic*, enim ſcribit S.Matthæus, cap.20.verſ.16. *erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſſimi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.*

Humiles Deus exaltat, & ſuperbos humiliat.

Verſ. 11 96 *Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate*: vbi luxuria dominatur fugiendæ ſunt domus illæ, ſeù regiones, vel loci, ne pedum contactu ſe ipſum homo iuſtus contaminare poſſit; *Nam* ſcribit Eſcobar ibidem pag. mihi 65. col. pr. *Contagium luxuriei ipſam terram quodammodo tangit.*

Vbi dominatur Luxuria fugiendum.

Luxuria veluti contagiū Terram etiā quodammodo contaminat.

Verſ. 12 97 *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippè caro corruperat viam ſuam*: Homo peccator auertendo ſe à Deo, & conuertendo ſe ad creaturas viam ſuam corrupit; *Nam vix ſua* (prædicabat S.Ambroſius de Noe, & Arca cap.5.lit.M col.mihi 220.) *in Paradiſo erat, in illo beatitudinum tramiti, in illo virtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quam viam terrenis inquinauit veſtigijs.*

Homo per peccatum viam ſuam corrupit. Hominis via eſt ad paradiſum.

Ver. 13. 98 *Dixit ad Noe finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.* Ob vnam laſciuiæ culpam miſerrimè decernuntur diluuij ſtrages; vnius luxuriæ fit mentio, & omnis terra dicitur iniquitate repleta. An homines tunc inſano libidinis ardore acti, ab alijs flagitijs feriabantur? an potiùs Deus ob omnigena ſcelera, ex libidine oborta, *gurgite præcipiti pollutum diluit orbem?* ſcilicet in peccatores acerbius ſæuit Deus: *Quoniam Terrena ſecuti, plus carnis, quam mentis habent. O miſeri, quos tam iuſta dilatio pœnæ, plus facit eſſe reos!* Pergit idem Claudius Marius Victor lib. 2. Poem. in Geneſim; propiùs ad rem: *Quos dira libido crimen in omne trahens*, &c. ſcilicet explicatiùs duntaxat dicitur; terra fœdis libidinibus repleta: Sed quia libido reliquorum criminum fœcūda eſt, & vniuerſorum ſcelerum matrix; dum libido recenſetur, perindè eſt, ac ſi reliqua ſpeciatim cenſerentur. Nam dira libido crimen in omne eos trahit qui carnalibus vitijs adſueti, quaſi intellectu imminuti forent, Plus carnis quàm mentis habent. Exindè ſeueriſsimus Dei furor

Gurgite præcipiti pollutum diluit orbem.

Indè etiam ſeptem ſalaciſsimi Saræ mariti acerbiùs puniuntur, Tobias c.6.ver.14.&

Laſciuus plus carnis quam mentis habet.

Dilatio pœnæ plus facit eſſe reos.

Dira libido crimen in omne trahit.

Libido, vitiorum omnium matrix, & abbreuiatum eorum compendium.

17. quam non valdè tunc in illis criminoſus libidinis reatus expoſcere videbatur. At effuſior laſciuia reliqua vitia, aut inuenit, aut facit: *nam dira libido crimen in omne trahit.* Heù luxuriæ peccatum peccans!

Septem Saræ mariti acerbius ob libidinem puniuntur.

Luxuria, Vitia, aut inuenit, aut facit.

99 *Fac tibi Arcam de lignis læuigatis*: Arca eſt viri iuſti conuerſatio, quæ fluctibus perſecutionum concutitur in hoc mari, nam dicit Apoſtolus 2. ad Timoth. cap.3. verſ.12. *omnes, qui piè volunt viuere in Christo Ieſu, perſecutionem patientur.* De tota ſtructura Arcæ moraliter per omnia explanata. Vide cap.7. in annot. moralibus verſ.18. Verſ. 14

Arca eſt iuſti conuerſatio, concuſſa in hoc mari à fluctibus perſecutionum. Qui piè viuit perſecutionem patitur.

100 *De Lignis læuigatis*, Ligna ſunt opera, quæ debent eſſe læuigata ideſt abſque ſcrupulo aliquo offenſionis, & reprehenſionis, dicente Gentiū Doctore: ad Corint. 1. c. 10. verſ.31. & 32. *Siuè ergo manducatis, ſiuè bibitis, ſiuè aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Sine offenſione eſtote.*

Opera iuſti debent eſſe veluti ligna læuigata.

101 *Manſiunculas in Arca facies*: Hìc ſeptuaginta pro verbo *manſiunculas*, nidos habent. Stat ergo benè, vt (quidquid eſt in corpore hominis iuſti) nidi efficiantur, vbi ſpiritus pullos virtutis foueat, reponat, & alat. Nam Nidi ſunt oculi, & quia per iſtos mors animæ intrat, ideò modeſtia in ipſis pullos fouere debet hinc canebat Dauid Pſ.118.ver.37. *auerte oculos meos ne videant vanitatem*: Et ſic de alijs quatuor corporis ſenſibus moraliter diſcurre: Vndè de omnibus quinque, puto, Regium Vatem myſticè dixiſſe: Pſal.83.ver.3. & 4. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.* Vbi addit S.Ambroſius de Noe, & Arca cap. 6. lit. A, col. mihi 222. *Eſt enim iam in hoc corpore nidus pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiſcentiæ. Sed vbi autè partus deformes nutriebat libido, ibi nunc decora caſtitatis adoleſcit hæreditas.*

Veluti Nidi, ſunt quinque corporis ſenſus, vbi iuſtus pullos virtutis fouet.

102 *Et bitumine linies intrinſecùs, & extrinſecùs*: Arca noſtri corporis, in qua anima cuſtoditur, linienda eſt intrinſecùs, & extrinſecùs diligenter bitumine veræ virtutis, ne in hoc mundi pelago venialium criminum, per rimulas vndulæ ingreſſæ naufragij animam deferant, & corpus ipſum ad periculum: Hinc Spiritus Sanctus dicit: Eccleſ. cap. 26. verſ. 13. & infrà cap.42. verſ.11. *Firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione confundat te.*

Arca noſtri corporis diligenter linienda bitumine veræ virtutis, ne venialium criminū per rimulas vndulæ ingreſſæ naufragij nos deperdant ad periculum.

Vel dic: *fac tibi Arcam*: ideſt Religionem in qua ſaluentur à mundi periculis fideles.

103 *De lignis læuigatis*: Non omnes ſunt apti pro Religione, ſeù ſtatu Eccleſiaſtico, ſed illi dumtaxat, qui habent neceſſaria requiſita; & qui ſunt in hoc ſtatu debent eſſe, læuigati, ideſt perpoliti, vt

Non omnes ſunt apti pro ſtatu Eccleſiaſtico.

Eccleſiaſtici.

eorum vita, habitus, geſtus, & inceſſus ſimul, & ſermo, omnibus grauitatem, modeſtiam, honeſtatem, & bonum exemplum extet: Nam œcumenico ore omnes Concilij Tridentini Venerabiles Patres dixerunt, & ſtabilierunt, de Reform. cap. 1. pag. mihi 165. ſeſſ. 22. *Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm* (infrà ſeſs. vlt. de reform. cap. 1.) *eorum vita, &* (cap. his igitur diſtinct. 23.) *exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt, cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur; in eos tamquam* (Matth. cap. 5. Tit. 2. c. qualiter 17. de accuſ. cap. Cleros, 21. diſtinct.) *in ſpeculum, reliqui oculos conijciunt, ex ijſque ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omninò Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam moreſque ſuos omnes componere,* (Seſs. 14. in proemio &c. ſeſs. 24. de reform: cap. 12. tot. tit. de vi. & hon. Cler. extra. in 6. & Clem. c. Non oportet in 2. de Conſ. diſt. 5. c. Canonum 14. q. 4. c. Credo, 21. qu. 3. Conc. Carthag. 3. c. 15. Concil. Chalced. can. 3. Concil. Arelat. 2. c. 14. 1. Concil, matiſc. cap. 5. & 2. Nicæ. c. 16. & 4. Carthag. cap. 44. & ſeq.) *vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliјſque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem.* De hac re vide etiam Citata Concilia.

Clerici in ſortem Domini vocati.

In Clericis leuia delicta maxima ſūt.

In Religione debet eſſe ordo, & vnuſquiſque exercere ſuu officium.

Vbi ordo ibi pax; vbi pax ibi Deus.

104 *Manſiunculas in Arca facies*: quia in Religione debet eſſe optimus ordo, & vnuſquiſque ſua propria exe/cere officia; nam vbi ordo ibi pax, & vbi pax ibi Deus.

Religioſi tenētur ad perfectionem.

Bitumine linies intrinſecùs, & extrinſecùs: quia Eccleſiaſtici omnes, & præſertim regulares in omnibus multùm cauere debent, nam ad perfectionem tenentur; quia dicit Angelicus doctor 2. 2. quæſt. 186. art. 1. & quodlib. 5. 21. Religio nominat ſtatum perfectionis.

Religio nominat ſtatum perfectionis.

Verſ. 15

Homo per totum vitæ tempus obſeruationi legis debet incumbere.

105 *Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ*: per hunc numerum obſeruatio legis deſiguatur, hinc moralis eſt ſenſus, quòd homo quiſquis catholicus debet per longitudinem, & totum ſuæ vitæ tempus obſeruationi legis incumbere; Lauretus in ſylua allegor. tom. 2. append. de numeris num. 300.

Status Eccleſiaſticus præ alijs eminentior.

Vel dic, quod ſtatus Eccleſiaſticus longè ſuperat alios ſtatus.

Vnuſquiſque ſe diffundere debet in charitate.

106 *Quinquaginta cubitorum latitudo*; Vnuſquiſque debet ſe diffundere in charitate, quia dicit S. P. N. Auguſtinus 12. contra Fauſtum 14. Quinquaginta cubiti latitudinis arcæ deſignant diffuſionem charitatis, &c.

Mens, & cor hominis in altum eſſe debent.

107 *Et triginta cubitorum altitudo illius*: quia mens hominis, & cor, alta hæc duo eſſe debent, vt Deus exaltetur in illis, vti dicit Pſalmiſta Pſal. 63. verſ. 7. & 8. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.*

Verſ. 16

Qui virtute eminent, alijs ſunt anteponendi.

108 *Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius*: in communitatibus, & in Religione ſemper ſunt anteponendi illi, qui per merita, & propter virtutes alijs lucent.

Dei cognitio abundantius reperitur in religioſis quã in ſecularib.

109 Vel dic, quod Lumen, & Dei cognitio reperitur abundantiùs in Religioſis, quàm in ſecularibus.

Oſtiū cordis noſtri debet poni ex latere vulneris Crucifixi.

110 *Oſtium autem arcæ pones ex latere*: oſtium cordis noſtri, vndè ex ipſo exeat anima ad amorem, debet eſſe poſitum in latere vulneris Chriſti crucifixi.

Appetitus ſenſitiuus, & eius potentia totaliter, & tota in Deo ſtare debent.

111 *Deorſum, cænacula, & Triſtega facies in ea*: Hic moraliter dicendum (iuxtà ſupra in litera datam expoſitionem S. P. N. Auguſtini, & iuxtà formam Arcæ impreſſam) quòd, Hæc Arca, debet eſse in inferiori habitatione, camerata, quia appetitus ſenſitiuus, & eius potentiæ, tota, & totaliter in Deo, debent eſse: in media Bicamerata, quia cor, & eius interni affectus debent eſse bicamerati per contritionem, & confeſſionem, vndè dixit Pſalmiſta *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.*

Satiſfactio conſiſtit in tribus, nempè in Ieiunio, oratione, & eleemoſina.

112 Et Tricamerata per ſatisfactionem, quæ conſiſtit in tribus, in Oratione, in Ieiunio, & Eleemoſina.

Myſtica mãſiuncula Arca. Stercoraria conſideratio propriæ utilitatis debet eſſe.

113 Hæc Arca habet manſiunculas, Alia eſt receptaculum ſordium, ideſt ſtercoraria; ideſt conſideratio iniquitatis, & propriæ fragilitatis, nam dixit Iobo Baldad cap. 25. verſ. 6. *Homo putredo, & filius hominis vermis.*

Camera mitium, & immitium animalium ſeueritas in puniendo, & manſuetudo in inſtruendos iſta debiles, & fragiles, illa peccatores obſtinatos.

114 Alia eſt Camera animalium mitium, alia immitium: in qua deſignatur quòd iuſtus ſeuerè contrà peccatores increpare debet Pſal. 67. verſ. 31. *Increpa feras arundinis, congregatio Taurorum in Vaccis populorum*, & erga deuios, & fragiles manſuetudinem exercere debet, vti iubet Apoſtolus Paulus ad Galatas capit. 6. verſ. 1. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.*

Apothecaria eſt ordinatio bonorum operum, & virtutum.

115 Alia Camera eſt Apothecaria ciborum: per quod intelligitur, bona opera, & virtutes debere eſse ordinatè repoſita in medio, nam ſi confusè, & inordinatè ad Deum feruntur fabricam perfectionis demoliuntur; vndè ad rem prophetat Ioel cap. 1. verſ. 10. *Depopulata eſt regio, luxit humus: quoniam vaſtatum eſt triticum, confuſum eſt vinum, elanguit oleum.*

Camera hominum, & [illegible] dicit eſſe hominem laborando per opus, & Auē volando per meditatione.

116 Alia Camera eſt, vbi ſtant Homines, & Aues, per quod demonſtratur, omnem hominem iuſtum debere eſse hominem laborando per opus, & auem volando per meditationem: Hinc in Canticis cap. 7. verſ. 11. nunc vocatur homo dilectus

lectus in agrum actionis: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum commoremur in villis.* Nunc iubet Sponſus nè excitent animam iuſti de loco contemplationis dicens, Cantic. cap. 2. verſ. 7. & cap. 3. verſ. 5. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipſa velit.*

Verſ. 17

Qui habet ſpiritum vitæ ſupra cœlum non perimitur à Domino; qui verò habet ſpiritũ falſæ vitæ ſubter cœlum hic flagellatur.

117 *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum,* &c. Qui habet ſpiritum vitæ veræ ſuprà cœlum non perit flagello diuino, ſecùs autem qui ſubter cœlum vitæ vanæ ſpiritum habet, Dei iuſtitiam experitur.

118 *Ponamque fœdus meum tecum*: Proba vita noſtra quaſi fœdus eſt, quo Deus obligatur quodammodo noſtræ ſtudere incolumitati.

Verſ. 18.

Deus vt deus hominis inſtitutã ſua ſtudet incolumitati.

119 *Ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores,* &c.) Qui intrant Religionem ſecuriùs ſaluantur, & euadunt à quamplurimis periculis, quæ habent mundani etiam in corporalibus, nam licèt Apoſtolus 2. ad Corinth. cap. 11. verſ. 26. ſcripſerit *periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in Ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus,* nota nunquam dixit periculis in Religione.

In Religione potiùs ſaluatur anima, quàm in ſæculo.

S. Paulus in omnibus rebus periculã poſuit Religione excepta, & Monaſterio.

120 *Vxor tua, & vxores filiorum tuorum*: Religio eſt non ſolùm pro hominibus, ſed etiam pro mulieribus.

Religio non ſolum ſeruit hominibus, ſed etiam mulieribus

121 *Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina mittes in arcam, vt viuant tecum maſcu- ſexus, & fœminini*: ex vniuerſis nationibus Peccatores, & Peccatrices pœnitentes in Regnum Dei intrabunt; immò obſerua quòd animantia ingreſſa ſunt in Arcam antè Noe, quia ſæpè, & publicani, & meretrices per pœnitentiam ſuperando iuſti hominis merita præcedent illum in Regno Dei: Hinc Saluator poſt parabolam de duobus filijs in vinea operantibus dixit, Matth. cap. 21. verſic. 31. *Amen dico vobis, quòd publicani, & meretrices præcedent vos in Regnum Dei.*

Verſ. 19

Peccatores, & Peccatrices verò pœnitentes præcedent in Regno Dei.

122 *De volucribus iuxtà genus ſuum, & iumentis in genere ſuo, & ex omni,* &c. quia Religioſa communitas non ex ſolis volucribus, ideſt contemplatiuis, ſed ex iumentis, & reptilibus, ideſt ex myſticis, & laborantibus, nempè alijs anguſtiori miniſterio, alijs abiectiori, alijs rudiori deputatis, compaginatur; Volucres enim canentes choriſtæ ſunt; iumenta, & reptilia Choriſtis, & conuentui ſeruientes. Verſ. 20

In Religione non ſolum contemplatiui, ſed etiam myſtici eſſe debẽt.

123 Vel dic quòd in Religione, ingrediuntur *volucres, iumenta, & reptilia,* ideſt Nobiles, Ciues, & Ignobiles. Immò & ruſtici, *quia Deus non eſt perſonarum acceptator.*

In Religione ſunt nobiles ciues, & plebes, & ruſtici, quia Deus omnes vocat abſque perſonarum acceptione.

124 Vel dic; quod in Religione, & communitate, ſunt *Volucres, iumenta, & reptilia,* ideſt Sapientes, Prædicatores, Doctores, Lectores, Ignorantes, & Indocti. Vndè ſatis accommodè ſcribit S. Paulus, 1. ad Corinth. cap. 12. verſ. 27. 29. & 30. *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro ... Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?*

In Religione ſunt non ſolù docti, & ſapientes, ſed etiam ignorantes, & indocti.

125 *Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis,* &c. Non poteſt eſſe bonus Præſul, & Superior, qui corporeæ ſubditorum non ſubuenit egeſtati. Verſ. 21

Superior bonus debet ſubditorum corporea egeſtati ſubuenire.

126 *Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus*: Præcipua Religioſorum Virtus debet eſſe obedientia: poteſt hìc accommodari, quòd alibi ſcripſit S. Ambroſius, lib. 3. Hexameron cap. 1. tom. 4. nempè: *Non mediocris pudor eſt imperio Dei, inſenſibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt auctore.* Verſ. 22

Religioſorum præcipua virtus debet eſſe obedientia.

DVBIA

DVBIA SACRA
IN CAPVT VI. GENESIS.

Verſ.1. §. 1 QVare Moyſes generationes mundi deſcribens non filios, ſed filias procreatas memorat dicens, *Cumque cępiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent?* Quia Virtus, non ſexus, maſculeum nomen importat: vndè cum ipſi homines virtute qualibet carentes, & libidine, effæminataque malitia pleni eſſent, idcircò filias, non filios, procreatas eſſe dicitur: appoſitè Philo lib. de Gigantibus turpem materiam expoliuit. *Nemo*, ait, *iniuſtus ſeminat in anima prolem maſculam; ſed qui ſunt parùm viriles, fracti, effæminatique cogitationibus, & ſententijs, gignunt fęminas, vt expertes virtutis feraces; non bonorum fructuum, & plantatores omnium vitiorum, affectionumque quarum muliebria ſunt germina.* Vis ergo prolem maſculam habere? eſto maſculea virtute, eſto virili, & ſancta operatione; ſi ſecus, fęminam habebis.

Virtus non ſexus, maſculeum nomen importat.

Iniuſtus homo non ſeminat in anima prolem maſculam.

Ver. 2. 2 Quare præuia fit mentio generis humani multiplicati, cum fędus concubitus cum filiabus hominum inducitur, *acceperunt ſibi vxores?* Quia eò peruerſi malitia peccatoris deuenerat, vt ex multiplicatis ſui Creatoris beneficijs, non bona, vt opportebat, ſed mala plurima, & peſſima crimina eliciebat. Sic obſeruat Seraph. Porrectus Concil. 1. *Quando maximum fiebat à Deo beneficium hominibus, puta, multiplicatio illorum ſuper terram, & conſequenter, quandò pro gratiarum actione, peccatis relictis, propter Deum debuerant virtutibus abundare; tunc maximè homines peccata multiplicare cęperunt: peccatum enim erat magnum, filios Dei, cum hominum filiabus miſceri, præſertim verò, cum iſta mutatio, ex magna concupiſcentia fieret.*

Peccator, dū beneficia augmentat Deus, ipſe crimina multiplicat.

Homo, vndè debet fieri debitor, fit præuaricator.

Verſ.2. 3 Quarè exprimitur (*Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ acceperunt ſibi vxores, ex omnibus quas elegerant*) tantarum particularum diſtinctio? Vt intelligatur Religioſos, & ſacratioris ordinis homines, qui terrenis affectibus inhiant, in monſtruoſam beſtiam nullò negotio degenerare. Vndè ibidem eleganter Thomas Anglicanus commentatur dicens: *A tempore, quo filij Dei; Clerici, ſcilicet Religioſi, videntes filias hominum, ideſt, villas, & ciuitates, & temporales diuitias eorum, quod eſſent pulchra, quod de facili generant multam, & magnam prolem, acceperunt ſibi pro libito; vndè quoque, ex tunc orti ſunt gigantes, in magnis, & mirabilibus ſuper ſe ambulantes, qui potiùs videntur Reges* (hic pondera, & fixa mente aduertè, quæ ſit veritas iſta, adhuc iſtis temporibus incognita) *vel Marchiones, quam Epiſcopi, vel Abbates, & hi ſunt fortes, vel potentes à ſeculo, viri famoſi, & ideò, non mirum, ſi per eos erigatur imago beſtiæ, & ſtatua Babylonis, & terrena Ciuitas dilatetur*: Oh mirum! Et quomodò terrena hæc deferens calceamenta, Sanctificare alios poterit Sacerdos, ſi Spiritum Sanctum exoſum quaſi habet, dum quæ carnis ſunt quærit? Proh dolor! forſan ne exagerando tam nefandum facinus protinus cum pęnitentia aboletur? futilis cogitatio! neſcitis quid dicit Pſalmiſta Pſal. 113. verſ. 6. *habent aures, & non audient?* Ergo, & dicam ego, qui vult capere capiat.

Monſtrum putes, ſi Sacerdos terrenis inquinamentis deturpetur.

4 Quare dicitur, *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchra*, &c. Quia egeſtas paterni ſenſus, & patris abſentia, in filiabus pulchris inopia pudicitiæ eſt. Velut exlex eſt pauperum venuſtas, & quæ facilè caſtitatem prodit, redimendæ egeſtatis lenocinio: Iſtæ nam filiæ erant ex Caino, qui pauper, & egenus erat, vti legitur Geneſis cap. 4. verſ. 11. *Cum operatus fueris eam*(ideſt terram)*non dabis tibi fructus ſuos: vagus, & profugus eris ſuper terram.* Verſ.2.

Egeſtas Patris eſt inopia pudecitia in filia.

5 Quarè filij Seth vocantur *filij Dei*, & filiæ Cain, *filiæ hominum quod eſſent pulchra?* Quia paterna Benedictio filios religioſos, & bonos reddit, paterna autem maledictio impudicos facit. Vndè opportunè ad rem dicit Alcuinus inibi. *Hic ergo auita benedictione Religioſi, illa paterna maledictione impudica.* Verſ.2.

Paterna benedictio filios bonos reddit. Paterna maledictio filios impudicos facit.

6 Quare, ſi iſti filij Seth degeneres à paterna bonitate, luxuriando peccatores euaſerant, vocantur etiam *filij Dei?* Reſpondet, S. Ioannes Chryſoſtomus in Pſ. 4. *Vt enim, ait, magis amplificares eorum reprehenſionem, eorum honorem reuocauit in memoriam, maximum eſſe crimen oſtendens, quod cum tales eſſent, & exorti ex talibus, ad tantam ſe præcipitaſſent improbitatem.* Benè ergò grauiùs mordeantur homines, qui cùm à parentibus ſanctis probos mores poſſint haurire, deficiunt, vt in corruptam prauitatem degenerent. Verſ.2.

Maxima exprobratio ab optimo parente deficere.

7 Quare Deus hominem delere decretat, *quia caro eſt*, cum non ipſa, ſed anima Ver. 3.

eſt

eſt rea, & capax peccati? quia hominis anima rationalis, ipſa peccandi conſuetudine vileſcit, adeò vt tot repetitis vicibus peccando, ſenſui ſubiugata, quaſi in carneam, videtur dicendum, degenerare naturam, vndè eum de homine, ad peccandum habituato res agatur, delendo, benè dicitur, *Delebo* eum, *quia caro eſt*, ideſt totus carnalis effectus, velut non ex anima, & carne, ſed iſta dumtaxat cohaleſcens: ſatisfaciunt eleganter S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 22. lit. C. pag. mihi 108. Quia caro ſunt, (inquit Deus) *Eò quod carnalibus operibus ſe ipſos totos dedunt, & animæ ſubſtantia abutuntur, & quia ſola carne circumdati, anima carerent, ſic vitam ſuam abſumunt*: Et S. Gregorius in 1. Regum cap. 15. Delebo, quia caro eſt; *Caro quippe homo efficitur, quando ſenſui carnis ratio ſubiugatur* Immò acumen Tertulliani de carne Chriſti cap. 12. pondera *Opinor*, dicit ipſe, *Senſualis eſt anima natura. Adeo nihil animale ſine ſenſu; nihil ſenſuale ſine anima, & vt impreſſius dixerim, animæ anima, ſenſus eſt.* Vide quam impreſsè conuiſceretur carnis vitioſitas, & ſenſuum agnata concupiſcentia.

Quomodo homo dicatur caro, cum ex carne & anima conſtet, quæ caro eſt, & forma illius.

Anima hominis habitualiter peccantis, quaſi in carneam naturam degenerat.

Quomodo anima naturæ dicitur ſenſualis.

Verſ. 3 8 Quare minatur Deus, peccatores punire dicens: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt?* Vt magna cognoſceretur eius miſericordia puniendo in hoc ſæculo, nè cruciet in alio: Hæc Verba Geneſis ad præſens argumentum defert S. Hieronymus, qui probat *Diuinæ Miſericordiæ eſſe, quod peccatores in hoc ſæculo puniantur, ne ſupplicijs deputentur æternis: è contrario verò iræ, & furoris Dei eſſe, ſi à puniendo ſuperſedeat*. Hęc ſimilia habent Vgo Cardinal. S. Bernard. & S. Proſper.

Magnum ſpecimen Dei miſericordia eſt, peccatores punire in hoc ſæculo: furoris autem, & iræ Dei eſt ſi à puniendo ſuperſedeat.

Verſ. 3 9 Quare dicitur non permanebit Gratia mea, vel præſentia mea, ſeù imago mea, Sed Spiritus meus in homine? Audi Lippomani ingenioſam explicationem. *Nequa enim aliud hic ſignificat, quam non imperabit, vel regium locum Ratio in poſterum obtinebit*. Scilicet Peccatoris habituata libido imperatricem *Rationem*, è regio throno inhoneſtè deponit, & quodammodò irrationalem, & brutam ſubiectionem imperat. Et quidem nimis profundè recta hominis *Ratio*, ſeù rationis ſynderesis, Dei *Spiritus*, nominatur. *Non permanebit Spiritus meus in homine*: ideſt *Non imperabit, vel regium locum Ratio in poſterum obtinebit*. O ſynonyma altè concepta, & profundè expoſita! Recta *Ratio* ſeù rationis ſynderesis, vicarias *Spiritus* Sancti vices obtinet? Sat eſto digitum intendiſſe ad Lippomani acumen, non impropriam, nec impropriè hic placet inſerere S. P. N. Auguſtini ſententiam *Quicquid*, inquit Eccleſiæ S. Doctor, lib. 3. de libero arbit. *Tibi vera ratione melius occurrerit, ſcias feciſſe Deum, tanquam bonorum omnium conditorem. Non eſt autem vera ratio, ſed inuidiæ infirmitas, cum aliquid melius faciendum fuiſſe cogitaueris, iam nihil aliud inferius velle fieri tanquam ſi perſpecto Cœlo, nolles terram factam eſſe vmquam omninò.* Grande nimis rectæ rationis elogium!

Rationis ſynderesis, Vicarias Spiritus Sancti vices ſubſtituit.

Nō recta hominis ratio, ac, vel Deus ipſe obtemperat.

10 Quare centum viginti anni indicuntur ad immittendum vniuerſale diluuium, cum tamen breuius ſit immiſſum? Quia negligens pœnitentiam peccatorum ingratus homo celerem præſtolatur de cœlo vindictam: ſic illi ſceleſti homines, de, *Hodie*, ad craſtinum Diem, nunquam illis venturum, ſalutis ſuæ remedia protrahentes, diluuio interempti perierunt. Satis ad rem ſcribens S. Hieronymus in quæſt. Hebraicis *Quia verò*, inquit, *Pœnitentiam illi agere contempſerunt, noluit Deus tempus expectare decretum: ſed viginti annorum ſpatijs amputatis, induxit diluuium anno centeſimo agendæ pœnitentiæ deſtinato*. Vide ergo quam multifariam multiſque modis benignè miſericors ſatagit Deus, vt feſtinam delinquentum pœnitentiam ſollicitet hominum; antèquam ingruant tenebræ, antèquam *Cras* adueniat futurum, proficuè peragendam. Verſ. 3

Procraſtinata pœnitentia miſericordiā non habet, immò accelerat Dei vindictam.

11 Quare ſi iſti Gigantes (*Gigantes autem erant ſuper terram in Diebus illis*) erant filij Seth, non nominantur Filij Dei vti ſuprà verſ. 2. *Videntes Filij Dei*; ſed vocantur *Gigantes*, poſt verò ſubditur *Filij Dei*? Quia à primæua integritate degenerati, ſummo ardore libidinis, toti in terram, & ventrem proiecti prælustre *Filiorum Dei* nomen perdiderunt; & in vocabulo *Gigantum* enormiſſima ſcelera deſcripta præferebant: adeò vt perindè ſit *Gigantes*, ac omnium ſcelerum nequiſſimi violenter patratores barbaris libidinibus, ac flagitijs opinatiſſimi. Eleganter Bachiarius in epiſt. de recip. laps. Philonem imitatus ſic ſcribit. *Mox vt concupierunt Filij Dei Filias Hominum, nati ſunt in terra Gigantes, vel quod enormis nimium, & vltrà ſtaturam peccaminum reliquorum, Gigantis forma eſt* Eccè tibi, nuper *Filios Dei* generoſos, nequitiæ arbitrio iam *Gigantes*, oculis, & auribus enormiter infamiſſimos. Verſ. 4

Gigantum forma, vltrà ſtaturam peccaminum eſt.

12 Quare homines iſti potentes à ſæculo viri famoſi Gigantes appellantur? Ad dubium præſtò eſt Rupertus Abbas impres. Colon. Agripp. de Trinit. & operibus eius lib. 4. cap. 14. col. 2. pag. mihi 76. dicens *Pro Gigantibus alij cadentes, alij violentos tranſtulere, ex Hæbreo interpretantes. Cadentes autem rectè dicuntur, ideſt Superbi, quicumque potentes à ſæculo ſunt, vel viri famoſi. Nam hoc ipſum ſuperbire cadere eſt*, iuxtà illud in Pſalmo 81. verſ. 7. *Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut vnus* Verſ. 4.

Gigantes eſſe cecidiſſe iſti.

de

Nil medium inter præcipitia, & ſumma.

de principibus cadetis. Hem *ſæpè inter fortunam maximam, & vltimam nihil intereſſe*. Seneca lib. 6. de benef. cap. 33. vide etiam Platonem apud Lipſium in præf. ad Polit. videtur, nec medium eſſe inter præcipitia, & ſumma. Serò caderent Gigantes, ſi poſt ſublimitatem cęcidiſſent, Gigantes eſſe cecidiſſe eſt. Tacit. 2. Hiſt.

Ver. 5. 13 Quare cum exprimitur multam malitiam hominum eſſe in terra, & cunctam cordis cogitationem ad malum intentam, nullus memoratur diaboli aſtus in peccatores exercitus; artes nullæ ad decipiendum incautos intentæ: machinamenta nulla adhibita; ſi vix formata cum fuerit Eua, illam perſonata dolori ſerpentis facie aggreditur, lenocinijs demulcet plurimis, nec antè deſtitit, quam in Dei contemptum, interdictæ comeſtioni vetiti ligni inconſultam traduxit? Quia Dęmon non quærit eos, quos iam ſubegit, nequè geſtit euertere, quos iam ſuos fecit. Sic apertè confirmat S. Cyprianus lib. 1. epiſt. ad Cornel: Papam, *Diabolus*, inquiens, *non quærit illos, quos iam ſubegit, aut geſtit euertere, quos iam ſuos fecit, quos alienauit ab Eccleſia, & foras duxit, vt captiuos; Victos omittit, & præterit eos, pergit laceſſere, in quibus non cernit habitare*, In bonos ergo, & religioſos, ac pios homines, cuncta, & ab inferis excitata conuertit Diabolus machinamenta; *Hoc tamen ſcitote*, inquit Malleus hæreticorum S. P. Auguſtinus ſerm. 85. de tempore: *Quia Diabolus non perſequitur, niſi bonos; malos enim, luxurioſos, auaros, & ſuperbos, Diabolus perſequi non conſueuit, amici enim ſui ſunt, & voluntates eius ſemper faciunt, & in tantum eos non perſequitur, vt etiam per illos, alios perſequatur: malos enim Diabolus, quaſi malleos, vel flagella habere conſueuit: Denique non perſequitur bonos, niſi per malos.*

Dæmon improbos, probos, non improbos diuexat.

Luxurioſi, auari, ſuperbi amici ſunt diaboli.

Homines mali mallei ſunt diaboli, quibus bonos flagellat.

Verſ. 5 14 Quare dicitur, quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore? Quia vitioſa deſideria, ſic ſunt voluptabilium famelica, vt nunquam ſatientur. Sententiosè ad rem ſcribit Lippomanus, in cap. 41. Gen. verſ. 20. *Vitia nunquam ſaturantur, ſed ſemper famem patiuntur*, iuxtà illud Oſeæ cap. 4. verſ. 10. *comedent: & non ſaturabuntur*. Proh! quis humana deſideria exatiet? Ipſam deſideriorum ſitim, voluptuando bibit. Satiatus opere, èſurit deſiderijs.

Hominis vitioſa deſideria ſic ſunt voluptabiliũ famelica, vt nunquam ſatientur.

Inſatiabile eſt hominis deſiderium. Peccator, dũ opere ſatiatur eſurit deſiderijs.

Verſ. 5 15 Quare hìc ponitur, *cuncta cordis cogitatio intenta ad malum*; ſi infrà cap. 8. ver. 21. ſcripſit Moyſes, *ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*? Vt intelligeretur, quod illa eadem occaſio, quæ fuerat acerbioris ſupplicij origo, illa eadem futuræ erat clementiæ cauſa. Nam caſtigat Deus *quia cuncta cogitatio cordis intenta eſt ad malum*, & parcit quia *ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt*: O pulchram diuinæ clementiæ exaggerationem! Nempè illud met quod nunc permouit ad puniendum ſic occaſio ad miſerendum: quò diuina pietas non contenta quaſi anguſtijs infiniti ſui obiecti, eius quaſi tranſcendat metas, & latiſſime ſeſe inferre videatur in acerbioris iuſtitiæ ſphæram; Sitque occaſio futura blandioris clementiæ, quòd nunc motiuum eſt ſeuerioris vindictę: *Quaſi Deum inuenire propitium merces ſit iniquitatis*, elegantiſſimè ſcribit Hildebertus epiſt. 15.

Motiuum iuſtitia diuinæ ipſe eſt miſericordiæ occaſio.

16 Quare ſcribit Moyſes Deum ſui pęnitere cum in Deo non poſſit dari pœnitentia, quæ delictum importet? Saluianus ſua elegantia occurrens, lib. 1. de Gubernat. dicit; *Quaſi humano affectu nobiſcum loquens ſub nomine pęnitentis Dei vim demonſtrauit irati.* Ver. 6.

Pœnitentia ... ira eſt, & ira diſſimulata pœnitentia.

17 Quare dicitur, & exprimitur Deum tactum eſſe dolore cordis, & non ſolùm cordis, ſed *intrinſecùs*? Quia Deus vniuerſa, quæ fecerat diligebat, & diligit diligendo; ſed hominem intùs in corde amabat, & amat amaturus. Vndè quia diligebat dolet, & quia magis diligebat, & intùs in corde; ideò intrinſecùs in corde, homine pereunte, dolet. *Et nota*, ait Hugo Victorinus apud Tilman. ibidem. *Quod pereunte homine, Deus dolore cordis intrinſecùs tangi dicitur. Ibi enim dolor fuit, vbi amor; amat enim vniuerſa quæ fecit. Sed amor hominis intùs in corde creatoris fuit.* O Dei erga homines amorem compaſſione diuini cordis medullitùs dolentis impreſſum! Tantùm compaſſioni licet? Hæc de Deo more humano, humanoque idiomate; nec aliter homuncio poteſt de affectibus Dei eloqui. Verſ. 6

Compaſſio dolorem cordis antecipat: ibique compaſſionis dolor eſt, vbi amor eſt.

Qui corde amat, ex corde dolet.

Dei Amor incomparabilis erga hominẽ.

18 Quare dixit Deus, *delebo hominem à facie terræ*; & non pęnitùs deſtruam, ſeù nihilabo? Quia homo ſcriptura Dei eſt, & charta, & velut ſcriptor vt totam ſcripturam emendet, quàm dictio inidonea deturpat, chartam non deſtruit, ſed dictionem, aut ſcripturæ particulam in charta malè conſcriptam delet; Vide ſimile, in Annotation: moralibus cap. 7. verſic. 4. Sic Deus videns, quod charta hominis culpæ atramento, & ſtylo malitiæ tota deſcripta eſt, eluuionis aqua delet malè appoſitam ſcripturam, vt culpam expungat; & malitiam exinceps emendet. Hinc dixit *delebo à facie terræ à ſuperficie legunt alij*. Appoſitè Philippus de obedientia Clericor. cap. 6. inquit; *Delebo hominem. Pulchrè delebo, ſic enim prudens ſcriptor ſcripturam veterem vult delere, non vt membranam, vel tabulam velit pariter abolere ..... Rectè ergo Deus ſe delere hominem aſſeuerat, quia, & ſpiritu ſcribuntur, non delebili atramento quicumque* Verſ. 7

Homo eſt velut charta in qua, quando culpę atramẽto ſtylo malitię malè ſtat appoſitę ſcriptura, Deus flagello ſuo delet iſtas, vt malitiam exinceps emendet.

cumque

[illegible] inde [illegible] fidei [illegible] mento. O [illegible] culpæ [illegible] charta [illegible]

[illegible] Q [illegible] D [illegible] *ad animantia?* [illegible] & [illegible] 24 [illegible] 6 [illegible] d [illegible] *e, q [illegible] præfue [illegible], vt inter [illegible], & [illegible] differentia* [illegible] C [illegible], [illegible]

7 [illegible] Q [illegible] D [illegible] d [illegible] ur q [illegible] *dolore cordis [illegible] secus?* D [illegible] R [illegible] Al [illegible] A [illegible] G [illegible] 15. [illegible] *Nam quemadmodum par [illegible] concepit non sine [illegible] Deus non sine [illegible]* O [illegible] re n [illegible] potest [illegible] teced [illegible] Sic pariter [illegible] Iudicij die, Repr [illegible] & tamen *Deus non sine sensu pietatis proferet sententia iudicij*

Vers. 8 [illegible] Noe [illegible] *Noe verò inuenit gratiam coram D[illegible]* [illegible] Noe in mal [illegible] fr [illegible] a commun [illegible] Eli [illegible] inter a [illegible] homil. 22 in Genesim [illegible] *Noe vero inuenit gratiam coram Domino. Non est enim [illegible] acceptor personarum Deus, verùm et [illegible] in multitudine inueniat vnum quæ sibi pl[illegible] sunt [illegible] ensem [illegible] e picit, sed [illegible] us maiorem habe[illegible] t antique sint qui ad ma[illegible] e [illegible] constantiùs viam virt[illegible]* [illegible] r Moy[illegible] meminerit, [illegible] gratia [illegible] Quia [illegible] 4 [illegible] H [illegible] 220 [illegible] T [illegible] Tom.

[illegible] inuenit gratiam [illegible] Domino ad condemna[illegible] or

[illegible] Vers. 8
vero [illegible] [illegible] *si quis* [illegible] *rea d[illegible]a* [illegible]

[illegible] Vers. 8
[illegible] , dic [illegible] Moi [illegible] coram Domino gratiam? Q [illegible] Au[illegible] D[illegible] pag. mihi 110. nob[illegible] *[illegible] amus quantum malum sit peccatum, [illegible] quantum bonum virtus: & quod melior sit [illegible] faciens voluntatem Domini, quam decem m[illegible] prævaricatorum, dicit. Noe autem inuenit [illegible] coram Domino Deo. Tametsi [illegible] in tantam malitiam [illegible] hic sciat [illegible] lam virtutis [illegible]*

[illegible] Q [illegible] gratiam coram Vers. 8 Deo, [illegible] & hominibus? *Inuenit gratiam* [illegible] S. Ioannes Chrysostomus [illegible] hom. 2[illegible] A pag. mihi 13. *Sed coram Deo, non simpliciter inuenit gratiam, sed coram Domino Deo [illegible] quòd vnum [illegible] scopum vt ab [illegible] daretur [illegible], qui dormitare, [illegible] nihilque curauerit humanam [illegible] vel [illegible] nominationem, vel [illegible] sionem* O [illegible] A [illegible] rum? [illegible] *Noe vir [illegible] perfectus fuit?* [illegible] Noe [illegible]

[illegible] ad [illegible] dum, [illegible]

[illegible] sam [illegible] ad [illegible]

[illegible] diuinā faciens voluntatem innumeris prauaeis peccatoribus

[illegible] de [illegible] vel [illegible] nominationem vt gratiam [illegible] Dei inuenerat

[illegible] *immerſi* [illegible] *in* [illegible] *hom* [illegible] *ſer* [illegible] *enim* [illegible] *mo eſt* [illegible] *enim* [illegible] *hominem* [illegible] *ſunt corp* [illegible] *eſt im* [illegible] *Ver* [illegible] *non* [illegible] *ſed,* [illegible] *virtuti* [illegible] *licitis affecti* [illegible] *imperare, & mandatis Dominicis obtemperare.*

Ver. 9. 27 Q[illegible] N[illegible] g[illegible] ? Q[illegible] N[illegible] t[illegible] ter tot [illegible] tus, & in omnibus [illegible] N[illegible] agere inter v[illegible] qui virtutem o[illegible] habent, malus ſemper [illegible] ſtatur. Peregregi[illegible] S. Io[illegible] Chryſo[illegible] hom. 23. [illegible] bens, N[illegible] vir iuſt[illegible] in generationibus ſuis. *Hic di*[illegible] *ait, quòd ſi ſobrij fuerimus, & non deſides; non ſolùm nihil nobis nocet inter medios malos verſari, & miſceri, ſed, & multò nos facit virtutum ſtudioſiores.* O cure[illegible] ſcho[illegible] a, virt[illegible] emine[illegible] ed[illegible], & op[illegible] exeq[illegible] tiori[illegible]

Verſ. 9. 28 Q[illegible] Noe magnificandam [illegible] adm[illegible] *cum Deo ambulauit?* Quia Noe [illegible] Deum quaſi [illegible] præ oc[illegible] [illegible]

po[illegible] S. [illegible] Chryſoſtomus, ho[illegible] 24. [illegible] D, & [illegible], pag. mihi [illegible] 11[illegible]. *Non* [illegible] *diuina ſcriptura,* [illegible] *tempus,* [illegible] *numerum nob*[illegible] *aſſignauit* [illegible] *ſed &* [illegible] *nob*[illegible] *latenter inſinuare* [illegible] *ex*[illegible] *multi*[illegible] *cemque eius virtutem* [illegible] *d*[illegible] *camus* [illegible] *omnibus tantam* [illegible] *ac ra*[illegible] *præ*[illegible] *rentibus,* [illegible] *virtutem* [illegible] *aly* [illegible] *eruans* [illegible] ergò gen[illegible]

[illegible] Corrupta [illegible] *terra coram* [illegible] Qu[illegible] [illegible] 23 in Gen. [illegible] B, p[illegible] 115. *Omn*[illegible] *qui tunc er*[illegible] *ea* [illegible] *latione inde nos p*[illegible] *ſtabant* [illegible] *erò* [illegible] *ipſo* [illegible] *nomi*[illegible] [illegible] exau[illegible], & [illegible], aut terre[illegible]

[illegible] quod corrupta [illegible] & [illegible] coram A[illegible] Quid [illegible] malum [illegible] [illegible] um tam [illegible] em; ſeu c[illegible] d eſt, qu[illegible] offend[illegible] Omn[illegible] Hic dicit[illegible] *coram Deo,* [illegible] Deo [illegible]

quitate, ideſt *gehenna*, vt intelligatur, non ſolùm iniquum gehennæ infernalis reum eſſe, ſed etiam portare viuam gehennam medullitùs æſtuantem. O humana malitia, ò peccantium *iniquitas*, *gehenna* infernalis bibula, quando vel peccatores æſtuabis, vel ipſos à timore tui ardoris perterritos ad pœnitentiam reuocabis?

Peccator viuam gehennam portat.

Verſ. 12 33 Quare Moſes, carnem ideſt hominem, non ſemel, ſed iterùm, ac tertiò memorat omnem viam ſuam corrupiſſe ſuper terram? Hugo Victorinus ſatisfacit, dicens *Toties iſtorum malitiam replicat, & inculcat, vt oſtendat patientiam Dei non potuiſſe leuiter incitari, vel ad tantam ſubuerſionem generis humani abſquè cauſa.*

Peccata non ſemel, ſed iterum, & tertiò patrata patientiam Dei irritant.

Ver. 12. 34 Quare dicitur terram, in qua viuebant homines primæuæ ætatis, corruptam eſſe, addendo ſtatim *omnis quippè caro corruperat viam ſuam ſuper terram?* Quia filij Dei, ideſt filij Seth, viuendo in terra Cain, conuerſatione, & malo exemplo filiorum Cain, & filiarum, corruperunt vias ſuas, ideſt eorum opera. Proh! vbi malum exemplum populariter ſerpit, prona ſemper illius imitatio, ſic bonos mores deprauat, ac corrumpit, vt deleat omne veſtigium probitatis. Propiùs ad rem eloquenter exponens hæc Geneſeos verba, *cumque vidiſſet Deus, terram eſſe corruptam*, &c. Scribit Selucienſis Baſilius in orat. 5. *Tunc erat terra corruptela, viuax peſtis. Omnes profectò inultatores, & impietatis hęredes habebat Cainus. In ijs nemo, qui Dei amantem Abelum æmularetur: ſed emortuam virtutem opinabantur, quæ tamen, vel in mortuo corpore loquebatur* (expende attentiùs quæ ſubdit) *Quòd ſi vel exigua virtutis reliquia in ipſis ſupereſſent, ea certiſsimè per vitiorum admiſtionem extinguebantur, & deteriorum rerum imitatio deleuerat omne veſtigium probitatis*. Sic malum exemplum probitatis veſtigia delet, vt etiam virtutum altiſſimas detruncet eminentias.

Mali exempli vis potentiſſima.

Malum exemplum probitatis veſtigia delet.

Malitia facilius virtute prolatatur.

35 Quare dixit Deus Moyſi quòd finis
Verſ. 13 vniuerſæ carnis venerat coram ſe? Quia homines illi corrigi renuerunt, & qui renuit corrigi ſic pati cogitur, vt quod in pœna temporaria inchoatur, in æterna deſinat. S. Gregorius lib. 18. moral. cap. 12. confirmat hoc totum dicens. *Eis qui omninò corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſsio ſequentium eſt initium tormentorum*. Caueant ergo qui contemptìm reprehenſionem aſpernantur, ne in iſta vita pęnam probare incipiant, quam in gehenna in perpetuum duraturam experientur.

Qui corrigi reſpuit viuens eſt gehennæ infernalis, inimo pœnam, quam ibi experiri debet hic incipiam in ſe cognoſcit.

Verſ. 13. 36 Quare Noe audiens quòd finis venturus erat vniuerſæ carnis, non orauit pro auertendo diluuio? quia Deus propter multa illorum peccata, ſupplicationes eius, & preces non accepiſſet. Idcircò Noemus non orauit, eò quòd dicit Ferrus *nullus reſtaret pęnitentiæ locus, immò nihil aliud, niſi damnatio*. Sic etiam nec Ieremias, Daniel, Ezechiel, alijque Prophetæ, qui licèt Deo gratiſſimi eſſent, non orauerunt, & orantes non exauditi fuerunt, eò quòd *iniquitas Domus Iſrael*, dixit Deus Ezech. cap. 9. verſ. 9. & 10. *Magna eſt nimis valdè, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione ..... igitur, & meus non parcet oculus, neque miſerebor: viam eorum ſuper caput eorum reddam*: vndè ibidem opportunè ad intentum Interpres fit S. Ioannes Chryſoſtomus exponens verba Ezech. cap. 9. verſ. 9. & 10. dicens: *poterunt iſta probare, quòd, non tui contemptus, ſed propter multa illorum peccata, ſupplicationem tuam non accipio: qui ſi lacrymis, illa pęnitentiæ ſalutaribus diluiſsent, concepta vtique tuæ precis beneficium præſenſiſsent.* Eccè quando multa, & multiplicata ſunt ſcelera Sancti etiam in diluuio aquarum vindictæ Dei, ad Deum approximare non audent, licèt pro vno crimine, dùm peccatorem pęnitet, indulgentiam obtineant, vt benè Regius Vates Pſal. 31. verſ. 5. & 6. apertè cecinit dicens: *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.*

Quando ſcelera multiplicantur etiam ſancti pro peccatoribus, vel non orãt, vel Deus exaudire non vult, ſi orant.

Peccator criminis dum pœnitet à ſanctis interceſſionem obtinet indulgentiæ; dum verò augẽt ſcelera ſancti ad Deũ non approximabunt.

37 Quare Deus peccantibus Adamo, Verſ. 13.
& Eua prolixam indulſit vitam, & non ità ſe habuit cum iſtis hominibus, ſed vniuerſali diluuio ſinè lege peccantibus, ſinè lege vult delere dicens diſperdam eos cum terra? Quid miraris? Vis ſcire? Audi. Parentes noſtri Deum quidem læſerant non homines; iſti verò læſerant homines, & eorum poſteritas toti fuerat iniuria terrę; *Repleta eſt Terra iniquitate à facie eorum*, ſeù cùm Oleaſtro, *Corrupta eſt terra coram Domino, & impleta eſt violentia, aut ſubuerſione*. Vndè cùm de proprijs vindicandis iniurijs res fuit, clementer ſe ſe habuit Dominus, cùm de alienis, vindictæ, iuſtitiæque ſuæ fræna laxauit. Si quæris de hac veritate confirmationem, præpondera quot ſcelera patrarunt Iſraelitæ in Dominum ſibipſis benefacientem, & tamen Deus clementer beneficijs repenſauit hæc crimina, vti legitur in toto Pſalmo 105. At verò cùm Populus, & Hebræi omnes *irritauerunt Moyſen in Caſtris, & Aaron Sanctum Domini*: Numer. cap. 16. verſic. 32. Tunc *aperta eſt Terra, & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron*: Vndè quòd aliàs dixit S. Ioannes Chryſoſtomus, exponens cap. 4. Iſaiæ, non impropriè hìc adſcribendum iudico: *Per hoc te erudiens, vt, quæ tibi ipſi inuehuntur, cum manſuetudine feras: quæ verò in Dominum ingeruntur,*

Deus Clementer iniurias, quæ ipſi fiunt tolerat potiùs, quàm vlciſci quære iniuſtas illas quæ ſeruis ſuis fiunt.

Ab homine propria iniuria eſt Vindicta Deo relinquenda, quia dixit mihi vindicta, & ego retribuã.

Stetus verò cũ videt iniurias Domino fieri.

Deus grauius vindicat ſeruorum ſuorũ iniurias quã ſuas.

geruntur, multa cum vehementia vleiſcaris. Addo etiàm ad rem noſtram quod ſcripſit Mendoza in primo Regum cap.8.verſic.8. *Grauiùs Deus Prophetæ iniurias, quàm ſuas vindicauit, quaſi illas, quàm has acerbiùs pateretur,*

Veſ.14. 38 Quare cum Deus Noemo Arcam ſibi iubet ſabricare *Fac tibi arcam de lignis læuigatis*; ipſe tardè ædificauit, ita vt in eius ędificatione (vt volunt plerique Sancti Patres) centum conſumpſerit annos? Vt doceret Prælatos, Prædicatores, ſuperiores, & animarum venatores, peccatorum ſalutem non præcipiti ardore quærendam, ſed maturo conſilio procurandam eſſe. Aurea, ad rem, ſubdo ſancti Zenonis Veronenſis verba, Serm. de Patientia in Bibliotheca veter. Patrum *Noë cataclyſmum, quo omnis caro funditùs deleretur denunciante Deo, imminere per momenta, & credit, & timet, arcamque cum ſuis, vt ſaluus foret, quam iuſſus eſt fabricare, non præcipiti feſtinatione compingit: nec tantum munus quaſi præſumptor, aut demens rapit, ſed patienter ædificat patienter exornat, patienter varijs animalibus replet, quando ingredi iubeatur, quando iannam claudere patienter expectat.* (Expende attentiùs ſequentia Verba) *Dignus euadere, qui in tanto orbis metu non feſtinauit euadere.* Sciebat enim Noè ſecuriùs ſe euaſurum naufragium, ſi euadendi naufragia alijs tempus deuotè produxerit, ò nobile ſpeculum animarum venatoris!

Peccatorum, & animarũ ſalus non præcipite eſt quærenda ardore, ſed maturo conſilio procuranda.

Typus Patientia Noë.

Verſ.14. 39 Quare iubet Deus Noè vt Manſiuneulas in Arca faciat? Quia, futurus erat Noè Præſulum, ac Doctorum idea; ergo arcam, Moyſis fiſcellæ ad inſtar anguſtam, vt ſibi ſolum modò ſeruiret, conſtruere non debebat; vndè iubetur manſiuneulas fabricare, vt arca pro hominibus plurimis, nec ſolùm pro hominibus, ſed etiam pro animantibus ſeruiat; (Charitas namque etiam ad animalia ſe extendit.) *Hic conſequenter conſtructio arcæ præcipitur* (inquit Lyranus) *Cum dicitur: fac tibi, ideſt, ad ſalutem tuam, & aliorum, qui tecum ſunt ſaluandi.*

Noë præſulũ, & doctorum idea fuit.

Præſules, & Superiores, nõ ſibi ſolum vigilantes ſint, ſed alijs potiùs, quàm ſibi ipſis. Charitas etiã ad animalia fertur.

Verſ. 14 40 Quare ſummo ſtudio prouidit Deus, vt Arca, quæ ſeruandis animantibus, & filijs Noè cum ipſo, & vxoribus eorum parabatur non ſolùm bitumine liniretur interiùs, ſed etiam exteriùs: *Bitumine linies intrinſecùs, & extrinſecùs?* Ad dubium ſoluendum, S. Ambroſij occurrit acumen admiratum, & relatum à Lippomano in illa verba Gen: 7. *incluſit illum dominus &c.* inquit ergò S.Amb. *Claudenda fuit arca, & tuto ſepienda munimine, ne eam vaga diluuij fluenta penetrarent.* Noſcis latens myſterium? vide: Arca eſt corpus noſtrum, in qua ănima ſaluanda cuſtoditur à diluuio occaſionum huiuſce orbis, igitur hæc arca eſt *Tuto ſepienda munimine* virtutum, ne eam *Vaga diluuij fluenta* occaſionum penetrent: nam ſola ſuffieit occaſio peccaminoſa intrans in Animam, ad ipſam in diluuio peccatorum obruẽdam. Paruulus fuit lapillus dę monte abſciſſus, & eximiam Nabuchdonoſoris ſtatuam auro, ære, argento, & ferro compaginatam tangens ictu oculi contriuit. *Parua fuerũt,* dicit S.Petrus Dam.in Alleg. Tilmanni ad cap. 12. S. Matthæi *Equidem cyniſes; ſed innumerabiles, ſuperbi Pharaonis, & totius Ægypti ſuperauere virtutem*; vbi nam datur locus minimæ guttulæ occaſionis peccaminoſæ, crede, tunc patet plurimis peccatis immenſus aditus.

Minima, & lenis guttula intrans in animam totam mergere poteſt.

Moraliter Arca, quid ſignificet,

Peccaminoſa, Occaſiones fugienda ne intrando in animam, eam diluuio obruant peccatorum.

Paruus lapillus Nabucdonoſoris contriuis ſtatuam.

Cyniſes paruula Ægyptiorum ſuperauerunt virtutem.

Dato loco minima occaſioni peccaminoſa, tunc quam pluribus peccatis immenſus patet aditus.

41 Quare ſi iuxtà mentem S.P.N.Auguſtini lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 5. pag. mihi 84. ad arcam ædificandam iuxtà datam menſuram Trecentorum cubitorum Verſ. 15
longitudinis, quinquaginta latitudinis, & triginta altitudinis fabri inſeruierunt, vti dicit ipſe, in eam non intrauerunt, & cum ſorte miſera aliorum periclitati ſunt? Quia merces, quam ad faciendum opus acceeperunt, ſic ab ipſo opere ſuo eos abalienauit, vt tanquam extraneos expuerit, & naufragio abſorbendos reliquerit, inde conſultiſſimum acceptæ pro diuino opere mercedis præmium, repulſam, ac deſertionem acceeperunt. Totum eſt per ſe clarum ex verbis acutiſſimis S. P. N. Auguſtini vbi ſuprà. *Quæritur*, inquit, *vtrum arca tam magna centum annis potuerit fabricari à quatuor Hominibus, ideſt, Noë, & tribus filijs eius. Sed ſi non potuit non erat magnum, fabros alios adhibere; quamuis operis ſui mercede accepta non curauerint vtrum eam Noë ſapienter, an verò inaniter fabricaret: & ideò non in eam intrauerunt.* Sic eſt humano opifici plerumque inutile Dei opus, quod degeneri mercedis lucello peragitur. Sic expiatur auaritia in diuino opere malè collocata: & mercedis nomen naufragio mulctatur.

Fabricatores Arcæ mercede conducti, ab ipſa arca fabricata deſeruntur.

In diuino opere ſordido mercedem accipientes a Deo deſertionem, & repulſam in arca gloria accipiunt.

Sordida mercedis auaritia degeneres, aut facit, aut inuenit.

42 Quare oſtium areæ iubet Deus Noè Verſ. 16
vt faciat ex latere areæ, & non alibi? quia non alibi factum fuit vulnus in Crucifixi corpore per quod anima ipſa intrans ſalua fieri poteſt ab aquis periculoſis Mundi huius niſi ex latere, Ioannes cap. 19. verſ. 34. *Sed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Ita ſenſerunt, S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de ciuit. Dei 26. & 12. contra fauſtum 39. *Qui dicit, Oſtium in latere profectò illud eſt vulnus, quando latus Crucifixi lancea perforatum eſt* S. Ioannes Chryſoſtomus, Venerabilis Beda, Lyranus, & alij paſſim Doctores: O fælix anima! en oſtium tuæ ſalutis! en tuæ ſecuritatis Arca! intra ergo gaudens te ſalua, aquæ peccatorum inundant, pericu-

Oſtium Arca Noë Typus aperti Chriſti lateris in Cruce.

lam

Iam iam adſtant, fuge, fuge, locum habes? quid nam habes, tu intrare renuis? & Chriſtum in oſtio tui cordis habere, audio, cupis? Heù miſera! ſcio te dixiſſe Cantic. cap. 5. verſ. 6. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo; ſed ille declinauerat, atque tranſierat:* cauſam etiam neſcis? vis ſcire? intra tu in oſtio lateris Chriſti, & ipſe ad te conuertetur; ſic enim in canticis docens Spiritus Sanctus Cantic. cap. 7. verſ. 10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Quia anima non intrat in latere Chriſti Crucifixi, ideò Chriſtus in oſtio cordis eius non intrat.

Verſ. 16.

43 Quare Arca in inferioribus tàm ampla conſtruitur, nempè trecentorum cubitorum longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, & poſteà in cubito conſummatur, & hìc cubitus Noe habitationi deligitur. *Et in cubito conſummabis ſummitatem eius?* Præſtò eſt Origenes hom. 21. in Numer. & dubium ſoluens: *In arca,* inquit, *quæ à Noe constructa eſt, vbi menſura cęlitus dantur, in inferioribus trecentorum cubitorum ponitur longitudo, & quinquaginta latitudo; vbi verò textus eius ad altiora conſurgit, in anguſtum cogitur, & paucorum cubitorum concluſione colligitur, ità vt ſummitas eius in vnius cubiti ſpatium conſummetur,* (Expende, & lege attentiùs quæ ſubdit:) *Proptereàque in inferioribus quidem, vbi lata, & ſpatioſa habebantur loca, vel beſtiæ, vel pecudes erant collocatæ; in ſuperioribus verò aues; in ſummis autem, quæ anguſtiora, & altiora erant, ibi homo rationalis collocatur.* Dum Noe anguſtior, & à fluctibus eſt remotior. Si laxior viueret, fluctibus eſſet proximior, & cęlo diſtantior: illum ergo Dominus in anguſto collocat culmine, quo longior deſtiterit a diſſidio; nàm plùs hominis vtilitati prouidetur, cùm locis arctioribus, & anguſtioribus collocatur.

Nota quod iſta Noe habitatio eſt ſecundum Origenis ſententiam.

In culmine ſemper dinoſcas anguſtia.

Loca pro dignitatibus diſpenſanda.

Clauſura, & rigidiores ob ſeruatiæ ſtudium, etſi diſpliceant in ſubditorum, & animarum euadit commodum.

Verſ. 16.

44 Quare imponitur Noe Arcæ fabricam conſummàre in menſura vnius cubiti? *In cubito conſummabis ſummitatem eius.* Ad hoc intelligendum, oportet ſcire, quòd iuxtà Abbatis Ruperti mentem, impreſſ. Col. Agripp. lib. 4. cap. 18. col. 2. pag. mihi 78. Sancta Eccleſia diuerſis eſt diſtincta ordinibus, & quiſque ordo quantò eſt arctior, tantò, & celſior (vt ſuprà diximus) vel è conuerſo, quantò quiſque ordo eſt laxior, tantò, & humilior: & quantò altior, tàntò anguſtior; indè ad præſens dubium eleganter concludit: *Vt (verbi gratia) viduitatis propoſitum, quantò coniugali propoſito caſtitate arctius, tantò, & meritum eius altius: Et Virginales propoſiti decus, quanto altius, tantò, & in paucioribus inuenitur: qui ordo, quia vnum quod eſt neceſſarium liberiùs exequitur, pulchro vno ſummitatis cubito deſignatur dignitas eius.* Quia vnum *quod eſt neceſſarium* in re perfectionis Chriſtianæ libenter exequitur: pulchrè, *vno ſummitatis cubito deſignatur dignitas eius.* quaſi Virginitas ſit omnium Eccleſiæ ordinum apex, & ſublime cacumen.

Virginitas omnium Eccleſię ordinũ faſtigium.

45 Quare Deus adducturus aquas diluuij ſuper terram, dixit interficere velle omnem carnem, & non animam? Quia Deus non ad interitum, ſed ad vitam, non ad deſtructionem, ſed ad emendationem ſupplicia decernit, ideò, & in ipſa punitione Clemens, & in ipſa caſtigatione Miſericors, vt euidenter eluceret, carnem omnem interficere velle dixit, non animam: Obſeruat ſic ibidem Ferus dicens. *Carnem interficiendam dicit, non animam, vel totum hominem, propter eos, qui fortè in ipſo diluuio pęnituerunt, ſicque ſaluati ſunt. Non enim veriſimile eſt, quod omnes ſimul, in corpore, & anima perierint.* Verſ. 17.

Vitia extirpanda, non homines.

Odium debet ferri in peccati malitiam, non autem in peccatorem.

46 Quare Deus in ipſarum vndarum medio ſoſpitem ſeruare Noemum cum familia ſua, non adhibito arcæ remedio noluit, ſed *ingredere,* iuſſit, *arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum?* Quid mireris? præſto eſt Lippomanus: *Non eſt expectandum miraculum, cùm, via naturæ, hominum diligentia, & arte, periculis occurri poteſt.* Reſecanda enim miracula ſunt, vbi neceſſitas non vrgeat, vel peculiaris ratio non depoſcat. Verſ. 18

Ni vrgeat neceſſitas, nec miracula quęras, nec edas.

47 Vel dic. Voluit Deus, vt ipſe Noè ædificaret Arcam ad ſemetipſum ſaluandum; vt omnes intelligerent catholici; quod etsi ipſi inuenerunt gratiam redemptionis coram Domino, vt non obruantur diluuio peccati originalis, tamen ſi æternam cupiunt habere vitam, ad ipſam cooperentur fabricando bonorum operum arcam actibus veræ virtutis: nam dixit S.P.N. Auguſtinus de Correct. & gratia. *Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te.* Hinc Summus cęli Clauiger, & Almæ Vrbis Sacer Antiſtes ſcripſit, in 2. epiſtol. cap. 1. verſ. 10. dicens, *fratres: ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Verſ. 18.

Quamuis homo ſit prędeſtinatus tamen ſuę ſaluti cooperare, debet.

Qui fecit nos ſine nobis non ſaluat nos ſine nobis.

48 Quare Deus ipſe ſollicitauit Noemi ingreſſum in arcam? Ne ſceleſti primæuæ ætatis homines Noemum ingredientem videntes in arcam, inuidia illius commoti ſaluationis, cęteris pereuntibus, interficerent; propria veluti manu, & ductitauit, & in ea præſeruauit Deus: *Iuſti enim,* appoſitè ſcribit Olympiodorus, enarrat. Eccleſiaſt. cap. 9. *SapienteſqueHomines cum operibus ſuis, ſub vmbra Dei, & protectione dextera conquieſcunt; nequè enim permittit Deus, illos impotentium viribus deuaſtari, probi namquè homines, & officioſa opera proteguntur à Deo.* Verſ. 18

Deus habet curam de bonis hominibus, & ipſos ſpecialiter protegit.

49 Quare dixit Deus ponere fœdus cum Noe, & de qua re? fœdus initum à Deo cum Noe fuit de ipſum ſeruando, & protegendo, vt ſecurus eſſet inter tot Verſ. 18.

repro-

Fœdus factū á Deo cum Noe fuit de ipſo protegendo vt ſecurus ſtaret inter tot reprobos homines.

reprobus homines, quia ſi vnus iuſtus Abel cum vno reprobo Caino non potuit eſſe ſecurus, quomodo Noe, & iuſti omnes, ſecuri eſſent in medio tot ſceleſtorum hominum, ſi Deus ipſos non protegeret? Hanc affirmat veritatem Matthæus Thuringius in replic. poſt. addit. 5. dicens *Veriſimile enim eſt, ſi Abel iuſtus cum vnico iniquo Cain non potuit eſſe ſecurus quod Noe iuſtus, minùs tot inter reprobos ſecurus fuiſset, niſi iuxtà fędus Dei, fuiſset protectus à Deo.* Vide ergo quàm ſit exoſa oculis iniquorum Pulcherrima Virtus, quàm palato non ſano pœna ſit panis, qui ſano eſt ſuauis; & oculis ægris quàm odioſa ſit lux, quæ puris eſt amabilis.

Abel iuſtus non fuit ſecurus cum vno iniquo Caino.

Virtus exoſa eſt oculis iniquorum.

Verſ. 19

50 Quare cum Noe tota non ſolùm eius ſaluatur familia, ſed etiam animantium multitudo incolumis redditur, dùm legitur, *& ex eunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam vt viuant tecum?* &c. Quia iuſtus dùm iuſtitiam mirè excolit, hominibus, & animalibus incolumitatem affert: nam non poterat Noe omnibus non eſſe proficuus, qui tot virtutibus relucebat ornatus: Eleganter, nec non acutiſſimè ad rem ſuffragatur S. Baſilius Seleucienſis in orat. 6. *Periculum*, inquiens, *creabatur, diluuium armabatur, & natura à ratione aliena cùm rationali iudicabatur: nam vna cum homine quæ hominis cauſa producta fuerant, periclitabantur, & cadente Principe ſubiecti tollebantur* (ſubnota quæ annectit.) *Naturæ auxilium naturæ Dominus Noemo tradens ait: Ingredere tu, & domus tua in arcam*, &c. *Serua mihi conditionis tuæ reliquias. Te rerum earum cuſtodem facio: eſto manus meæ diſcipulus.* Eccè Noemus, quia legis cuſtos, & fictricis manus diſcipulus naturam redintegrat, & quæ alitèr periret conſeruat: hic obſerua quàm omnibus commodus ſit virtutis aſſecla, & econtrà quàm nociuus eſſe debeat omnibus inquinatus ſordibus.

Iuſtus dum iuſtitiam excolit hominibus, & animalibus incolumitatem affert.

Cadente Principe ſubiecti tolluntur.

Noe diſcipulus manus Dei quia cuſtos legis.

Virtutis aſſecla omnibus eſt proficuus.

Vitioſus omnibus eſt nociuus.

Verſ. 21

51 Quare Deus iubet Noe eſcam facere communem, tàm ſibi, quàm animantibus cœteris, vti intelligitur ex illis verbis, *& erunt, tàm tibi, quàm illis in cibum*, & vti ex mente S. P. N. Auguſtini ſuprà in litera expoſuimus? Quia ſuperior non debet habere aliquid proprium, ſed omnia cum ſubditis communia, tàm de pertinentibus ad victum, quàm ad veſtitum: vndè hanc veritatem volens S.P.N. Auguſtinus cordibus ſuorum filiorum imprimere, iuſſit in Regula; *Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia .... Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorum* cap. 4. verſ. 32. *quia erant illis omnia communia.* O verè abſque nota adulationis verus eſt dicendus Superior qui Monaſterij bona adminiſtrans, nil proprium ſibi adaptans, omnia tàm in victu, quàm in veſtibus, & alijs rebus, cum ſubditis communia facit!

Superior nil debet habere proprium, cū in victu, quā in veſtibus, ſed omnia cū ſubditis communia.

52 Quare Noe ſciens, quod in arca intrare debebant iumenta, & reptilia ſecundùm genus ſuum, non renuit tale commercium? quia vera virtus in arduis cognoſcitur, & vt verus virtuoſus cum beſtijs ſtare non recuſauit: indè ſtupefactus S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. in Gen. lit. B. pag. mihi 129. ſcripſit: *Ego autem ſupra omnia virtutem iuſti admiror .... quomodo potuerit verſari in medio beſtiarum, Leonum dico, & pardorum, & aliarum immitium ferarum.* En quomodo ardua ſuperat virtus, & probitas omnia ſubijcit. Verſ. 20

Vera Virtus in arduis cognoſcitur,

53 Quare exprimitur Noe feciſſe omnia quæ præceperat illi Deus? Vt admiraremur perfectam Noe obedientiam in exequendo mandata: Vndè benè ſtat Melliflui Doctoris elogium de viro obediente, dicens (in impreſs. Pariſ. Serm. de obedientia, & eius gradibus lit. G. col. 3. pag. mihi 400.) quòd *Obediens fidelis neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes: totum ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem.* Hinc *Currite* inquit B. Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de Perſeuerantia *Currite ò vos milites Chriſti*, nempè Religioſi, *properate feſtinè, & feſtiuè quicumque in obedientia, & ſubiectionis ſtadio certatis.* Verſ. 22

Viri obedientis elogium.

54 Quare Beſtiæ oblitæ ferociæ ſuæ naturæ, nociuæ non fuerunt Noe? Quia etiam feræ, & belluæ hominem videndo iuſtum obliuiſcuntur ſuæ naturæ, & ferociam in manſuetudinem vertunt, ſic meditatur S. Ioannes Chryſoſtomus vbi ſuprà *Cum enim*, dicens, *viderint iuſtum, obliuiſcuntur naturæ ſuæ: immò non naturæ, ſed ferociæ, & naturæ inſitam ferociam in manſuetudinem conuertunt.* Sic Danieli, & Theclæ, cæteriſque quamplurimis ſanctis euenit.

Feræ, & bellua hominem videndo iuſtum mites euadunt, & ferociam amittunt.

55 Quare in Arca Noe plura fuerunt animalia quæ non erant in terreſtri paradiſo? Hebræus Philo, qui abdubitat de Plant. Noe, reſpondens dicit: *Nam arca illa corpus humanum ſignificat, quod neceſſariò capit affectionem, vitiorumque immanes ſpecies, & indomitas; Paradiſus autem ſolarum virtutum capax eſt, qui nihil immanſuetum admittit, quod ratione careat.*

In Arca Noe fuerunt plura animalia, quam nō fuerunt in Paradiſo, & cur? Arca Noe humanū corpus ſignificat, & diffuſè deſcribitur á S. Ambroſio lib. de Noe, & Arca per totū c. 6. col. mihi 221.

56 Quare non Terram maledictam, ſed aquam Deus aſſumpſit ad Mundum delendum? Quia, terra iam maledicta erat, vndè noluit maledictum hominem per culpam cum maledicta terra punire, ideò aquam à maledicto ſeruatam voluit in peccato Adæ, vt hoc liquidum elementum Mundum criminibus expurgaret; hoc collige confirmatum à S. P. N. Auguſti-

In peccato Adæ aquam Deus ſeruauit à maledictione, vt ipſa maledictionē peccatorū dilueret: quod in diluuio factū eſt.

[illegible] *Ata* [illegible] *peper*[illegible] *dene* [illegible] *m ab* [illegible] *d* [illegible] *iſt*

[illegible] *n* [illegible] *p* [illegible]

[illegible] *a* [illegible]

[illegible] *in* [illegible] *iæ* [illegible]

S. [illegible] *E* [illegible] *am* [illegible] *ſi* [illegible] *re* [illegible] *p* [illegible] *ten* [illegible] 18 [illegible] 178

[illegible] in [illegible] ſt [illegible] H[illegible] Pat[illegible] H[illegible] de Abrah.& d[illegible] n[illegible] *In tantum magnificat ſcriptura hunc virtutis amatorem vt in ſtemmate eius non more aliorum, auos proauos maiore*[illegible] *ue cęteros recenſeat ſiuè paternos ſiuè maternos, ſed virtutes quaſdam tantùm diſer*[illegible] *clamitans, nullam aliam familiam cognationem Patriam ſapientis eſſe præter virtutem, & eius actiones* Vtinam intelligerent ij qui tantùm de ſanguinis nobilitate gloriantur,& [illegible] n[illegible] virtutis palludamento nud[illegible] a[illegible] *Nobili*[illegible] qui, D.H[illegible] ar[illegible] *dig*[illegible] *or*[illegible] *mis in oper*[illegible] *m conſiſtit exemplis, & progeniæ gloria fidei imitatione retinetur.*

59 Quare Deus orbem deleturus, aquam non ignem adhibuit quia nunc *repleta erat terra iniquitate à facie eorum*, id[illegible] [illegible] piuimus, v[illegible] q[illegible] et, iſta [illegible] [illegible] omæ, & [illegible] era imp[illegible] m o[illegible] i er[illegible] nt ab [illegible] na, ad [illegible] m igni ve[illegible] flag[illegible] m. Eleganter confirmat [illegible] ng[illegible] c[illegible] ap. 8. dicens. *Aqua* [illegible] *pe*[illegible] *er*[illegible] *ignis verò fortiùs, & me*[illegible] *F*[illegible] *autem conueniens, quòd à minori*[illegible] *s procedatur a*[illegible] *umma*

6[illegible] Quare non [illegible] a manſione ſeu vni[illegible] c[illegible] un[illegible] a[illegible] nimal[illegible] n Arca co[illegible] ne[illegible] typ[illegible] m Arca Noemitica[illegible] Religiosæ communi[illegible] portet voluntes, ideſt, v[illegible] prædit[illegible]s naturæ dotibus v[illegible] g[illegible] iuin animantium domicilijs aptari tenean t[illegible] verticem, dicit Eſcobar eruditè, nimia enim æqualitas inæqualitas[illegible] procul dubio eſt.

Placet h[illegible]c [illegible] pro huius capituli o[illegible] ſingulare elogium, quod, eius egr[illegible] a[illegible] dotes demi[illegible] atus S. Baſilius S[illegible] nſi, in orat. 5. ſcribit dicens. *O' Noeme homo progenitori Adamo anteferende: ò imaginis Dei firmior obſeruator; qui finis, vnaque principia fuiſti! O' fauſtum humanitatis confine. O' qui tutior diuinæ bonitatis fideiuſſor illuxiſti* [illegible] *impietatis exitus, fideique radix!* *O qui obliteratum imaginis illius characterem, reformaſti! O' qui diuina ſemina operis reſeruaſti! O qui naturæ cauſas in te complexus es! O' cuius ope redarſit naturæ ſcintilla! O' diluuio violentior! O' fidei cuſtos tutiſſime!*

[Margin notes:]

[illegible] *a*[illegible] *de*[illegible] *mine qua* [illegible] *ur*

Aqua, & no[illegible] *ign*[illegible] *de*[illegible] *cendos homines in diluuio* [illegible] *ur vt* [illegible] *tur* [illegible] *ores* [illegible] *prima*[illegible] *ua corrupta ætatis*

Diſtinguendæ ſunt [illegible] *dus* [illegible] *Religio*[illegible], *& merita*[illegible] *ponenda; quia nimia æqualitas inæqualitas procul dubio eſt.*

Nobile, & præ[illegible] *luſtre Noemi Elogium.*

CAPVT VII.

GENESIS.

Verſ. 1. DIxitque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam: te enim [illegible] di iuſtum coram me in generatione hac.
2. Ex omnibus animantibus mun[illegible] [illegible] [illegible]ena, & fe[illegible]na, maſculum & fœminam: de animantibus [illegible]rò immun[illegible] duo & duo, maſculum & fœminam.
3. Sed & de volatilibus cæli [illegible]na & fe[illegible], maſculum & fœminam, vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ.
4. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus, & qu[illegible]ra-
ginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam, quam fe[illegible], de ſuperficie terræ.
5. Fecit er[illegible] Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus.
6. Eratque ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram.
7. Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij.
8. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram.
9. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, & maſculus & fœmina, ſicut præc[illegible]at Dominus Noe.
10. Cumque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram.
11. Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis [illegible]rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt.
12. Et factus eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.
13. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij eius; vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam.
14. Ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum [illegible] vniuerſaque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundùm genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſque volucres.
15. Ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, bina & bina [illegible] omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ.
16. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni [illegible]arne introierunt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus de for[illegible].
17. Factumque eſt diluuium quadra[illegible]inta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.
18. Vehement[illegible]r enim inundauerunt & omnia repleuerunt in ſu[illegible] [illegible] terræ [illegible]rro arca f[illegible]rebatur ſuper aquas.
19. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram [illegible] que ſunt omn[illegible]s monte[illegible] [illegible] ub[illegible]niuerſo cælo.
20. Quindecim [illegible]ubitis a[illegible]or fuit aqua [illegible]per montes quos operuerat.
21. Conſumpt[illegible]que [illegible]ſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram volu[illegible] animant[illegible]um, beſtiarum, omniumque re[illegible]ium, quæ r[illegible]ant ſuper terram [illegible] homines.
22. Et cuncta, [illegible]n quib[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]erra, mortua ſun[illegible]
23. E[illegible] de[illegible] D[illegible]m[illegible] [illegible] [illegible]rram [illegible] ad pecus, tàm r[illegible] [illegible]àm [illegible]o ucres cæ[illegible] a[illegible]nt [illegible]erra: ma[illegible]m ſolus Noe, & qui cum [illegible]ant in arca.
24. Obtinuer[illegible] [illegible]quæ terra[illegible] [illegible] quin[illegible] [illegible].

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ. 1 n. 1. *Dixitque Dominus ad eum*, ideſt Noe.

Ingredere tu, ideſt prępara te ad ingreſſum.

Et omnis domus tua in Arcam; ideſt & omnem progeniem, & familiam tuam.

Te enim vidi iuſtum, ideſt vidi te ſolum mandata mea obſeruare.

2 *Coram me*; ideſt ambulantem ſecundùm cor meum, vti dicitur de Dauid: Pſal. 88. verſ. 21. *Inueni Dauid ſeruum meum*; ſecundùm cor meum, addidit Apoſtolus.

In generatione hac: ideſt inter homines huius primæuæ ætatis.

Verſ. 2 3 *Ex omnibus animantibus mundis*: *opere pretium autem hoc loco fuerit inquirere, & videre*, Scribit Aureus Doctor, hom. 24. in Gen. tom. 5. lit. D, pag. mihi 122. *vnde ſciebat iuſtus, quæ nam pura, vel impura? Nondum enim erat diſtinctio hæc facta, quàm poſteà Moſes Iudæis in legibus ſuis ſtatuit. Vndè ergo ſciebat? à ſe ipſo nè, & ab inſita natura ſua doctrina? num & ratio dictauit? nihil enim immundum ex ijs quæ Deus fecit. Quo pacto enim immundam vocaremus vllam creaturam, quæ ſemel ſuperuè à conditore approbata? Dixit enim diuina ſcriptura*: Quia vidit Deus omnia quæcumque fecit, & eccè bona valdè.

Diſtinctio animalium mundorum ab immundis in lege naturæ fuit inſtinctu Dei, & traditione maiorum.

4 *Sed poſteà natura à ſe ipſa ità dijudicauit. Et quòd hoc ſit verum, conſydera quomodo in nonnullis locis, ab aliquibus abſtinent aliqui, vt immundis, & non probatis, aliqui illis ipſis veſcuntur conſuetudine ſe ad hoc inducente: ſic & tunc quoque erat: ipſa ſcientia inſito inſita, docebat, quænam ad cibum accommoda, & quæ immunda, non vt ità ſint, ſed vt pro immundis habeantur. Quà de cauſa, dic oro, aſinum immundum cenſemus, quamuis leguminibus tantùm paſcatur, alia autem quadrupedia cibo conuenientia putemus, etiamſi immundo alimento paſcantur? Ità ſcientia à Deo nobis ſuppeditata, horum eſt doctrix. Poſſet autem, & aliter dici: Quia Deus qui præceperat, idem, & ſcire eà manifeſtè fecit. Cęterum de mundis, ac immundis ſatis dictum eſt.* Hactenus S. Ioannes Chryſoſtomus.

5 *Tolle ſeptena, & ſeptena maſculum, & fæminam*: ideſt ſeptem non quatuordecim, numerus eſt ſeptenarij ſimplicis, non duplicati; vnde *Septena, & ſeptena*, ideſt *ſeptena* ex vna ſpecie, *& ſeptena* ex alia ſpecie; & pro hac, non minùs literali explicatione, quàm ſententia ſtant (præter alios Doctores) Ioſeph Hebræus lib. 1. antiquit. S. Ambroſius de Arca & Noe cap. 12. col. mihi 230. S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 24. in Gen. pag. mihi 123. Theodoretus, quæſt. 50. in Genes. Eucherius, Lyranus, Toſtatus, Caietanus, & S. P. N. Auguſtinus Eccleſiæ S. Doctor, & Religionum Patriarcha, qui vltimo cap. lib. 15. de Ciuitate Dei lit. C. col. 1. pag. mihi 196. dicit *Animalium genera tam multa in vtroque ſexu bina de immundis, ſeptena de Mundis.*

Numerus ſeptenarius animalium introductorum in Arca Noe, fuit numerus ſeptenarij ſimplicis non duplicis.

6 *De animantibus verò immundis duo, & duo & maſculum, & fæminam*: ideſt duo non quatuor; duo ex vna ſpecie, maſculus vnus, fœmina alter; & duo ex alia ſpecie, maſculus, & fæmina.

Quid duo, & duo.

Verſ. 3 7 *Sed, & de Volatilibus Cœli ſeptena, & ſeptena, maſculum, & fœminam*: ideſt iuxtà ſupra datam expoſitionem de animantibus.

Ver. 4. 8 *Vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ*: ideſt vt conſeruentur ſpecies eorum per generationem, mittendæ poſt diluuium in vniuerſam terram.

9 *Adhuc enim, & poſt dies ſeptem*: ſupple computando iſtos dies à die, quo tu Noe, familia, & cuncta animantia introiſtis in arcam: nam dicit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 13. lit. K. col. mihi 231. *quòd haud plures, aut pauciores interpoſiti ſint dies.*

10 *Ego pluam ſuper terram*; ideſt terminato ſeptimo die incluſiuè, ego ex ſola mea potentia ſine concurſu cauſarum naturalium faciam pluere aquas ſuper terram; quia licèt ex D. Thoma in 3. p. quęſt. 66. artic. 4. ad 5. & quodlibet. 3. 30. aquæ pluuiæ cauſentur ex vaporibus aqueis, & parum ex vaporibus miſtorum, qui ex vi naturæ reſoluuntur in veras aquas; & pluuia cauſetur effectiuè à ſole, ſed materialiter ex vapore humido terræ, & aquarum; tamen hic non fuit facta iſta pluuia ex cauſa naturali, nam expreſſè patet ex litera verſic. 11. infrà huiuſmet capituli, hanc pluuiam ſupernaturalem fuiſſe, dùm dicitur *rupti ſunt omnes fontes abyſſi*; *ruptio autem*, dicit Abulenſis ibidem pag. 74. *quandam violentiam ſignat, quæ facta ſuit à Deo in rebus naturalibus, cum ipſe egit ſuprà conſuetum modum earum.*

Pluuia aqua cauſatur, ex vaporibus aqueis, & ex vaporibus miſtorum.

Pluuia cauſatur effectiuè a ſole, ſed materialiter ex vapore humido terræ, & aquarum.

11 *Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*: ideſt per ſpatium temporis quadraginta dierum; totidemque noctium.

12 *Et delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ.* Vide ſuprà datam

tamexpoſitionem in verſic. 7. cap. 6.

Verſ.5. 13 *Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus*. Vide explicationem ſuperiorem verſ.22. cap.6.

Verſ.6 14 *Eratque ſexcentorum annorum quandò diluuij aquæ inundanerunt ſuper Terram*: ideſt prima die, qua incęperunt aquæ magno cluuio inundare terram, Noe ſexcentesimum annum iàm impleuerat, & ſexcenteſimum primum inchoauerat. Vti inferiùs dicendum. Vide v. 11. num. 21. & cap. 8. verſic. 13. num. 38. & verſic. 14. num. 43.

Verſ.7. 15 *Et ingreſſus eſt Noe, & filij eius*: ideſt ſeparatim à mulieribus ingreſſi ſunt viri in arcam, & poſteà.

16 *Vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij*: Huius ſeparationis fundamentum ſtat in litera, nam hìc dùm ingrediuntur, legitur ſolùm *Ingreſſus eſt Noe, & filij eius*, ſequitur poſteà, *vxor eius*, &c. Quando exire de Arca iubentur; dicitur illis à Domino: Gen. cap.8. verſ. 16. *egredere de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum*. Hinc Lyranus iuſtam habet dicendi rationem. *Separatim nominantur viri à mulieribus ingrediendo arcam, & ex diuino præcepto, ad oſtendendum, quòd quandiù fuerunt in arca, fuerunt ſeparati quantùm ad thorum.*

In arca Maſculi homines ſeparatim intrauerunt à fæminis.

In Arca, Noe Sem, Cham, & Iapheth continentiam obſeruauerũt.

17 *De animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni quod*

Verſ.8. *mouetur ſuper terram*: ideſt, & ingreſſa ſunt in arcam propter aquas diluuij animàntia munda, & immunda, volucres, & reptilia; & alia, quæ mouentur ſuper terram, ad diſtinctionem piſcium.

Verſ.9 18 *Duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus, & fęmina, ſicut præceperat Dominus Noe*: ideſt, non quòd de omni genere bina ſolùm intrarent, cùm de animalibus mundis ſeptem ingreſſa ſunt de qualibet ſpecie: ſed quòd Combinata intrarent de qualibet ſpecie, nempè vt clariùs explicem; hoc nomen Duo, non eſt accipiendum pro numero, ſed pro ordine, quaſi narraret Moſes ordinatim, maſculus, & fęmina ex qualibet viuentium ſpecie animalium ingreſſi ſunt ad Noe in arcam.

19 Sciendum eſt, quòd octo tantùm homines intrauerunt in arcam, & à communi diluuij flagello ſeruati ſunt; & ex his octo, ſeptem propter Iuſtum Noemum ſeruati, & liberati fuerunt: ex his octo; quatuor maſculi extitere, quatuorue femellæ. Maſculi erant Noe, Sem, Cham, & Iapheth filij eius. Fęminæ Barthenon, vxor Noe, ſic nominata, vt dicit S. Epiphanius hæreſ. 26. & non Tyræa, vti vult Beroſus Annij; & tres aliæ vxores filiorum trium Noe, ex quibus mulieribus vna fuit Sybilla Kabulam, vel Kibyllam, quàm nominauerunt Hebræi: קבל Kabal hebraicè ſignificat accipere ab alio: Verùm hæc opinio magis habet de quæſtione, quàm de veritate gaudeat: De Sybillæ nomine, & ſignificatione Lactantium interroga lib.1.inſtitut.cap.6.

Octo homines in arca ſaluati ſunt.

Propter Noe ſeptem ſeruati fuerunt homines.

Nomen Vxoris Noe erat Barthenon.

Vna ex Vxoribus filiorum Noe putatur fuit Sibylla.

Sibyllam Kabulam eſſe plerique putant.

Kabula eſt quaſi, doctrina à Patribus traditio, ne accepta.

Verſ.10. 20 *Cumque tranſiſſent ſeptem dies*: ideſt cùm completus eſſet numerus ſeptem dierum incluſiuè.

Aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram: ideſt cęperunt aquæ inundare, & ſubmergere terram.

Verſ.11. 21 *Anno ſexcenteſimo vitæ Noe*: ideſt non ſolùm abſoluto, ſed iam inchoato ſexcenteſimo primo, contrà opinionem Pererij in lib. 12. ſuper Gen. 1. diſputat. num.3.col.1.pag.mihi 87.tom.2.

22 *Menſe ſecundo*: ideſt Menſe Maio quoad poſteriorem eius partem, nempè poſt tranſactum medium Menſis Maij: dicitur quòd ſit Menſis Maij, quia in Hebræo habetur Iiar, & iſte eſt ſecundus Anni apud Hebræos.

Diluuium incæpit poſt medium menſis Maij in anno ſexcenteſimo iam terminato vitæ Noe.

23 Vnde placet hìc inſerere ordinem Menſium Hebræorum, & nomina noſtris Menſibus reſpondentia.

Ordo menſiũ Hebræorum, & nomina noſtris menſibus reſpondentia.

1 ניסן *Niſan*. ———— ———— Aprilis.
2 איר *Iiar*. ———— ———— Maius.
3 סיון *Siuan*. ———— ———— Iunius.
4 תמוז *Tamuz*. ———— ———— Iulius.
5 אב, *Ab*, non *Abib*. Auguſtus.
6 אילול *Elul*. ———— ———— September.
7 תשרי *Thiʒri*. ———— —— October.
8 מר חשון *Marcheſuan*. —— Nouember.
9 כיסלו *Chisleu*. ———— December.
10 טבת *Thebeth*. ———— ——Ianuarius.
11 שבט *Sabath*. ———— ——Februarius.
12 אדר *Adar*. ———— ———— Martius.
ואדר *Veadar*. ———— Menſis Biſeſtilis.

24 *Septimo decimo die menſis*: ideſt in die ſeptima decima currente Menſis Maij, qui erat ſecundus menſis anni ab orbe condito milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti, vti in cap. 5. ſuprà expoſuimus: & 17. ſuprà 600. vitæ Noe.

Diluuium incæpit in ſecundo menſe Anni ab orbe condito 1656.

25 Cedrenus ibidè, & alij quamplurimi aſſerunt diem hunc ſeptimum decimum fuiſſe diem Dominicum; & in eodem die terminaſſe diluuium.

In die Dominico diluuiũ incæpit, & in eodem die terminauit.

26 *Rupti ſunt*: ideſt violenter diſrupti, vti diximus ſuprà in expoſitione verſ.4. & confirmatur etiàm ex hebraico nam *nibkeu* נבקעו ſignificat ex impetu diſciſſi. Vide Interlinealis annotationem, ſeu explicationem.

27 *Omnes fontes*; omnes ſcaturigines, omnes riui, omnia orificia; omnes venæ, omnes aquæductus ex abyſſo prodeuntes, dicit Cornelius à Lapide hìc.

28 *Abyſſi*

Abyſſi vocabulum quid ſignificet.

28 *Abyſſi magna : Abyſſus eſt profunditas quædam*, dicit S. P. N. Auguſtnus ſuper pſal. 41. *impenetrabilis, & incomprehenſibilis : & maximè ſolet dici in aquarum multitudine. Vbi enim altitudo, ibi profunditas eſt, quæ penetrari vſquè ad fundum non poteſt*, vndè dicendum abyſſi magnæ, ideſt omnes ſcaturigines, omnes &c. impenetrabilis, & incomprehenſibilis profunditatis aquarum, & voraginis, quæ penetrari vſquè ad fundum non poteſt.

29 *Et cataractæ cœli apertæ ſunt :* ad hunc explicandum ſcripturæ locum opinionem B. Auguſtini Eugubini in annotat. in Geneſim refero. *Veriſimile eſt*, inquit ipſe, *diluuij tempore cœlum multis locis patuiſſe, aquarumque vaſta flumina indè maximo fragore delapſa eſſe. Inter aquas enim poſitum eſſe firmamentum, traditur in ſacris literis, in quibus etiam ſupercæleſtes aquæ celebrantur. Cum igitur etiam ſupra Cœlum ſint aquæ, quæ à nonnullis Cœlum chriſtallinum vocantur, has, credendum eſt, patefacto Cœlo horribiliter erupiſſe, breuique totum orbem inundaſſe : nam his quoque annis erat opus ad efficiendum generale diluuium. Alioqui ſi imbribus tantùm res acta eſſet, non modò quadraginta dierum, et noctium pluuia, ſed nec quadraginta quidem annorum tanto diluuio efficiendo ſatis fuiſſet.*

Verſ. 12 30 *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, et quadraginta noctibus :* ideſt non repentè orbis obrutus fuit, ſed per ſpatium dierum quadraginta profluit pluuia.

31 Vel dic. Quadraginta dies, & quadra inta noctes non exceſſit pluuia, quia iam aquæ iſtis diebus operuerant altiſſimorum cacumina montium.

Verſ. 13. 32 *In articulo diei illius :* ideſt *in proprietate iſtius diei*, legit Caietanus; nempè quando propriè diei poteſt dies, nequè albeſcens, nequè mane, nequè in aurora, ſed circa meridiem, nam Hebraicè בְּעֶצֶם beezem, quaſi in corpore diei illius, ſignificat.

Noe palàm ſcelestum hominum ingreſſus eſt arcam circa meridiem.

33 Vel dic *In articulo*, ideſt palàm Noe ingreſſus eſt Arcam ſine timore hominum iniquorum, quia dicit Lyranus *Articulus importat rem diſtinctam, & manifeſtam.*

34 *Ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius, &c.* Hic iterum nominantur octo, qui in arcam ſunt ingreſſi.

Verſ. 14 35 *Ipſi, et omne animal ſecundùm genus ſuum vniuerſaque etc.* ſic pariter fit mentio de animantibus, qui in arcam ingreſsi ſunt.

Verſ. 15 36 *Ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, bina, et bina ex omni carne ;* iam patet explicatum ex ſupradictis.

Verſ. 16 37 *Et quæ ingreſſa ſunt maſculus, et fæmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus :* ideſt in omnibus animantibus dum arcam intrabant ſeruatus fuit iſte modus, quod combinata intrarent, maſculus, & fœmina.

38 *Et incluſit eum Dominus de foris :* ideſt ſuppleuit, quod non poterat Noe, nempè bituminare oſtium extra, cum ipſe Noe iam eſset in arca. Sic enim legit Caietanus *Clauſit pro eo Dominus* : & S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 15. lit. L. col. mihi 235. *clauſit* inquit *Dominus à foris Arcam. Claudenda enim erat, & tuto ſepienda numine, ne eam vaga diluuij fluenta penetrarent.*

Ad quæ non poteſt homo in via virtutis, ſupplet Deus, vt perficiatur opus.

39 *Factumque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram* : addunt LXX *quadraginta noctibus*; ideſt diluuium incępit fieri, durans ſpatio quadraginta dierum, horarum viginti, & quatuor. Verſ. 17

40 *Et multiplicatæ ſunt aquæ ;* erumpentes ex abyſſo illa, quam ſupradiximus, & fluentes è cœlo inſtar fluminum cadentium.

41 *Et eleuauerunt arcam in ſublime à terra :* ideſt aquæ eleuauerunt arcam velut nauim ad ſublimia, ita quòd arca portaretur fluctuans, & natans per diuerſas partes iuxtà impetum inundantium aquarum : de qua arca, & eius fluctuatione ſcribit S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 27. lit. D. pag. mihi 196. *Magiſque diuina prouidentia, quàm humana prudentia natantem gubernet, ne incurrat vbicumque naufragium.*

Arca ducebatur Dei Prouidentia vndique fluens, & natās abſque naufragij periculo.

42 *Vehementer enim inundauerunt : & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ :* ideſt aquæ velociſſimo currentes impetu, feſtinè totius orbis terræ ſuperficiem ſuperauerunt. Verſ. 18

Porrò arca ferebatur ſuper aquas : ideſt natans mouebatur veluti cymba ſuper aquas.

43 *Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram : opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo Cælo :* ex iam datis ſupra explicationibus hæc patet apertè explanata. Verſ. 19.

44 *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat ?* ſunt nonnulli qui putant hoc eſſe non potuiſse, quod aqua aſcendiſſet quindecim cubitis ſuprà omnes montes ; vndè contrà iſtorum opinionem, & ad explicationem huius verſiculi ſcribit S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 27. lit. B. col. 1. pag. mihi 196. *Opinantur tàm magnum fieri non potuiſſe diluuium vt altiſſimos montes quindecim cubitis aqua creſcendo tranſcenderet propter olympi verticem montis, ſupra quam perhibentur nubes non poſse conſcendere : qui tàm ſublimis, quàm cœlum ſit, vt non ibi ſit aer iſte craſſior, vbi venti, nebulæ, imbreſque gignuntur : nec attendunt omnium elementorum craſiſſimam terram ibi eſſe potuiſſe. An fortè negant eſſe terram verticem montis ? Cur igitur vſquè ad illa Cæ-* Ver. 20.

Supra montē olympū aſcenderunt aquæ quindecim cubitis geometricis.

li ſpacia terris exaltari licuiſſe contendunt, cum iſti menſores, & penſores elementorum equas terris perbibeant ſuperiores, atque leuiores? Quid itaque rationis afferunt, quare terra grauior, & inferior locum Cęli tranquillioris inuaſerit per volumina tot annorum: & aqua leuior, ac ſuperior permiſſa non ſit hoc facere ſaltem ad tempus exiguum.

45 Notandum eſt quòd quando legitùr in Pentateucho hoc nomen: *Cubitus* ex SS. Parente Auguſtino eſt intelligendus cubitus geometricus, vnde hic, *quindecim cubitis* geometricis, intēde *Altior fuit aqua* ſupra montem olympum ſicut, & ſuprà alios montes.

46 Inſuper pro notitia altitudinis Olympi montis, notandum, ſecundùm Iſidorum in 14. Etymolog. quòd mons

Mōtis Olympi altitudo, & locus.

Olympi diuidit Macedoniam à Thracia; & dicitur mons Macedoniæ, ſub quo nubes eſſe dicuntur; vndè Lucanus, *Nubes excedit Olympus*. De iſto monte, dicit Papias, quòd olympus vſquè ad liquidum aerem euadit; ſuper quem literæ inſcriptæ in puluere per annum repertæ ſunt ſtetiſſe immobiles, vbi præ nimia raritate aeris, nec aues viuere poſſunt, nec Philoſophi aſcendentes abſquè ſpongijs plenis aqua aliquantulum ibi manere potuerunt, quas naribus apponentes craſſiorem indè aerem attrahebant.

Litera ſcripta in puluere montis olympi poſt annum notē grum integra inuenta.

Propter aerē ſubtiliorem in mōte olympi viuere impoſſibile.

47 Notandum etiam eſt, quòd quatuor ſunt montes hoc nomine Olympi. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam, & Macedoniam. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita.

Quatuor mōtes nomine eodem olympi, & qui ſint.

Quartus ad mare rubrum Æthiopiæ, haùd longè ab Helcopoli oppido, qui Oriente Sole vſque ad quintam diei horam flammas emittit. De primo autem monte de quo factus eſt ſermo, quia tàm adeò attollitur eius vertex, vt nubes penetrare, cęlumque ipſum attingere credatur, Poetæ inducti ſunt ipſum Olympum pro cęlo accipere. Dictus tamen Olympus quaſi ὁλολαμπρής, eò quòd claros habeat ſolares radios, nulliſque omninò nubibus offuſcetur.

Verſ.21. 48 *Conſumptaque eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram;* ideſt perijt, obruit omne animal, quod mouebatur ſuper terram: *volucrum; animantium* mitium, *biſtiarū* ferocium, *omnium reptilium*, ideſt ſerpentum, & aliorum reptantium animalium *ſuper terram* ad diſtinctionem reptantium in aquis, *vniuerſi homines*, ideſt omnes anima rationali viuentes.

Verſ.22. 49 *Et cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt:* vt intelligeretur (ſcripſit hoc Moyſes) quod nullus vita viuens in diluuio ampliùs vita viueret, exceptis in Arca clauſis.

50 *Et deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine*, &c. fit mentio de ſubſtantia ſola rei viuentis, non de ſubſtantia generaliter loquendo. Quia non omnia ſubſtantiam habentia perierunt in diluuio. Verſ.23.

Remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca: ex hoc verſiculo explicatiùs habetur expoſitio verſiculi 22. & ex illo iſtud, vt patet.

51 *Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus:* Initium horum centumquinquaginta dierum computandum Verſ.24.
eſt (contrà Cornelium à Lapide ibidem col.2. pag. mihi 108. lit. B, qui citat, pro ſua ſententia Ioſeph Hebræum, S. Ioannem Chryſoſtomum, Toſtatum, & Caietanum, immò iſti auctores manifeſtè contrà ipſum ſentiunt, vt infrà, à me citandi, videbitur) à fine quadragenariæ pluuiæ: Hæc quæſtio agitatur à SS. Parente Auguſtino, & iuxtà quæ dicimus, reſoluitur; licèt Pererio lib. 12. de Hiſt. diluuij cap.7. diſp.11. col.1. num.55. pag. mihi 98. placeat dicere, *Sanctus Auguſtinus attigit hanc quæſtionem; ſed eius ſolutionem in medio reliquit, quaſi arbitrio lectoris eam permittens*. Verba autem Sancti Patris, & Eccleſiæ Romanæ Doctoris eximij in lib. 1. quæſt. ſuper Gen. quæſt. 12. col.3. pag. mihi 84. hæc ſunt: *Quæritur vtrum poſt centum quinquaginta dies hæc facta ſint: an per recapitulationem omnia commemorata ſint, quæ poſt quadraginta dies pluuia fieri cœperunt: vt hoc ſolùm ad centum quinquaginta dies pertineat, quod vſquè ad ipſos aqua exaltata eſt: aut de fontibus abyſſi ceſſante iam pluuia: aut quod manſit in altitudine ſua, dum in illo ſpiritu ſiccarentur. Cętera verò*, Nota ſolutionem claram, *quæ dicta ſunt: non poſt centum quinquaginta dies omnia facta ſint, ſed commemorata ſunt omnia, quæ ex fine quadraginta dierum fieri cęperunt*. Ideſt commemorantur iſti dies centum quinquaginta ex fine, ideſt à fine quadraginta dierum, in quibus diluuium durans ceſſauit. Hoc totum.

Affirmant Ioſeph Hebræus, qui impreſs. Mediol. in lib. 1. antiquit. cap. 5. pag. mihi 3. col.2. ſcribit. *Quieſcente autem pluuia, aqua vix centum quinquaginta diebus defecere.*

S. Ioannes Chryſoſtomus, hom. 25. in Gen. lit. A, pag. mihi 131. qui dicit, *Et exaltata eſt aqua ſuper terram centum quinquaginta diebus. Tot diebus manſit ſublimis illa aquarum altitudo.*

Toſtatus, impreſs. Venet. in Gen. cap.7. quæſt. 16. lit. K, col. 1. pag. mihi 78. qui inſinuat taliter eſſe, dicens: *ſed poſt illos quadraginta dies dicebantur propriè (aquæ) tenere excellentiam, quia totam terram excedebant: & ſecundùm hoc centum nonaginta dies tranſierunt à die, quo pluuia cęperunt, vſ-*

quę

quà ad diem, qua aqua minui cœperunt: Caietanus in Gen. 7. dicit. *Patet quod numerus ille centum quinquaginta dierum æſtimari debet poſt quadraginta dies pluuiæ.*

Rabbi Salomon ibidem, qui dicit *obtinuerunt ſcilicèt in magnitudine, & fortitudine ſua*; Et ſic ſecundùm iſtos Auctores,à principio inundationis vſquè ad inchoationem decrementi aquarum, fluxerunt centum nonaginta dies.

ANNOTATIO MORALIS.

Verſ. 1.

Nihil Deo carius, quàm inter ſceleſtos hominem pollere pietate.

52 **D***Ixitque Dominus ad eum; ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: Te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac*: Nihil cariùs Deo,quàm inter exleges peccatores Virum pollere pietate:vndè Noe gratior tàm fuit Deo per ſuam perfectionem, quod propter ipſum ſolum Domum totam benedictionibus oppleuit, & in arcam ingreſſum conceſſit; Vide ergo quantum præſtat Animam habere perfectam? Vt perfecta igitur ſit anima, oportet, vt in exteriori homine ſit Religionis forma: in interiori,iuſtitiæ: de ſupernis habeat ſpiritus alimenta.

Quæ concurrant ad perfectionem Animæ.

Multi hominibus iuſti videntur, pauci Deo.

53 Vel dic, *Te vidi iuſtum coram me in generatione hac*: quia dicit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 11. lit. E. col. mihi 229. *Multi hominibus iuſti videntur, pauci Deo: aliter hominibus, aliter Deo, hominibus ſecundum vitæ ſpeciem,Deo ſecundùm puritatem animi, virtutis veritatem. Homines, quæ foris ſunt,probant; Deus,quæ intùs, examinat*: Bellè ſtat ergo documentum,quo inſtruimur non iudicare ſecundùm faciem omne quod videmus; & si de bono eſt exemplum, & regula, quiderit de malo? Tu vides.

Homines exteriùs iudicàt Deus corda intuetur.

In iudicando non debet iudicare ſecundùm faciem, neque ſecundùm apparentiam.

54 *In generatione iſta*: Iudex, & Superior in condemnando magnam debet habere prudentiam; vndè aptè dicit Mediolanenſium Paſtor *Perpensè autem addidit, in generatione iſta, vt neque ſuperiores condemnaret, neque poſteriores excluderet.*

Iudex,& Superior in iudicium condemnationis proferendo magnam debet habere cautelam, & prudentiam.

Ver. 2.

Homo ſi vult peruenire ad perfectionem debet per ſeptem dona Spiritus Sancti tendere ad vnitatem ſpiritus.

55 *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena, & ſeptena, maſculum, & fœminam*: Homo,ſi vult peruenire ad perfectionem, debet per ſeptem dona Spiritus Sancti tendere ad vnitatem ſpiritus: nam in numero ſeptenario perfectio exprimitur, hinc dixit Apoſtolus ad Epheſios cap. 4. verſ. 1. & 3. *Obſecro itaque vos ... Vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis .... Sollicitè ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

Senſus, intellectum, & voluntatem,os, & cor, munda habere omnia

56 Vel dic, quòd tàm maſculus, quàm fœmina quinque ſenſus,voluntatem, & intellectum, vel os & cor munda habere debent, cùm ad Deum ſeptem petitiones orationis Dominicæ recitant. Hinc S. P. N. Auguſtinus dixit *Cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore*: & S. Baſilius ad rem noſtram in Pſal. 28. ſcribit *Priùs curate, vt filij Dei ſitis per charitatem, & gratiam, indè verò afferte holocauſtum orationis.*

habere debemus, dum ſeptem petitiones orationis dominicæ recitamus.

57 *De animantibus verò immundis duo, & duo*: S. Hieronymus contrà Iouinian. inquit, quòd binarius numerus eſt malus, ideò *ſecundo die creationis Mundi non fuit dictum. Et vidit Deus quoniam bonum*. Hinc dicendum, quòd hominibus immundis, idest peccatoribus, Deus parat etiam locum in arca gloriæ; reſtat quod ipſi ſua coopeeatione accedant, & mandatorum obſeruantia ingrediantur, nam vnicuiquè dicit ipſa æterna Veritas pe*r* os Matth. c. 19. v. 17. *Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata*; *vbi* gloſſat Euſebius Emiſſenus ibidem. *Non quæras aliam prædeſtinationem. In his enim verbis omnis, & vitæ, & mortis prædeſtinatio conſiſtit.*

Cur in ſecunda die creationis mundi non fuit dictum, vidit Deus quoniã bonum.

Etiam peccatoribus Deus parat locum in arca gloriæ, vt ſaluentur.

Totum prædeſtinationis, vel reprobationis pondus ſtat in obſeruantia, vel negligentia mandatorum.

Verſ. 3.

58 *Sed, & de volatilibus Cæli, ſeptena, &c.* hìc obſerua, quòd volucres cœli cum terræ animantibus non ſunt computati; vt intelligas, te debere contemplationi vacare, & vti terra ſolummodò ad breuem nidificationem, & ad neceſſarium alimoniæ vſum: O fœlix, ſi taliter facies, & ſi cum Pſalmiſta Pſal. 54. verſ. 7. ſuſpirabis: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Cùm immundis peccatoribus à Noe cœleſti non computaberis.

Qui vacat contemplationi non computabitur cum immundis peccatoribus, quia per orationem, & contemplationem ab immunditia ſit immunis.

Ver. 4.

59 *Adhuc enim, & poſt dies ſeptem, ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus*: Adhuc Deus in miſericordia diues peruicaci peccatori pœnitentiæ tempus concedit: Peccator quid ergo expectas? Clementia te inuitat, Pietas tempus elargitur, ad vitam Vita excitanti gratia te reuocat: Quid agis in malitia ſopire? differs tempus? Nonnè audis Spiritus Sancti voces, qui dicit Eccleſiaſt. cap. 5. verſ. 8. & 9. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Proh miſer! in ſenecta te fidis, & neſcis quod, *ſubitò*

Deus diues in miſericordia peccatoribus, vt pœnitentiam agant, tempus pœnitentiæ elargitur.

ſubitò veniet ira illius , & in tempore vindictæ diſperdet te? Vndè vobis dico peccatoribus: Pſal.94.verſ.8. *Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra .*

Homo eſt charta , tabula, & liber, in quibus Deus legit apices ſuorū operum.

60 *Et delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ* : Cogita homuncio te eſſe chartam , tabulam , & librum in quibus Deus legere debet apices tuorum operum , & tali reflexione , ſtude , talia imprimere , vt Deus te delere non habeat de libro vitæ . Sed expende Dei miſericordiam, dum peccaſti, abluit te aqua ſui flagelli , vt deleat apices de terreno libro tuę corruptionis , vt ſcribat te in libro æternæ incorruptionis . *Pulchrè autem poſuit* , inquit S. Ambroſius , lib. de Noe , & Arca cap. 13. lit. M, & A, col. mihi 232. & 233. *Delebo , tamquam literarum apices , qui delentur ſine fraude librorum , & ſine imminutione tabularum . Atramentum deletur , ſed lignum manet . Delentur elementa , vt ſcribantur plerumquè meliora . Atramentum tollitur , ſubſtantia non exterminatur ; Delebo , inquit , corruptelam carnis , vt ſcribam incorruptionem ..... Delebo de libro terræ , vt ſcribam in libro vitæ . Deleantur Domine meus , Domine Deleantur citò elementa ferri , vt ſcribantur elementa Chriſti .*

Dum homo peccat Deus abluit apices aqua ſui flagelli, vt meliores inſcribantur apices .

☞ Vide conſimilem reflexionem in dubijs cap.6. §.18. verſ.18.

Verſ.5. 61 *Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus* . Vide ſuperiorem expoſitionem verſ. 22. Cap. 6.

Verſ.6. 62 *Eratque Sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram* : Hic docentur peccatores poſt longum ſilentium, poſt prolixam expectationem horribilius eis imminere iudicium .

Peccatoribus poſt tempus prolixius imminet horribilior iuſtitia .

Verſ. 7. 63 *Et ingreſſus eſt Noe , & filij eius , vxor eius &c.* ſtando ſuprà datæ explicationi literæ dicendum ; quod homo , quantum fieri poteſt , debet fugere conuerſationem mulierum ; & præcipuè Religioſi colloquium , & practicam cum monialibus ; vndè ad noſtrum intentum Scribit S. Bernardus impreſs. Paris. in lib. de modo viuendi ad Sororem ſerm. 58. cui titulus , vt Virgo non diligat ſocietatem virorum. col. 3. pag. mihi 308. *Religioſus vir, & Sanctimonialis fœmina ſi immoderatè coniunguntur ſibi . . . ſtatim indè occaſio peccandi naſcitur . Quid ergo tu vnum facis ignis , & ſtupæ ? . . . Quare fœmina quæ caſtitatem promiſit Deo , ſocietatem habet cum viro ? fœmina quæ propter Deum ſæculum contempſit , quare viri familiaritatem diligis ? . . . . Quare quæ in ſeculo maritum habere noluit , in monaſterio poſita facies hominum videre concupiſcit ?* Igitur ò pulchra Diui Bernardi Veritas adhuc cæcis incognita ! *Soror mihi in Chriſto dilecta , moneo te , vt vir quamuis ſit ſanctus , nullam tamen tecum habeat ſocietatem . Licèt ſit ſanctus , & iuſtus , nullam tecum habeat familiaritatem . Quamuis ſit Religioſus , nullam tecum habeat aſſiduitatem . Quamuis ſit bonus , nullam tecum habeat viuendi ingitatem . Quare ! ne viſitandi familiaritate vtriuſque pereat caſtitas . Ne videndi frequentatione vtriuſque annibiletur honeſtas . Ne videndi ingitate vtriuſque religioſitas infametur . Nè videndi vſu vtriuſque perſona dehoneſtetur .*

Conuerſatio cum mulieribus fugienda.

Amicitia cū monialibus periculoſa.

Moniales non debent quærere virorum amicitiam.

Vir Sanctus religioſus iuſtus, & bonus debet fugere monialium amicitiam & quare, & è contra de monialis dicitur.

64 *De animantibus quoque mundis , & immundis , &c* Accipe ſuprà datam explicationem in verſ. 2. huius capituli. Verſ.8.

65 *Duo , & duo ingreſſa ſunt ad Noe in Arcam*; Religioſi non debent procedere ſoli , ſed bini : nam dicit Eccleſiaſtes cap.4. verſ. 9. & 10. *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum , habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ . Si vnus ceciderit , ab altero fulcietur . Væ ſoli : quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe* . Hinc Chriſtus Dominus ſuis Religioſis Apoſtolis primus inſinuit in noua Religione hanc veritatem mittens eos binos in omnem locum Lucas c.10. *Poſt hæc autem deſignauit Dominus , & alios ſeptuaginta duos : & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem , & locum .* Verſ. 9

Religioſi binì debent procedere non ſoli, & cur.

66 *Cumque tranſiſſent ſeptem dies , aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram* : Hic nota , quod diluuium terram , ideſt hominem inundans , quadruplex eſt : Aliud eſt diluuium Baptiſmi , aliud temporalis tribulationis . Tertium iniquitatis , & Quartum pœnę gehennalis . Verſ. 10

Duo prima Diluuia , ideſt primum , & ſecundum ſunt rectorum hominum.

Duo ſecunda , ideſt Tertium , & quartum ſunt peccatorum .

Diluuium quadruplex , ſcilicet Baptiſmi, Temporalis Tribulationis , Iniquitatis , & pœnæ gehennalis .

Duo diluuia bonorum .

Duo diluuia Peccatorum hominum .

67 De primo diluuio Baptiſmi dictum eſt in Ezechiele cap. 36. verſ. 25. & 26. *Et effundam ſuper vos aquam mundam , & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos & dabo vobis cor nouum , & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri* . Quia , dicit Angelicus Doctor 4. diſtin. 24. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 2. Principalis effectus Baptiſmi eſt ablutio interior .

Principalis effectus Baptiſmi eſt ablutio interior , ideſt cordis renouatio .

De ſecundo diluuio temporalis tribulationis dictum eſt in Iobo cap. 38. verſ. 8. *Quis concluſit oſtijs mare , quando erumpebat quaſi de vulua procedens.*

De Tertio diluuio iniquitatis dixit Oſeas cap. 4. verſ. 2. *Maledictum , & mendacium , & homicidium , & furtum , & adulterium inundauerunt .*

De quarto diluuio pœnæ gehennalis dicitur in S. Luca cap. 17. verſ. 26. *Et ſicut factum eſt in diebus Noe , ita erit , & in diebus filij Hominis* : Dies autem Domini ſunt dies vltionis .

68 *Anno ſexcenteſimo Vitæ Noe , menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis* : Qui timet Dominum , longam habet Vitam , & anni impiorum in Deum peccantium breuia- Ver.11.

Qui timet Dominum longam habet vitam .

Qui Deum offendit breuem vitã habet. Memoria iuſti in æternũ eſt.

uiabuntur: immò quia memoratur iuſti vita, & nomen ſcelestum putreſcit, ideò hic ponitur annus vitæ ſolius Noe, nec aliorum vlla ſit mentio: indè ad rẽ ſcribit Sapiens in Prouerbijs cap. 10. verſ. 7. & 27. *Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet. Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.*

69 *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ*, &c. hoc factum non naturaliter, ſed ex voluntate Dei, vti dictum. Hinc Tribulatio figurata per diluuium datur homini ex ſpeciali voluntate Dei: Vndè Iob cap. 1. verſic. 21. in tantis tribulationibus ſemper dixit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: Sicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.*

Tribulatio hominibus datur ex voluntate Dei.

70 *Et cataractæ cęli apertæ ſunt*: ex tribulatione rumpuntur nubes peccatorum quæ ſunt ipſa peccata. Hinc prędicat moralis Pontifex in paſtor. *Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.*

Tribulationes ad Deum ire compellunt.

Verſ. 12

71 *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*: ideſt, verus planctus per *pluuiam* deſignatus, in hominis *terra*, debet eſſe non tantùm in oculis (in *diebus*, deſignatis) ſed etiam in ore, & in corde, per *noctes*, adumbratis, nam in tribus eſt planctus perfectus; in ore in oculis, & in corde.

Verus planctus non tantum in oculis, ſed in ore, & corde debet haberi.

In ore, vndè dixit Pſalmiſta, Pſalm. 101. verſ. 6. *A voce gemitus mei adhęſit os meum carni meæ.*

De planctu oculorum cecinit Regius Vates Pſal. 118. verſ. 136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.*

De planctu cordis ſcripſit Dauid Pſal. 37. verſ. 9. *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.*

Verſ. 13

72 *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe & Sem, & Cham, & Iapheth*, &c. Qui vocatus à Deo ingreditur Religionem non debet timere aduerſantes parentes, habet enim Deum ſpecialiter pro ſe.

Vocatus à Deo religionem ingrediens, nullum timere debet, quia habet Deum ſpecialiter pro ſe.

73 Vel dic in Articulo, poteſt intelligi etiam in principio diei: Vndè, Religionem qui vult ingredi, in iuuentute debet facere, nam dicitur Threni cap. 3. verſ. 27. *bonum fuerit viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.*

Primitia in iuuentute Deo offerenda.

Verſ. 14

74 *Ipſe, & omne animal ſecundum genus*, &c. Deus vocat omnes ad ſalutem, & ad ſuam gratiam, vt intrent in arcam glorię; ideò apparens diſcipulis ſuis poſt Reſurrectionem dixit eis: Marc. cap. 16. verſic. 15. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Hinc Sanctus P. N. Auguſtinus in illa verba Scripturæ, *locutus eſt Dominus, & vocauit Terram*, dicit, *quam Terram? an fortè Africam? qui vocauit Terram à ſolis ortu vſquè ad occaſum nullas reliquit partes, quas non vocauerit:*

Deus omnes vocat ad ſalutem, omnibus dat ſuam gratiam, vt ſi velint intrent in arcam gloriæ, & ſaluentur.

Verſ. 15.

75 *Ingreſſa ſunt ad Noë in arcam bina, & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ*: Quia non poteſt ingredi cęlum, niſi ſpiritus vitæ ſit in homine, quo mediante operationes bonas, & virtutes elicit; nam quis non agitur Spiritu Dei, non poteſt eſſe filius Dei, Paulus ad Romanos cap. 8. verſ. 14. *quicumque enim Spiritu Dei aguntur ij ſunt filij Dei*; qui autem non eſt filius Dei, non eſt hæres gloriæ; idem ibidem verſ. 17. *ſi autem filij, & hæredes*: Ergo qui, Idem ibidem verſ. 9. *Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* Vndè idem Apoſtolus prædicat ibidem verſ. 15. & 16. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.*

Non poteſt ingredi cælum niſi ſpiritus vitæ quem habeat, quo mediante ſit filius Dei, & hæres gloriæ, eliciendo virtutis opera.

Verſ. 16

77 *Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus, & fęmina*: hìc aduerte quòd Noe maſculum, & fęminam non ſeparauit: Sìc quos Deus vinculo matrimonij coniunxit homini ſeparare, & diuidere non licet. Vti ſcriptum eſt Matth. cap. 19. verſ. 6. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Quos Deus matrimonio coniungit, homo ſeparare non debet.

77 *Et incluſit eam Dominus de foris*: Homo in aſſequenda virtute faciat quod poteſt, nam Deus ſua gratia perficit illud, quod ipſe facere non valet, nam ſcribit ſummus cęli Clauiger Romæ Parens, 1. epiſt. cap. 5. verſ. 10. *Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.*

In virtute aſſequenda homo debet facere quod poteſt, Deus autem perficit ſua gratia, quod facere ille non valet.

Verſ. 17

78 *Factumque eſt diluuium quadraginta diebus*, &c. vide ſuprà verſ. 10.

Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à Terra: Tunc homo eleuat ad cęlum mentem, & cor ſuum, quando inundatur aqua tribulationum, hinc vox lacrimans in Threnis cap. 3. verſ. 54. & 55. dicit: *Inundauerunt aquæ ſuper caput meum, dixi: Perij. Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouiſſimo.*

Homo tunc eleuat mentẽ ſuam ad Dominum cum tribulatur.

Verſ. 18

79 *Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in ſuperficie Terræ*: rectè dicitur *in ſuperficie*, quia tribulationes inundant, replent hominem exteriùs anguſtijs, cor autem non turbant, quia purgatur ab omni vana affectione; vndè Sapientiſſimus Idiota, in lib. de Patientia ad Deum ſuſpirans dicit, *flagello tuo puriſſimo pulſus excutitur, & exteriori vulnere ſanatur plaga interior.*

Tribulationes exteriùs affligunt, cor autem quia ex ipſis omni vana affectione purgatur non perturbant.

80 *Porrò arca ferebatur ſuper aquas*: Dùm *arca ferebatur ſuper aquas*; Noe, & aliæ ſeptem animæ ſtabant in ſancta conuerſatione vnitæ: igitur dùm homo fertur ſuper aquas tribulationum, anima ſtat Deo vnita per ſanctam conuerſationem.

Anima, dum homo tribulatur ſtat Deo vnita per ſanctam, & bonam conuerſationem.

81 Hìc obſerua, quod Conuerſatio bona aſſimilatur Arcæ Noe propter quatuor.

Conuerſatio bona aſſimi-

[Lau]datur Arca Noe propter quatuor, ſcilicet ratione ſtructuræ.

tuor. Primò ratione ſtructuræ, quia ſcilicèt fuit à Noe conſtructa, & fabricata. Noe autem, qui interpretatur *requies*, eſt homo iuſtus, qui vt requieſcat in domo propriæ conſcientiæ, & ſit tutus ab inundatione aquarum, ideſt ab impetu tentationum, vel tribulationum, ædificat arcam, ideſt conuerſationem bonam, de qua dicitur in Pſalmo 131. verſ. 8. *Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca Sanctificationis tuæ.* Arca enim Deo ſanctificata eſt conuerſatio bona ad Deum ordinata, quæ dicitur eſſe requies Dei, quia ſecundùm Deum in ea mens hominis requieſcit.

Ratione Materia, Forma, & Clauſura.

Arca Deo ſanctificata eſt conuerſatio bona ad Deū ordinata.

82 Secundò ratione materiæ, quia arca fuit facta ex lignis leuigatis, bituminatis, & quadratis. Sic bona conuerſatio ædificatur ex lignis leuigatis, ideſt ex bonis operibus pura, polita intentione facta. Bituminatis, ideſt charitate informatis.

Quadratum corpus reſidet firmum, quia habet omnia latera æqualia.

Quadratis, vt ſit mens hominis ſtabilis, quia corpus quadratum reſidet firmum; nam dicit Diuus Thomas metaph. le. 8. med. 6. F. Quadratum habet omnia latera æqualia.

83 Tertiò ratione formæ, circa quam primò attendendum eſt ad menſuram dimenſionum. Habebat enim Arca, vti dictum eſt in cap. 6. longitudinem trecentum cubitorum, latitudinem quinquaginta cubitorum, & altitudinem triginta cubitorum. Superiùs autem erat in vno cubito conſummata.

Longitudo Arcæ eſt memoria Dominicæ Paſſionis. Item Perſeuerantia in continuatione boni.

84 Longitudo enim Arcæ eſt memoria Dominicæ paſſionis, quam Thau figura repræſentat, quæ trecentum ſignat.

Vel dic, quod longitudo Arcæ perſeuerantia in continuatione boni ſit.

Latitudo arcæ dilectio Dei eſt, & proximi.

Latitudo autem eſt dilectio Dei, & proximi amici, & inimici, & ſignatur in quinquaginta cubitis, quia quinquageſima die à paſſione Chriſti datus eſt Spiritus Sanctus, per quem, vt dicit Apoſtolus ad Romanos cap. 5. verſ. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.*

Altitudo arcæ eſt ſpes, & deſiderium ſeculi venturi.

85 Altitudo autem arcæ eſt ſpes, & deſiderium ſeculi venturi: quæ ſpes deſignatur in triginta cubitis, quia ſcilicèt trecenarius numerus ex ternario, & denario ducitur: Ter enim decem faciunt triginta. In Ternario autem triplex ſpes ſignatur, ſcilicèt de venia, de gratia, & de Gloria.

Spes eſt triplex ſcilicet de venia, de Gratia, & de Gloria.

In denario autem addito adimpletio decalogi ſub ſpe prædicta triplici. Alioquin ſpes ſine meritis, vel operibus non eſſet vera, ſed præſumptio.

Spes ſine meritis eſt præſumptio.

86 Conſummatio autem in vnum cubitum eſt, vt omnes motus, & affectus dirigantur in Deum, ſicut Regius canebat Vates Pſal. 83. verſ. 3. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

Quid ſit conſummatio arcæ in vnum cubitum.

87 Vel hæc conſummatio, dic, quòd ſit in perfectione conſiliorum. Vndè dicitur in S. Marco cap. 10. verſ. 21. *Vnum tibi deeſt: Vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in Cælo, & veni ſequere me*: hinc ſcriptum eſt Gen. cap. 6. verſ. 16. *In cubito conſummabis ſummitatem eius.*

Conſummatio arcæ eſt in perfectione conſiliorum.

88 Dicitur autem quòd ille cubitus arcæ fuit geometricus, qui valet ſex vſuales ad oſtendendum, quòd per ſex miſericordiæ opera ad vnitatem perfectionis diuinæ conſolationis, & ſupernæ pacis aſcenditur.

Per ſex opera miſericordiæ aſcenditur ad vnitatem perfectionis diuinæ conſolationis.

Secundò in forma arcæ conſideranda eſt locorum apertura. Habebat enim in duobus locis aperturam, vnam ad lumen recipiendum ſcilicet *Feneſtram*; aliam à latere ad ingrediendum ſcilicet *Oſtium*.

89 Feneſtra ergo eſt gratia, quæ illùminat domum mentis.

Feneſtra arcæ eſt gratia.

Vel dic quòd ſit intelligentia, per quam lumen ſapientiæ & ſcientiæ ſuſcipimus.

Oſtium autem eſt liberum arbitrium, quod aperit primò gratia. Vndè S. Bernardus in Serm. de gratia dixit: *Et ſi ad inueniri poteſt, praeueniri non poteſt.*

Oſtium arcæ eſt liberum arbitrium.

90 Tertiò conſiderandum eſt manſionum diſtantia, nam iuxtà mentem S. P. N. Auguſtini in 6. cap. citati, Arca fuit inferiùs bicamerata, & ſuperiùs tricamerata; quia in inferiori manſione, ideſt ſuper tabulatum ſentinæ, fuit duplex camera, quarum vna dicebatur ſtercoraria, alia autem apothecaria, ſed ſuprà iſtam manſionem fuit alia manſio ſuperior, quæ habebat tres cameras, duæ cameræ laterales erant vna immitium animalium, & ſerpentium; altera verò mitium, media autem camera erat hominum, & auium.

91 Bicameratio enim arcæ attenditur in delectationem ſenſualitatis, quæ maximè inuenitur in actibus duarum potentiarum vegetatiuæ partis, ſcilicet, propagatiuæ, ſiuè generatiuæ, quantùm ad actum venereum: & iſta eſt, vt ſentina ſtercoraria. Et Nutritiuæ quantùm ad eſum, & iſta eſt apothecaria.

Arca Bicameratio moraliter quid importet.

92 Tricamerata autem attenditur in ratione, cuius tres vires ſunt, ſcilicet iraſcibilis, quæ deteſtatur malum, & iſta eſt habitatio immitium paſſionum, vt iræ, & audaciæ, & ſimilium.

Moralis Tricameratio Arcæ quid ?

Item concupiſcibilis, & hæc eſt quæ bonum proſequitur. Et hæc eſt habitatio mitium paſſionum, vt amoris, manſuetudinis, & huiuſmodi. Et duæ iſtæ vires dicuntur rationales non per eſſentiam, ſed per participationem ſecundùm Philoſophum, in quantùm ſcilicet natæ ſunt rationi obedire.

[illegible] Tertia autem eſt rationalis per eſ[illegible] quæ [illegible]tur . Et hæc eſt quæ diſcernit bonum , honeſtum & [illegible]rum . Vndè hæ[illegible] habitatio hominum , ſcilicet a[illegible]m , & auium , [illegible] cet , contempla[illegible]um . Quorum primi [illegible]gun[illegible]ur prudentia , ſecundi eleuantur [illegible]

94 Q[illegible] a[illegible]latur Ar[illegible] [illegible] ucrſatio [illegible] [illegible]. q[illegible] Noe in arcam [illegible]um h[illegible] , [illegible] gredi *Incluſit eum Dominus de foris* , [illegible] inundatio [illegible] quo docetur h[illegible] , [illegible] uerit d[illegible] , [illegible] arca [illegible] tranquil[illegible] . Et [illegible] torre[illegible] , [illegible] vorag[illegible] , [illegible] dele[illegible] , [illegible] ma[illegible] Noe [illegible] , [illegible] a[illegible] minus [illegible] d[illegible] fori [illegible] . Et quant[illegible] car[illegible] laborat in ac[illegible] , tantò Spiritus volat ſublimius in [illegible]templatione , vnde Apoſtolus 2. ad Corinth. cap. 11 verſ. 27 qui plus omnibus *Laborauit in fame , & in ſiti, in frigore, & nuditate, in ærumna, in vigilijs , & in ieiunijs multis*: dixit idem ad Philipp. cap. 3. verſ. 20. *Noſtra autem conuerſatio in Cœlis eſt* .

V[illegible] 95 *Et aquæ prævaluerunt nimis ſuper terram opertique &c* Non [illegible] tentat[illegible]onum mu[illegible]iplicati[illegible] , ſi[illegible] Domino vni[illegible] fertur ſuper arcam [illegible]tionis : hinc E[illegible]as cap. 29. verſ. 5. pr[illegible]phetauit dicens *Et ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum, qui contrà te prævaluerunt* .

Ver. 20. 96 *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes , quos operuerat* : di[illegible]itur qu[illegible]d a[illegible]a fluctibu[illegible] obedie[illegible] n[illegible]que ferebatur ; vndè [illegible] a[illegible] [illegible]ò baccantior in motu , [illegible] ad obediendum arca : Vides pu[illegible] morale. Difficultatum omnium ſemper victrix eſt obedientia

Verſ.21. 97 *Conſumptaque eſt omnis caro &c.* licet aquæ tam inſæui[illegible] contra Dei inimicos , tamen iuſto Noe [illegible]ihi fecerunt Ec[illegible] documen[illegible] Iuſtitiam [illegible]ctare[illegible] ipſa enim liberabit te [illegible]ommuni ſec[illegible]ſtu[illegible] fl[illegible]g[illegible]lo . Ex[illegible] m[illegible] [illegible]be[illegible] iuſto L[illegible] [illegible] vrbium , [illegible] .

Iuſtitia liberat hominem à communi flagello .

98 V[illegible] *Con[illegible]mptaque eſt omnis caro* : [illegible] hominis f[illegible]gi[illegible]ta[illegible] , cum [illegible]ca[illegible] [illegible]uo , [illegible] etiam omni[illegible] [illegible]lteriu[illegible] ani[illegible]

Hominis fragilitas, quia caro eſt

Verſ.22. 99 *Et cuncta , in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra , mortua ſunt* [illegible] autem [illegible] [illegible]entium eſt mors: nam [illegible] [illegible]s in Sapien[illegible] cap 7. v[illegible]ſ. 6. *Vn[illegible]s ergo introitus eſt omnibus ad vitam , & [illegible]imil[illegible]s exitus* : In mundum ex nihilo in[illegible]ant ad nihil[illegible] vitæ viuentes , & à [illegible] d[illegible]cendunt ſimiliter ad nihilum mort[illegible] .

Mors finis omnium animantiū .

Verſ.23. 100 *E[illegible] deleuit omnem ſubſtantiam , quæ erat ſuper terram , ab homine vſquè ad pecus &c.* V[illegible]ra iuſtitia paria omnia reſpicit ſicut in puniendo , ſic , & in præmiando vnd[illegible] Dei offenſores hic pariter puniti videntur , & Dei amatores præmiati co[illegible]gnoſcuntur, nam legitur *Remanſit autem ſolus Noe , & qui cum eo erant in arca*: Hinc be[illegible]e p[illegible]phetauit I[illegible]ias cap. 11. Verſ. 4. *Iudicabit in iuſtitia pauperes , & arguet in æquitate pro manſue[illegible]is terræ : & percutiet terram virga oris ſui , & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium* .

Vera iuſtitia paria omnia reſpicit ſicut in puniendo ſic, & in præmiando .

Ver. 24. 101 *Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus* : Noe non poterat diminuere , vel facere decreſcere aquas , vnd[illegible] opus fuit diuino auxilio : Hinc habes , quòd deficiente auxilio humano adeſt diui[illegible]m ; indè canebat Dauid 120. verſ 1. & 2. *Leuaui oculos meos in montes: vndè veniet auxilium mibi . Auxilium meum à Domino qui fecit Cœlum , & Terram* .

Vbi deficit humanum auxilium adeſt diuinum .

DVBIA SACRA
IN CAPVT VII. GENESIS.

Verſ. 1 §. 1 QV[illegible], eſt [illegible] Noe [illegible] p[illegible] [illegible] dic[illegible]. Te[illegible] [illegible] m[illegible] a[illegible] [illegible] cam familiam [illegible] à [illegible] nau[illegible]gio [illegible] Domino, ingred[illegible] tu, & omnis Domus [illegible] in [illegible]? Conſulendus eſt hac de re S. Zeno Ve[illegible] Serm. de Patientia in Bi[illegible]. Vet. PP. [illegible] B col. mihi 765. impreſ. Paris. ita [illegible] fatus: *Noe cataclyſmum, quo omnis caro funditùs deleretur, denunciante Deo, imminere per momenta, & credit, & timet. arcamque, cum ſuis, vt ſaluus foret, quam iuſſus eſt facere, non præcipiti feſtinatione compingit nec tantum munus quaſi præſumptor, aut demens rapit, ſed patienter ædificat, patienter exornat, patienter varijs animantibus replet, quando ingredi iubeatur, quando ianuam claudere, patienter expectat, dignus euadere qui in tanto orbis metu non feſtinauit euadere.* N[illegible] N[illegible]emus annunciante Deo, c[illegible] orbi[illegible] naufragium, & [illegible] cr[illegible], & imbecillus [illegible]; & arca in ſui, & [illegible]orum a[illegible]lum *Non præcipiti feſtinatione compingit*, ſed prudente c[illegible]atione [illegible]: nec iam iam [illegible] [illegible] toti[illegible] [illegible] con[illegible] in[illegible] p[illegible] [illegible], ſ[illegible] m[illegible] con[illegible] [illegible]ectens patienter expe[illegible]t. *Dignus euadere, qui in tanto orbis metu non feſtinauit euadere.* O nun[illegible]m ſatis prudens [illegible] Pat[illegible]!

Feſtinatio in poſſendo conſilio, imprudentia eſt, & cæca: Tempeſtiua cunctatio egregie conſilium adornat.

Noe dignus fuit euadere orbis naufragium, qui in tanto orbis metu non feſtinauit euadere.

Prudens Patientia inſeparabilis eſt victrix.

Verſ. 1 2 Qu[illegible] Vnus Noe [illegible] cu[illegible] D[illegible] [illegible] ſ[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] C [illegible] 3 2 [illegible] D[illegible] [illegible]um, te ſolum inueni[illegible] ti[illegible] rationem [illegible]bere, tu[illegible] tus appar[illegible] omn[illegible]us a[illegible] ſubeo ingredi [illegible] m[illegible] mui dom[illegible] gredere tu, [illegible] omn[illegible] dom[illegible] Q[illegible]a g[illegible] non [illegible] & [illegible] re[illegible] [illegible]ti[illegible] tur

[illegible] ferre Gratias mer[illegible]tur

Verſ. [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] contubernio euaſ[illegible] [illegible] cr[illegible]. I[illegible] Bernardus ad H[illegible] [illegible]m [illegible] Arch[illegible]epiſco-[illegible] [illegible] epiſt. [illegible] 25. [illegible] D. col. 2 pag. [illegible] 33[illegible] *Inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet, inter malos veru, & laudem. Il[illegible]d tantæ facilitatis eſt, quantæ, & ſecuritatis: hoc tantæ virtutis, quantæ, & difficultatis. Quale nempè eſt iſtud tangere picem, & non inquinari ex ea, in igne ſine læſione verſari, & in tenebris a[illegible] [illegible] caligine?* O [illegible] [illegible]am [illegible] e m[illegible] [illegible]n [illegible] [illegible]nebra [illegible] [illegible]m ſta[illegible]e & [illegible] pe[illegible] [illegible]um c[illegible] e V[illegible] Cl[illegible] Dom[illegible]nus [illegible] i[illegible]r t[illegible] & t[illegible]ræ, inq[illegible]t [illegible], cum non c[illegible]mp[illegible]derunt & [illegible] non f[illegible]it. Q[illegible] in tenebris [illegible]ſt Chriſtum, & [illegible] [illegible] [illegible]e fu[illegible] [illegible] compr[illegible] [illegible]eſt, p[illegible] T[illegible] prædic[illegible], & [illegible] Noe ex[illegible] Deo d[illegible] *Te[illegible]*, [illegible] [illegible]er tot vi[illegible] e[illegible] c[illegible] ter[illegible]ſq[illegible] p[illegible], [illegible], & bon[illegible] [illegible]m [illegible] V[illegible] ad p[illegible] [illegible] cr[illegible] [illegible] Heræus [illegible] [illegible] *Exemplum extat in Noe [illegible] [illegible]ns, ſo par[illegible] [illegible] [illegible]ſtibus; eua[illegible] [illegible] & [illegible]r[illegible]atus, [illegible] ætas, p[illegible]x, e emi[illegible]t, è quibus, tanq[illegible] [illegible]m eſt genus ſapiens, quod m[illegible] [illegible]rminans, triplicem I[illegible] aelit[illegible] c[illegible] m[illegible] [illegible]m [illegible]tuit, Abraham, Iſaac, & I.* [illegible] H[illegible]c N[illegible] tanta h[illegible] [illegible] [illegible], [illegible](c[illegible] [illegible] eſt) [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] vt [illegible] riores e[illegible] a[illegible] acr[illegible]

Inter [illegible] bonum [illegible] ſal[illegible] b[illegible] [illegible]

[illegible] be[illegible] fac[illegible]

Int[illegible] b[illegible] d[illegible]

Mira[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]are

Verſ. 1

nonfuerat Noë eum ſua familia: nam ſcribit S. P. N. Auguſtinus epiſt. 152. lit. Q. col. 2. pag. mihi 208. *Portat multus cauſam ſuam, & perſonam ſuam; nec præiudicat alteri, quem in conſenſione mali operis ſocium non habet criminis.*

Verſ. 2

6 Quare ſi Deus in creatione animantium, cuncta quæ fecerat erant valdè bona, vti ipſe viderat, & omnia, inquit D. Seleucienſis Baſilius orat. 6. *Vna produxit vocatio; vnaque formauit manus omnia, quo modo quædam ſuapte natura honorantur, alia contra turpiùs appellantur?* Nam reſpondet ſibi eleganter, & acutè; idem S. Doctor: *Nam apud Ægyptios ſuperſtitionis inſanitas pro lege obtinuit. Siquidem apud ipſos Ibis Deus lege ſtatuitur & Canis &c. Hinc ſapientiſſimè Deus brutorum animalium naturam diſcernens edictis, quædam appellauit munda, quædam appellauit immunda.* Eccè quomodo immodici, & intemperantis honoris ſublimitas propriam hominis appellationem immundè deturpat.

Immodici honoris ſublimitas propriam appellationem immundè deturpat.

Verſ. 2.

7 Quare ex animantibus mundis ſeptenarius numerus; ex immundis verò binarius aſſumitur? præſtò eſt ad dubium S. Iſidorus inibi verſ. etiam 8. & 9. qui ità hac ſuper re ſcribit. *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena, &c. Non quòd pluris ſint boni, quàm mali; ſed quia boni* (impari numero ſignificati, qui inſectilis eſt) *ſeruant vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Mali verò in binario continentur, tanquam diuiſibiles, & ad ſchiſmata faciles.* O fuge vnitatis, & pacis diuortium, velut immunditiæ ſtigma, malitiæ characterem, & reprobationis notaculum. Imparem numerum, quia inſectilem eligit Deus; binarium, quia parem reprobat. *Mali in binario continentur, tanquàm diuiſibiles, & ad ſchiſmata faciles.*

Per animantium numerum, quia ſectilis, & ad diuortium facilis, à Deo reprobatur.

Pacis fractores, & iurgia inter vnitat ponentes à Deo reprobantur.

Verſ. 2

8 Quare (dicit S. Baſilius, Dei verba huius verſiculi ſecundi eleganti dubio elucidans) *immundorum numerum contrahis, binuque iubet induci? cur cum ſeruari genus præcepiſſet mundorum numerum ad ſeptenarium vſquè profert? Num ſi naturæ reliquias ex æquo ſeruari vult, cur non æqualem numeri modum ſeruat in vtriſque? & profectò ſummâ cum ſapientia?* O pulchrum documentum! Non ne vides myſterium? in diſpari numero ſtat pondus. Ex immundis malitiam inſpice, ſic cognoſces ex immunditia immunditiam propagari. O quam vberè prouentu vitia ſeminantur: Naturæ reliquias ex æquo ſeruari vult Deus, & animalium mundorum numerum vſquè ad ſeptenarium auget; at verò in immundis: *non æqualem numeri modum ſeruat*; ethicè etiam ſcius, ſeptenis mundis bina immunda ſatis, æquipollere ad immunditiei propagandæ negotium. Quia vberior aſſolet eſſe malitiæ fęcunditas: plùs velociùſque vides creſcere iniquitatem. Heù quàm de facili nequitia ſerpit!

Septenis mundis, bina immunda ad propagationis negotium æquipollent.

Velociùs creſcit iniquitas, quàm virtus.

Verſ. 2

9 Quare iuſſit Deus ſeptem, & ſeptem, & non ſex, & ſex de mundis animalibus in arcam introduci? Quia iam præuidebat Noe ſibi grates redditurum, poſtquam liberatus à diluuio ex arca egreſſurus eſſet, vndè vt haberet ſollicitiùs, quod Deo poſſet offerre induſtrius, acceſſit ipſe Deus, & ſeptem ingredi iuſſit animantia, vt tribus maſculis, & tribus fęminis ſaluatis ad propagationem, impar Deo offerretur. Hinc rem totam aperit S. Hieronymus li. 1. adu. Iouinianum dicens: *Ingrediuntur ſeptena, quæ munda ſunt, vt haberet Noe poſt diluuium, quod de impari numero ſtatim Deo poſſet afferre.*

Gratitudo; ſeù gratiarũ actio pro beneficio impergrèſſat.

Verſ. 2.

10 Quare, vti dicunt Doctores, impar animans mundum ex ſeptem; mas, & cęlebs deputatur ad ſacrificandum Domino poſt diluuium? quia quæ Deo ſacrificantur pura debent eſſe, & maſcula per virtutem, ideſt perfecta, aliter Sacrificijs Cain adſimilabitur. Vndè in Malachia cap. 3. verſ. 3. & 4. habetur: *offerentes Sacrificia in iuſtitia, & placebit Domino Sacrificium Iuda, & Ieruſalem.*

Quòd Deo ſacrificatur purum, & perfectum eſſe debet.

Verſ. 3.

11 Quare non addidit *de volatilibus immundis duo, & duo?* Quia pellucidæ regionis incolæ non trahunt à terra corruptionem, qua terrena animantia inficiuntur: O quantum, ſi cœlum conſideraueris, à terrena inquietudinis corruptione alienus eris. Eia ergò eia, ad cęlum perge, cœlum intuere, & videbis ò quantum ſordet terra. Eleua eleua cor tuum ad Dominum, & omnia pacata tui interni conſpicies: & ſi benè noueris, cęlum, & terra clamant, vt Dominum diligas. Hinc S. P. N. Auguſtinus, lib. 1. Confeſs. 1. hæc meditans confitebatur: *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te, &c. Cœlum, & terra clamant Domine, vt amemus te.*

Nimis ſordet terra, dum cęlum aſpicitur.

Cœlum, & Terra clamant, vt Deum diligamus.

Verſ. 4

12 Quare ſcripſit Moyſes Deum Noe dixiſſe, adhuc enim, *& poſt dies ſeptem, ego pluam ſuper terram?* Vt cognoſcamus magnam Dei pietatem; nam minatur ipſe, ne puniat; quia tantum temporis ſpatium concedit, vt perterrefacti homines reſipiſcentes, debitas pęnas euadant. Bellè S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 24. in Gen. lit. A, pag. mihi 123. peribit: *Etiam nunc ante ſeptem dies prædicit: volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere.*

Deus minatur ne puniat.

Verſ. 4.

13 Quare Deus homini certò perdendo aquas diluuij immittendas poſt ſeptem dies minitatur? Quia Deus omnes excogitat occaſiones, vt quem ſalutis propriæ amicum inueniat, ad hoc vt ſaluetur. *En quot ſalutis occaſiones* (inquit D. Baſilius, in orat. 6.) *excogitat Deus, ſi quem fortè ſalutis cupientem inueniat.*

Deus ſtudet inuenire occaſiones, vt peccatores ſaluet ſi velint.

Verſ.4. 14 Quare non plures, neque pauciores, quam poſt dies ſeptem, vniuerſale diluuium immiſit Dominus ſuper terram, vt eam tàm ingenti eluuione cum mundo vniuerſo perderet? Reſpondet S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 13. lit. K, col. mihi 233. dicens: *Non enim otiaſum videtur quod haud plures, aut pauciores interpoſiti ſint dies, ſed tot quot in conſtitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus eſt mundus, ſeptimo die requieuit Deus ab operibus ſuis. Quo declarauit iudicio, ipſum ſe eſſe auctorem mundi, atque diluuij. Mundum propter bonitatem ſuam condidit, diluuium fecit noſtrorum merito delictorum.*

Æquè, beneficiorum, ac ſuppliciorum ſe dignoſci Deus ambit auctorem.

Verſ.4 15 Quare Deus antè diluuium comminatoria verba de vniuerſorum naufragio, non ſemel, ſed iterum protulerit? Quia Deus *omnia hæc faciebat* (inquit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 24. in Gen. lit. B, & C, pag. mihi 123. & 124. tom. 5.) *vt nos doceret, quòd iuſtè eis tantam pœnam inflixerit. Et nullus tàm inſipiens, vt arguere, & dicere poſſit, ſi longanimior fuiſſet, fortè pœnitentiam egiſſent, fortè à peccatis abſtitiſſent, & ad virtutem rediiſſent. Eàque de cauſa annorum quoque numerum manifeſtum nobis facit, & arcam fabricari iuſſit. Et poſt hæc omnia, etiam antè dies ſeptem prædicit, vt omnium temerè loquentium impudentes linguas compeſcat.* Eccè quantum Deus ſe iuſtiſſimum pandit in ſuis punitionibus.

Iuſtiſſimum ſe Deus pandit in ſuis punitionibus.

Verſ. 5 16 Quare toties replicat ſcriptura Noe feciſſe omnia iuxtà mandata a Domino accepta? Vt nos doceret implere mandata Dei, nam per virtutem obedientiæ cariores, & gratiores domino efficimur. Vndè de Noe ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus, vbi ſuprà lit. C, pag. mihi 124. *Vide quomodo, & nunc prædicat iuſti gratitudinem, & obedientiam diuina ſcriptura: docens nos, quòd nihil quòd imperatum erat prætermiſerit: ſed omnibus impletis, etiam per hoc virtutis ſuæ ſpecimen præbuerit. Illum igitur, & nos imitemur iuſtum, & mandata à Deo tradita implere ſtudeamus, & leges à Chriſto nobis latas non deſpiciamus.*

Homo fit carior, & gratior Deo per virtutẽ obedientiæ.

Verſ. 6 17 Quare ſexcentorum Noe deſcribitur annorum cum vniuerſale diluuium ingruit? quia Deus multum expectauit illos exleges homines ad pœnitentiam. *Ex hoc colligitur*, ſcribit Hugo de S. Victore ibidem, *quandiu expectauerit ad pœnitentiam eos Deus, ſecundùm Apoſtolum Petrum, in epiſtola ſua* (cap. 3. verſ. 20.) *dicentem; Qui increduli fuerant aliquandò... in diebus Noe cum fabricaretur arca.*

Deus ſemper tardus ad puniendum expectat multum ad pœnitentiam peccatores.

Verſ. 7. 18 Quare Noe, & filij eius arcam ingrediendo non plures vxores acceperunt, ſed ſinguli vnam, ſi Lamech eorum anteceſſor, & Auus duas duxerit? O' mirum caſtitatis coniugalis elogium, & encomium! Vnico viro, vnica aſſociatur coniux; quia dum decentius, caſtiuſque matrimonium tractatur numeroſior filiorum copia producitur: *Vides hic*, inquit, Oleaſter ad mores, *qualiter Sancti Patres vnica erant vxore contenti! Aduectit: Non ſic autem, qui ex Cain originem ducebant, qui non ſolum multas, ſed pulchriores ad explendam libidinem ſuam acceperunt:* O' quàm benè qui non vna, & ſua contentus viuit vxore à Caini origine enumerandus cum illius miſerabili euentu adiudicandus cenſetur!

Origo ſæcunditatis eſt caſtitas.

Matrimonio dum decentius caſtiuſque tractatur numeroſior filiorum copia producitur.

Verſ. 8 19 Quare tot animantia (ſicuti Leones, & Tigrides, Vrſi, Tauri, & Leopardi; Lupi, & Canes) quæ valdè duro bello inter ſe decertant valdè amicabiliter in arca degerint? Quia vniuerſalis preſſura orbis, qua tantum in ergaſtulo recluſa continebantur, illa ſic aſſociauit, vt commutato odio in amorem, valdè amicabiliter ſimul degebant, ac eodem pabulo paſcebantur. Ad rem preclarè currit D. Bruno de Laudibus Eccleſiæ dicens, *Quos natura diſſidentes procreauerat, potius orbis calamitas eodem in pabulo pacificauit.*

Oppreſſi etiã natura repugnante vniuntur.

Verſ. 8. 20 Quare dicit Alcuinus (inter 119. in Geneſim) *Se non inuicem non debellarent diuerſi generis animantia?* Reſpondet ſibi conſimiliter vt ſuprà. *Sicut Dei nutu adducebantur in Arcam, ità & Dei nutu conſeruabantur in Arca.* Hinc moraliter deduc nobile documentum, ſcilicet qui inteſtina animitus hoſtilitate diſſident, & bella pugnaciſſimè gerunt, dum ad Arcam, ideſt MARIAM vadunt; dum in arca degunt, veteres exuunt inimicitias, & amico fœdere vnanimes adſociantur mutuo pacis commercio.

In Arca ferarum hoſtilitas deponitur, & concordia initur.

Qui inteſtina hoſtilitate diſſident, & bella oſtinatè gerunt dum ad Arcam Mariæ vadũt amico fœdere adſociantur.

Verſ. 9 21 Quare Noe in Perſona non curauit præcedere animantia, ac volucres quas ipſe ſequeretur? Dum dicitur quod ſint Duo, & Duo ingreſſa ad Noe? Quia ſolummodò Noe exemplo omnia ſibi ſubdita præcedere maluit. Eſt reflexio eruditiſſimi Eſcobar ibidem dicentis, vt dubium ſibi ipſi ſoluat *Certè non tam potens terror ſubſequentis ad ſubditorum adductionem à vitijs ad virtutem, quam Præſulis ducentis, præcedentis exemplum.* Eccè qui cæteris honore præſtat, præ cæteris bono exemplo inuigilare tenetur, & præ cæteris adlaborare in via virtutis debet: aliter namque dignitati detraheret, & rapina honoris ſorderet.

Aptius eſt ſuperioris exemplum ad adductionem ſubditi, quã terror ſubſequentis.

Verſ. 10 22 Quare dicitur, & cum tranſiſſent ſeptem dies inundauerunt aquæ ſuper terram? quia quo benigniùs paterna comminatione flagelli, non ſemel atque iterum, emendando ſtudet Deus peccatori, eò ſtultiùs hic inſaniens, & ſalubrem effugiens ſubire cenſuram, tanto plus diſtrictæ rigorem experitur vindictæ: Eleganter ſuffragatur Lactantius Firmianus lib.

Inemendabiles peccatores Deus plectit inſanabili plaga.

de

Patientia Dei viliſſima ad peccatorum pœnitentiam.

de ira Dei cap. 20. *Cum enim* inquit *Maximu, & viliſſimu ſit Dei patientia, non patitur longius procedere, cum eos inemendabiles eſſe prauiderit,*

Verſ. 11

23 Quare principales creaturæ tam è Cœlo, quam è Terra aſſignantur, vt principales diluuij cauſæ *Rapti ſunt omnes fontes abyſſi magna, & cataracta cœli apertæ ſunt*, nonnè ſufficiebat, quod cataractæ Cœli, seù aeris in magnum aquarum imbrem ſeſe diffunderent, ad quid vltra fontes abyſſi, ſeù terræ etiam per magnos refluxus aquarum conueniunt? vel etiam è contra ad inundationem ſufficiebant fontes abyſſi, ad quid etiam cataractæ Cœli? Sine dubio vt notum habeamus, quod omnes creaturæ tam supernę, quam infernæ, tam cæleſtes, quam terreſtres ſeſe exhibent pugnantes, ac dimicantes pro Deo contrà peccatores. Sic affirmat S. P. N. Auguſtinus Lib. 1. de mirabil. Sacræ Scripturæ *Vt oſtenderetur* ait *quod contra rebelles, & contumaces ſeſe pariter vniuerſus orbis armabit,*

Omnes creaturæ pro Deo aduerſus peccatorem pugnant.

Ver. 11.

24 Quare cœli cataractæ apertæ ſunt, vt eluuione immenſum exundante ſpurcam luxu terram eluant, & emaculent? Appoſitè ad dubium Philippus Abbas bonæſpei de obed. Cleric. cap. 6. *Rectè* inquit *carni, qua nullu in cæleſtia deſiderio ferebatur, aquis diluuij Deus ſuper inducere comminatur, & interficere omnem carnem, quæ ſpiritui noluit obedire, ſed proprijs voluptatibus inſeruire; quæ noluit paſſiones corporis exſecrari ſed in illis ſenſu perdito volutari, & qua* (Attentius ad quæ ſubdit) *luxuria rheumatibus, & locis humectibus delectabiliter eſt immerſa, tribulationum profluuio, velut aquarum diluuio penaliter ſit ſubmerſa.* Benè, & optimè libidinoſos homines firmamentum punit, & de effuſiori luxu ſeueriores vindicias Cęlum agit. Luxuriæ enim enormius Cęlum offenditur, dum contemptim deſpicitur, & terrenæ voluptatis ſtudio ſuſcipi negligitur.

Contemptum luxuria cœli in illam diuinas ſanis vracundias ſtuat.

Verſ. 11.

25 Quare tam accuratè exponitur quo menſe diluuium contigerit, ſcribente Moyſe: *Anno ſexcenteſimo Vita Noe, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis?* Vt ſimul cum ſuis diuitijs morerentur homines, & ſua ſimul cum dote tumularentur; Nam in iſto menſe omnia virentia augentur in terra animantia fętura ſe fundunt, ager parturit, fructus, floreſque pullulant. Vndè benè, fraudentur floridà fructuum ſpe peccatores illi, qui diù expectatos pęnitentiæ fructus non fecerunt. Emoriantur exleges cum naufraga ſpe, merſa diluuij aquis, qui iam diù fidei fecerant naufragium. Ad rem moralem opportune ſic loquitur Mediolanenſium Paſtor dicens in lib. de Arca, & Noe, tom. 1. cap. 14. lit. C, col. mihi 234. *Quando augentur ausſcentia, ager parturit, terrarum pariter atque animantium fœtura ſe fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret qui in ſua abundantia puniebantur.....Pereant cum homine omnia, propter quem nata ſunt omnia. In ſuis diuitijs conſumatur homo, cum ſua dote moriatur.* Quid homini acerbiùs contigit an ipſum mori, an mori ipſius ſpem, prouentu iam iam fęcundam florente ſecundi menſis verno lætiſſimè tempore? Heù geminum in vna vita naufragium! tumulantur homines in diuitijs ſuis, & vnicum naufragium, eſt mors, & ſepulchrum. Et si bellè dixit Veritas, Lucæ cap. 12. verſ. 34. *Vbi enim Theſaurus veſter eſt, ibi, & cor veſtrum erit*, non alibi tumulandi erant, quam in Theſauris ſuis.

Peccator qui taliter in diuitijs ſuis viuit, compeditus, cum ſuis diuitijs, moritur, tumulatur.

Spes hominis ſi alibi ponitur, quam in Deo naufragat.

Dos hominis eſt terra abundantia.

Vbi Theſaurus, ibi ſtat cor.

26 Quare ſcribit Moyſes rupti ſunt fontes omnes abyſſi magnæ, & non aperti? reſpondet Lyranus ibidem lit. F, col. mihi 154. *Nomine ruptionis vtitur, ad oſtendendum quod illud diluuium non proceſſit ex cauſa naturali, ſed ſupernaturali.* Vide quomodo Deus ad puniendum homines ſuprahumano modo, ideſt diabolicè peccantes, ſupernaturali vtitur flagello. Heù peccantium incauta mens! currit iniquitas, properat flagellum, crimen excedit, & vindicta exſuperat. Audite ſceleſti, & nolite obdurare corda veſtra. Verſ. 11.

Peccatores homines ſuprahumano modo peccantes, ſupernaturali modo flagellantur

27 Quare dicitur immiſſum diluuium Anno ſexcenteſimo vitæ, vt aboleretur homo qui ſexto die creatus fuit, vndè nam comparationis oritur motiuum ſenarij diei? O' culpa, ò culpa! En En ad quæ Numinis pietatem auertere feciſti? ad hanc potiùs quàm ad aliam reſpicere maluit Deus ſexcentorum ætatem annorum, cum ferale adeò abolendi hominis ſpectaculum fuerat exhibendum, vt Senarij memoratione numeri, in tot ſatis abundè collatorum, qui hæc legeret, vel ſubaudiret adigeretur recordationem beneficiorum, quæ in eo typicè adumbrata numero, in ſacris exarantur ſcripturis; indèque doceretur imperitus, vel ab ipſo mundi exordio ſeſe nobis adeò prodigè beneficium clementem adeò, & miſericordem exhibuiſſe Creatorem, vt nonniſi addenſatis peccatorum aculeis irritatus, rigidum ſe temporibus ſucceſſiuus, delinquentis vindicem oſtentauerit creaturæ; cùm feralem generis humani adhibuit vltionem anno Noe ſexcenteſimo perpetratam? Hoc totum collige ex calamo Sancti Ambroſij lib. de Noe, & Arca capit. 14. lit. F, col. mihi 234. & lit. G, colum. mihi 235. ſcribentis: *Quod autem ſexcenteſimo Noe anno ſit diluuium illud, videtur oſtendere quia ſexto die Adam creatus eſt. Idem numerus par, & in auctore, & in reparatore ſeruatur, quia fons ſexageſimi, & ſexcenteſimi,* Verſ. 11

Numero eodem ſenarij diei, quo Deus hominem creauit homi, nem ipſum diluuio aboleuit.

Quanto magis abundant Peccatores diuinis beneficiis, tanto plus experientur ſeuiora diuina flagella.

ſextas

ſextas eſt numerus .... Quo ſignificatur, nunquam Deum eo numero, vel tempore interitum hominum fuiſſe facturum, quo fecit exordium niſi immanibus delictis eſſet offenſus. Simul veniam temporis, & numeri ratio promittit, quòd etiam iratus admoneatur tàm præcedentibus cauſis beneficiorum ſuorum, vt non pœnitas deleat eorum ſubſtantiam, quos ipſe donauit.

Sic Deus blandè miſericors in peccatores, vt nonniſi exaſperatus in eos nouerit deſæuire.

Verſ.11. & 12. 28 Quare dicitur, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus? Ad hoc intelligendum ſcribit Sapientiſſimus Lippomanus: *Quòd autem nos cataractas dicimus, Hebraicè* ארובות *arubboth legitur, quòd tam cataractas, quam feneſtras, ex quibus aliquando inſidiatur ſignificat.* Audis myſterium? Vt peruicaciam humanæ temeritatis punire Deus videatur acerbiùs inſidiari peccatoribus dicitur. O arcanas cęlitum inſidias! incauti viuebant ſceleſti illi homines; vndè ſanè hic inſidiari ponitur; nam inſidiari non dicitur, quiſquis lædit, ſed qui ex inopinatò, & improuiſò nocet, & ſecurum, ac incautum inuadit, & perdit. En peccator incaute, & ſtulte tu requieſcis, comedis, bibis, epularis, & neſcis quòd tibi Dei flagella inſidiantur dicentis, & admonentis miſericorditer Lucæ c.12.verſ.19.& 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te.*

Deus peccatoribus, dum de cœlo flagella emittit, quaſi inſidiari dicitur.

Incautis peccatoribus inopinatò deſcẽdunt Dei vindictæ.

Verſ. 12 29 Quare, *cum ſatis* (addubitat S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 13. lit. H, col. mihi 232.) *Fuiſſet Moyſi, dixiſſe diluuium fuiſſe quadraginta diebus, addiderit quadraginta noctibus?* & eleganter reſpondet ſibi, *& aliqui ità acceperunt qui antè nos fuerunt, vt & virorum, & mulierum facta interitas, demonſtraretur, diem ad virum referentes, qui ſit purior, ſimilis lucis: noctem ad mulierem, quæ viro dormiente creata deſcribitur.* Sic iudex æqualiter omnia puniat.

Per diem vir, per noctem mulier deſignatur.

Æqualitas in puniendis reis ſeruari debet.

Verſ. 12. 30 Quare ex hoc addubitandum eſt per dies viri, aſſignati videantur, & per noctes mulieres adnotentur? *Quia* ſatisfit idem S. Doctor ibidem lit. I. *Vir prior, quaſi auctor, qui virtutem moueat mulieris, atque in partus excitet; acta ille clarior publico, iſta obſcurior, tamquam domeſticis clauſa parietibus, & nocti proxima, ſecundo orta loco, & creationis ſuæ formata, iam coſta viri debens gratiam: ſuperiori quoque potioris obnoxia priuilegio, & pariendi vſu materialibus comparanda.* Hæc Sanctus Ambroſius, quibus addiderim; ideò virum, Soli; mulierem, Nocti, aſſimilari; quia, ſicuti nox depellere nequit contractas tenebrarum caligines ni radiantis ſolis lumen illuceſcat; ità, nec mulier ſuæ mentis cæcitatem, ni ſinceræ cognitionis lumen à viro valeat mutuare; nec aperire oculos aliquandò poterit, ni maritus lumen admoueat; quandoquidem, nec priùs Heua, quam Adamus aperuiſſe oculos enuntiatur; ex quo euincitur futuram mulierem in omnibus viro ſuo inferiorem: hinc Doctor gentium ad Coloſſenſes cap. 3. verſic. 18. mulieribus hoc impoſuit præceptum dicens: *Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet, in Domino.*

Cur dies viro, nox mulieri competant.

31 Quare dicitur in articulo illius diei Noe ingreſſus eſt in Arcam, & non in fine illius diei? Quia ingreſſio in Arcam pænitentiæ debet fieri in primo articulo diei, & non differri ad nouiſſimum articulum vitæ. Hinc Rauennas Eloquentia Serm. 167. de Diuo Ioan. Baptiſta prædicante pag. mihi 563. in fine hortatur dicens *Pæniteamus fratres, pæniteamus citò, quia nobis ſpatium temporis iam negatur: iam nobis ipſa hora concludit: iudicij præſentiam iam nobis ſatisfactionis locum excludit.* Currat ergo pænitentia, Sententia ne præcurrat. Verſ.15.

Pænitentia nõ debet differri ad vltimum articulum vitæ.

32 Quare expreſſit Moyſes Noe cum ſua familia ingreſſum eſſe in Arcam in articulo diei illius? Ad hunc dubium explanandum oportet ſcire, quod iſta verba *in articulo diei illius*, ex Hebræo tranſtulit Caietanus *In proprietate dies iſtias*; Vndè dubium eſt, idem ac dicere quare hæc dies propria dicitur dum Noe intrauit in Arcam? quia Noe adimplebat quæ iuſſerat ei Dominus vndè proprius dies dicitur, & eſt, in quo homo benè operatur, reliqui impropriè dies ſunt. Propriè dies illa eſt, in qua Dei voluntatem exequeris; reliquæ impropriè dies tibi ſunt. Cum bona agis *In proprietate diei* operaris; ſi ſecùs facias, impropriam diem viuis. Verſ. 13

Proprius dies eſt in quo homo benè operatur, reliqui impropriè dies ſunt.

33 Quare anteponuntur aues, volucribus, cum dicitur *Vniuerſæ aues, omneſque volucres*: & quæ diſtinctio hic agitur inter aues, & volucres, cum ipſæ Aues volucres etiam ſint? Diſtinxit Noe aptè aues a volucribus; aues propriè enim ſunt, quæ pœnnas habent: Volucres propriè ſunt, quæ alas ſinè plumis instructas, ſiuè ex membranis formatas habent, vt Veſpertilio, ſcribit S. Ambroſius l.5. Hexam. cap. 24. tom. 4. Vndè cum ipſa Noemi arca exprimat Sanctæ communitatis effigiem, ipſæ aues cantent, minimè Volucres; dicendum, quod rectè anteponuntur aues volucribus; quia ſunt in clauſura, Religione, & communitate anteponendi, qui die, ac nocte (Pſal. 91. verſ. 2.3.& 4.) *Pſallunt nomini Domini Altiſſimi, & annunciant mane miſericordiam eius, & veritatem eius per noctem; in decachordo, pſalterio; cum cantico, in cithara.* Hinc eleganter ad rem ſcribit S. Ambroſius Serm. ord. 43. tom. 3. *Quis igitur non erubeſcat ſenſum hominis habens, ſine pſalmorum celebritate diem claudere,* Verſ.14.

Aues ſunt quæ pennas habent.

Volucres ſunt quæ alas ſine plumis habent.

Aues ipſæ cãtant, minimè volucres.

Aues ſunt Religioſi choro deputati; Volucres non choro deputati, vel chorũ fugientes.

dere, cum [illegible] *aues ad gra*[illegible]*ficandum pſalterij ſuauitate perſultent, & eius* [illegible] *loriam non verſum in dulcedine perſon*[illegible] [illegible] *lanuem* [illegible] *cres (id eſt auc*[illegible] *Modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo frater minutiſſimas aues, mane, & veſperi Creatori gratias referendo. Et ſi es deuotior imitare luſciniam, cui quoniam ad dicenda laudes dies ſola non ſufficit, nocturnam ſpatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laud*[illegible] *tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, & inſomnem ſcepti laboris in*[illegible] *ſtriam ſerie pſalterij conſola re:* nam [illegible] Dei, ben[illegible] ceſſanter d[illegible] t[illegible] gratiarum ac[illegible].

34 Quare e[illegible] ipſe Deus foris, & b[illegible] tuinina [illegible] ? [illegible] mu[illegible] [illegible] Cha[illegible] ſ nu *Vbi adficit humanum* [illegible] *dium, a ſ*[illegible] *diuinum. I*[illegible] *De*[illegible] [illegible] tentiam [illegible] d[illegible], & [illegible] hu[illegible] nom lætat[illegible]

Verſ. 15 35 Qu[illegible] d[illegible] eſſe in gre[illegible] b[illegible], & b[illegible]a, & non ſeptem, & ſ[illegible], ſi ſuperi[illegible] *[illegible]erat* Do[illegible] *Tolle ſeptena, & ſeptena* [illegible] in[illegible] ſent in arc. m[illegible] bi[illegible] ſ ma[illegible] eſt vnita ma[illegible]us, & ſ[illegible], Scriptura v[illegible] tur iſta phraſi ad i[illegible], quod [illegible] culus, & fœmina vin[illegible], & con-b[illegible] matrimoni *Sunt duo, ſed vna* [illegible] *caro*, ſicut dixit Ch[illegible] D[illegible] 8. *Es erunt duo in carne vna* [illegible] *non ſunt duo, ſed vna Caro.* Hinc d[illegible] [illegible]tur *Bina, & bina*, ſ[illegible] vt ſ[illegible] quia *Sunt vna caro*

Verſ. 17. 36 Quare dicitur [illegible] eſſe [illegible] à terra po[illegible] Vt [illegible] ſ[illegible] [illegible] ulatione intus [illegible] tem, & del[illegible] & filij eius, qu[illegible] in [illegible] deliciatur [illegible] lætit[illegible] [illegible] hinc a[illegible] [illegible]batur [illegible] a terra. Hoc [illegible] Æ[illegible] eſt Quemadmodum [illegible] rius ſonat [illegible] [illegible] intim[illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] ad Sc[illegible] [illegible] *[illegible] ne dicto præter quam ſonant,* [illegible] *& in vo*[illegible] *bu erit, aliud in ſen*[illegible] *vt* [illegible] *vt parabolæ, vt ænigmata* [illegible] vita al[illegible] [illegible] aduer[illegible] [illegible] la[illegible]os, & labores: a[illegible] [illegible] quomodo,

lætitiam & ſerenitatem. Bene ſtat igitur iuſtorum h[illegible] ænigmati comparata, ſub a[illegible] onſtrat, quam quod ocul[illegible] indicare [illegible]. Hoc ænigma ænigmaticè aperuit Iob cap. 13. verſ. 17. & 18. dicens *Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris. Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar* Hoc ænigma quod proponit Iob, in verbis non eſt [illegible] ſ[illegible]s, vt præclarè gloſauit Philippus Abbas bonæ ſpei ibidem ſcribens *Examinationis ſlagella idcircò ænigmata vocat ap*[illegible] *lare, quoniam qui innocentes, & iuſtos* [illegible] *lari conſpiciunt, velut* [illegible] [illegible] eſt [illegible] [illegible] ænigmaticè [illegible] eſt S. Io[illegible] Chryſoſtom[illegible] ad Populum Anti[illegible] t. to. 4. dicens *Ænigma nunc facta eſt miſeria noſtra.*

37 Quare ſcripſit Moyſes, quòd aquæ v[illegible] inter m[illegible], & omnia reple-[illegible] V[illegible] ta-[illegible] Deus [illegible] aquæ vehementer inunda[illegible], & omnia repleuerunt, non ſolùm nocentes, ſed & innoxios infantes, brutaque animalia de medio tollendo, & alio gur[illegible] ſuffocando, [illegible] ſanc[illegible] iu[illegible] *exertæ non exceda*[illegible] *ſilia, quia, cum lento gradu ad vindictam* [illegible] *ina procedit ira, modum ſer*[illegible] *&* [illegible] *tem compenſat* inquit D[illegible] Fer[illegible]. Verſ. 18

Supplicij tarditatem grauitate illius Deus compenſat.

38 Quare p[illegible] æ[illegible] valentibus aquis diuinæ vindictæ omn[illegible] montes excelſi ſub vniu[illegible] ſ[illegible] operti ſunt? Quid enim in montis figura adiacet? Carnalis voluptas, peccatum moraliz[illegible] Origenes: in Num. hom, [illegible] benè operuerunt [illegible] montes, [illegible] aqua diuini flagelli de terra crimin[illegible] deleuiſſet, dicitur, quod operti eſſent m[illegible]. Hinc Dauid ce[illegible]nit Pſ[illegible] 45. verſ. 3. *transferentur montes in cor maris*: quòd iuxtà Micheæ (cap. 7. verſ. 19.) or[illegible] [illegible] peccat[illegible] [illegible] loco *Deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* Verſ. 19

In monte peccatum adumbratur.

39 Quare exp[illegible] a[illegible] ſe [illegible] tiorem [illegible] bi-[illegible] ? [illegible] conſte[illegible] ep-[illegible] hic, [illegible] Hu-[illegible] 7. G[illegible] Coon[illegible] D, c[illegible] 11. requir[illegible] animarum, quæ [illegible] a ætate plenè poſt reſ[illegible] quæ erit [illegible] ua die, & [illegible]. Verſ. 20

Animarum requies poſt reſurrectionē, ſignificatur per quadra-ginta cubitos. Resurrectio [illegible] in octaua die, & in octaua ætate.

40 Quare [illegible] aqua [illegible] c[illegible] ſ[illegible] montes? [illegible] t[illegible], iuxta L[illegible] A[illegible] [illegible] pag. m[illegible] 8. part. 2 [illegible] quam [illegible] Verſ. 20

Theologia adumbratur in monte.

myſt[illegible]

myſticæ aquæ quindecim cubitis, & operiunt,) nemo poteſt attingere ad ſciendum quanta erit gloria, & requies electorum, quam habent per aquas baptizati. Vndè ad rem Prophetans Iſaias dixit cap. 64. verſ.4. *A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.*

Nemo poteſt attingere ad ſciendum quanta ſit gloria electis præparata.

Verſ. 21 41 Quare refert Moyſes conſumptam fuiſſe omnem carnem? Quia excluſi ab ædificio virtutis iam mortui ſunt morte culpæ licèt adhuc viuant vita naturæ, ſicut dicitur Apocal. c. 3. verſ.1. *Nomen habes quòd viuas, & mortuus es.* At verò, o quam tolerabilius eſt citò mori, quàm vitam ad prolixam, aut inhoneſtam mortem extendi: Vita niſi à mortis ærumnis elongauerit leiuncta, non eſt vitæ vocabulo digna. *Fit mors*, aiebat Mercurius Philoſophus apud Stobæum lib. de laude mort. cap. 121. *Per diſſolutionem ægroti corporis, & ob læſionem compaginum eius; eſt autem compago articulatio corporis; moritur corpus, cum non ampliùs ferre poteſt hominem* Addit, *& hoc ipſum mors eſt corporis diſſolutio.* Sic ergo moritur anima morte culpæ cum non ampliùs ferre poteſt gratiam. Proh miſera vitæ mortis peccatoris infelicitas?

Excluſi ab ædificio virtutis, iam mortui ſunt morte culpæ, licet adhuc viuant vita naturæ.

Tolerabilius eſt citò mori, quam vitam ad prolixam, aut ad inhoneſtam mortem extendi. Vita ſi non eſt elongata a mortis ærumnis, non eſt digna vocabulo vitæ.

Mors corporis quomodo fiat.

Verſ. 22 42 Quare dicitur mortua ſunt omnia in quibus ſpiraculum vitæ erat in terra? forſan nec etiam animantia, quæ ſimul in eluuione Dei vindictæ mortua ſunt cum hominibus, gaudent ſpiraculo vitæ, ubi eodem, quo potitus fuit homo in Terreſtri Paradiſo, Gen.2. verſic.7. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem?* Quare ergo inbit Moyſes, abſque vllo diſcrimine inter homines, & animantia, & cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra mortua ſunt? Ad dubium ſoluendum [illegible] eſt, quòd ſpiraculum hominis [illegible] a Creatore fuit ipſa anima [illegible], & rationalitas, vndè [illegible] homines per ſcelera [illegible] inſipientibus com[illegible] & [illegible] rationis vſu quo [illegible] bruta commuta[illegible] mè Moſes no[illegible] s [illegible] animantibus. E[illegible] ſubtiliſſimum acce[illegible] acumen dicentis, [illegible] & operibus eius cap.21. [illegible] Colon. Ag[illegible] 1.& 2. pag. [illegible] *commiſſum eſt homini rationis talentum, qui ſi benè expenderit ipſe remunerabitur; ſi autem in terram defoderit, auferetur à Deo, & ipſe punietur... Hoc ergo diſfert [illegible] hominis à ſpiritu iumentorum, quòd [illegible] rationalitatē accepit munere Dei, ille autem brutus permanſit.* Sed cum homo in[illegible] te non pe[illegible] aqua [illegible] conditio eorum .... *& vnus eſt vtriuſque in*-

Spiraculum vitæ hominis eſt ipſa ratio, nalitas.

Peccator homo peccando Brutis fit ſimilis.

Homo, & bruta eadem flagello punita in diluuio, & quare.

teritus. O homo peccator hæc meditare, & tuæ nobilitatis conſcius miſerere ignobilitatis, quam cum brutis Dei inſcius habes

43 Quare, inquirit Theodoretus, quæſt: 50. Deus *diluuio multitudinem hominum delevit.* Dum legitur, & deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram &c? Reſpondet ſibi dicens: *Delere ſobolem Cain voluit, & quia piorum tribus illis permixta erat, ob id ſupplicij particeps fuit.* Itaquè ex Theodoreti Sententia ob proximitatem reproborum, piorum Tribus deleta eſt; quia Sethi progenies poſteritati Caini intexta, & vicina fuit, hinc eamdem tulit Cladem. Noſce ergo quàm periculoſa ſit improborum vicinitas Verſ. 23

Loquitur [illegible] [illegible] expoſito

Vicinitas improborum periculoſa.

44 Quare deleta fuerunt ſimul cum hominibus animantia, quæ cùm carerent vſu rationis Deum non offenderant, & tamen deleta fuerunt vti colligitur, ex relatione Moyſis, & deleuit ab homine vſque ad pecus, tàm reptile, quàm volucres Cœli, & deleta ſunt de Terra? Quia animalia erant hominis ſeruitia, cum ipſo homine perierunt vorticibus circumrotata, & abſumpta. O quàm infelices ſunt improborum ſerui, dum aliena ſæpè culpa grauiſſimas ſoluunt pœnas, & ſuſtinent [illegible] anguſtias? Sic omnes P[illegible] na Dominantis ret mul[illegible] Verſ. 23

Serui [illegible] proborum [illegible] dominantis [illegible].

45 [illegible] us Patriarcha Noe remanſit [illegible] & qui cum eo erant in arca [illegible] generale diluuium totius [illegible] abſtergens ceſſauit? [illegible] myſticè in Noe, niſi quilibet iuſtus [illegible] Quid per arca, niſi corpus humanum? Quid diluuium niſi paſſio [illegible] rationalis enecans creaturæ? Cum ergò iuſtus homo, reſecandis hu[illegible] incumbit paſſionibus, ſignatur [illegible] ditur, in arca, ſcu in corpore [illegible] quia humanum q[illegible] modo c[illegible] excedit humanas [illegible] nem [illegible] ecare pa[illegible] nes, & ipſi [illegible] quid [illegible] ipſum [illegible] non [illegible] s deg[illegible] [illegible] *Et benè addit* [illegible] S. Am[illegible] D, cap.15. [illegible] 37. *in arca remanſit, quaſi vix cre[illegible] ſatis corporalibus paſſionibus [illegible] cum adhuc verſari in corpore quod [illegible] terrenis careret contagijs, incorrup[illegible] corporis tamen adhuc ſubſtan[illegible] abat, & velut incorporeus corpore [illegible] diluuio, non abſorbebatur Cor[illegible] erens quaſi in arce poſ[illegible] p[illegible] inſuperabilis paſſionibus ſi incorporeus in medio tantorum motuum gu[illegible] rnaret* Verſ. 24

Adumbratur [illegible] eſt cura [illegible] hibenda [illegible] ſiones [illegible] ſtas, & affectus.

46 Q[illegible] M[illegible] tam ſæpè inculcat [illegible] Quia Ve 2

tam

tam difficilis in hominibus mortis materia, vt vel in conſpectu communis interitus, & ineuitabilis caſus nunquam non inueniant montem refugij quo exiſtiment ſingulariter poſſe à morte liberari. O vana ſtultorum fiducia! qua putant ſi longæua perdurauerint ætatem mortem facillimè euaſuros; immò cum illo Euangelij ſtulto vnuſquiſque adluditur ſibi fabulans(Lucæ cap. 12. verſ. 19.)*Et dicam Animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.*

Mors eſt ineuitabilis.

Verſ. 13 47 Quare quando dicitur Noe ingredi Arcam, vt ſaluaret ſe cum tota ſua familia exprimitur particulariter *In articulo diei illius*? Quia tota Noe, & filiorum illius ſalus, ac proindè eorum omnium, qui ſalutem conſequuntur ab *Articulo diei illius*; nimirum à certa quadam, & determinata opportunitate, & occaſione dependerit. Hac ergo ſcriptura, nos omni die, omni hora vigilare monemur, quòd qua hora Dominus cum occaſione ſalutis aduenturus ſit, omninò ignoremus; ità ianitori vigilare præſcribitur(Marci cap. 13. verſ. 34. *Et ianitori*, inquit, *præcepit, vt Vigilet*) vt occaſionis punctum norit, eoque lapſo ianuam ſtatim occludat, ne fugiens occaſio ab eo, quem ipſa preterijt, prehendi queat. Vndè inibi poſt hæc verba Dominus ſic infert ibidem verſ. 35. *Vigilate ergo neſcitis enim quando Dominus domus veniat*, ac ſi dicat, Vigilate vos, quia, & ianitor vigilat, vt ipſomet occaſionis momento tranſacto ianuam in æternum claudat: Sed ò nimis ſtulti, & tardi corde ad credendum peccatores? vos confiditis in verba mendacis temporis, & neſcitis quòd *Sicut in diebus* (inquit S. Matthæus cap. 24. verſ. 37. 38. & 39.) *Noe, ita erit, & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes* (perpende verba) *vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit, & aduentus filij hominis*; hinc audi verba Gentilis Senecæ epiſt. 22. & confundere, *Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt, occaſionem obſeruare properantem itaque circumſpice, & ſi videris prende*: ergo dum pœnitentiæ tempus habes, occaſione vtere.

Tota noſtra ſalus ab occaſione dependet.

Tranſacta occaſione oſtiū clauditur.

In momento, & à momento negotium æternitatis pendet.

Peccatoribus ſicut accidit temporibus Noe ſic euenit in Aduentu filij Dei.

Obſeruanda ſunt momenta, quæ poſt hæc occaſio ſalua.

Verſ. 18. 48 Quare, & quomodò abſquè vllo gubernatore, & abſque vela nauigantes per aquas horrendæ eluuionis furentes in Arca Salui facti ſunt Noe, & alij ſeptem cum ipſo? Sapientioris, & ſecretioris Theologiæ apex Petrus, ſapienter dubium ſoluens, nos edocens, dicit in prima epiſtola cap. 3. verſ. 20. *Octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam*. Per aquam, per quam cæteri immaniter periclitantur, ipſi ſalui facti ſunt. Aquæ tempeſtas cæteros obruit, arcam in altum ſubleuat, & incolumen ſeruat Noe familiam. Et quod Reliquis exitio eſt, ijs ſeruit ad incolumitatem *Saluæ factæ ſunt per aquam*. Hoc autem explicans, vel adnotans S. P. N. Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum cap. 14. tom. 6. vt myſterium latens cognoſcatur, dicit *Noe cum ſuis per aquam, & linguam liberatur*. O quam bellè præces cum lacrymis, à diluuio tentationum, & ærumnarum, nec non peccatorum liberant arcam animæ noſtræ, & ad portum æternæ ſalutis cæca fælicitate tranſmittunt. Ita experientiæ doctrix, & diſcipula eſt Magdalena illa, quæ in peccatorum diluuio ſalua facta fuit aquas lacrymarum cum precibus cordis, Lucæ c. 7. v. 38. & 50., *Lacrymis cæpit rigare pedes ſius*, & ſaluam ſe fecit. Ezechias fleuit & orauit, & ſaluus factus eſt: Petrus fleuit, & orauit, & ſaluus factus eſt, de quo ſcripſit S. Petrus Chryſologus ſerm. 107. in D. Petrum pag. mihi 377. *Nec quiſquam in Apoſtolo imbrem irrigui luctus accuſet: iucunda ſunt lacrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt*. Hinc concludit S. Ambroſius lib. 2. de pænit. cap. 6. tom. 1. *Et ipſe Dominus ait: Beati qui fletis, quia ridebitis. Fleamus igitur ad tempus, vt exultemus in æternum.*

Noe, & filij eius ſalui facti ſunt in Arca per lacrymas, & preces.

Magna vis lacrymarum, & precum.

Magdalena ſalua per lacrymas, & preces.

Sic Ezechias, pariter, & D. Petrus.

Lacrymæ emunt gaudium immortalitatis.

49 Vel dic: quod *Saluæ factæ ſunt octo illæ animæ per aquam*. Quia Tempeſtas ipſa quæ cæteros mergit, & ſuffocat: hos tranquillat, & exhilarat: nam ipſa ſæuioris tribulationum procellæ atrocitas nonnunquam ducit in portum, proſpero errore, & cæca fœlicitate. Ecce Noe ipſomet periculo liberatum, & per aquam, ſeù tempeſtatem tribulationum ſeruatum incolumen à tempeſtate flagelli, & aptè dici illud S. Zenonis in Bibliotheca Vet. PP. Serm. de Iona lit. D. col. mihi 732. *Calamitatibus beatis* Ducuntur ad portum gloriæ tribulati. Hinc Ennodius lib. 3. epiſt. 4. Sapienter ſcripſit *Ecce præſtant aduerſa, quod ſecunda non tribuunt.* Verſ. 23

Tribulationes ducunt ad portum gloriæ.

Tribulationes vocantur calamitates beatæ.

Aduerſa præſtant, quod non tribuunt ſecunda.

50 Quare, & quo myſterio dicitur Dominum incluſiſſe Noe in Arcam? quia noluit vt ipſe videndo generalem omnium interitum, & generis humani, & brutorum, & iumentorum, & ipſius terræ, vt ita dicam, abolitionem, compaſſione, & dolore ductus, pro illis ad Deum preces fundendo, vindictæ diuinæ flagellum è manu æternæ iuſtitiæ tolleret. Sic ad rem meditatus S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. in Gen. lit. D. pag. mihi 128.(& aduerte eſſe mutata duo verba propter ſenſum ſententiæ) ſcribit *Bonorum enim virorum animæ magnam compaſſionem habere ſolent, ſi quando puniri homines etiam malos vident, & pro illis Deo ſupplicare ſolent*. Nam dicit idem S. Doctor in homil. 13. ad Populum Verſ. 16

Noe incluſit Dominus in arcam ne ipſe oraret pro pereuntibus [illegible]

Iuſti innocentia, & bonitas.

Omnia obtinet oratio cū lacrymis [illegible].

pulum: *Nemo ad Deum aliquando fletus acceſſit, qui non quod poſtulauerit accepit.*

Verſ.17. 51 Quare cum Noe per tot dies quot perdurauit diluuium incluſus eſſet in Arca, non ſcribit Moyſes, illum tædere de illo carcere Arcæ ſimul cum tota eiuſdem familia? Quia nauigantes in illa Arca elaborata iuxta mentem Philonis ibidem *Ad inſtar pheretri*, anguſtias illius contracti loci non ſenſerant, ò quantum præſtat mortis memoria! Hinc Cornelius à lapide in illud Prouerb. cap. 25. verſ. 20. dicit *Hæc enim memoria ſuperat omnes labores, dolores, angores, qui triſtitiam parere poſſunt, atque hominem extimulat, vt ardua quæque alacriter fortiterque capeſſat.*

Memoria mortis omnes dolores ſuperat, angores, triſtitias, ærumnas, & tribulationes.

Verſ.17. 52 Quare omnia animantia immitia bellum geſſiſſe non exprimitur cum mitibus animalibus, & tot ferarum diuerſitas inter ſe pugnaſſe non refertur? Quia cineres Defuncti Adami (ex Rabbinorum traditione apud Nouarinum ibidem) in intrinſeco culmine Arcæ poſitæ à Noe publico aſpectui tacito ſermone loquentes omnibus dicebant *Terra es, & in terram ibis*. O! ſi antè oculos noſtros mortui ſemper obſeruaretur imago, quam aliter tractarentur negotia, & quam innoxia luceret vita. Recordor Sancti Henrici vtriuſque Bauariæ Ducis (vide Ditmarum l.5. & Baronium ſub anno 1002.) qui orans cum vidiſſet neſcius à S. Vuolfango duas Syllabas in pariete inciſas, *Poſt ſex*, mortis credendo eſsent dies prænunciati in his ſyllabis, & cum non expiraſset nec *Poſt ſex* dies, nec *Poſt ſex* hebdomadas, nec *Poſt ſex* menſes; ſed ſolùm *Poſt ſex* annos à populo, & ab exercitu ſe Ceſarem prænunciatum audiens, dicere habuit pro more; Deus mortis præſentia ad imperium me direxit. Et verè benedixit: quia qui cupit certum habere Dominium in Regno noſtrummet ipſorum (Lucæ cap. 17. verſ. 21. *Regnum Dei intra vos eſt*) vel paſſionum imperio aſſueſci, à mortis præſentia elongari non debet. Vndè meo videri quamuis inter Maſſentij ſtultitias eſt ponenda eius nomenclatura ſuperbiæ *filius ſum terræ* (Apud Maſculis de perſecutione Maſsentij) nullatenùs veriſſimum, neminem poſſe exercere ſuimet imperium ſi filium terræ ſe eſſe non exeogitet: *Terra es, & in terram ibis.*

Effrax ad diſcordias noſtrarum infeſtorum paſſionum ſedādas, eſt mortis præſentia.

S. Vuolfangus duabus ſyllabis in pariete inciſis Poſt ſex imperium prædixit Henrico, quæ ab ipſo intelligitur.

S. Henricus mortem expectando imperium tenuit.

Maſſentius Imperator filius terræ appellabatur.

Verſ.17. 53 Quare tam ſæua animalia ſicut Leo & Tigris, Dracones, & Vrſi &c. & tota illorum monſtruũ eterogenea vnitas antiqua ſpoliata ferocia, vnita, in pace perſiſtebat? quia vno alita cibo animantia illa, vnius ſpiritus erant effecti, ſimul, & in vnum conciliati: Vnde dixit Abulenſis ex verbis à Sancto P. N. Auguſtino deſumptis *Fortè* (loquitur de Noe) *Quia ſapiens inuenit cibum, in quo omnia animalia conuenirent*: O magnus Chriſtianorum pudor! feræ, & tot immitia animalia vno nutrita pabulo meliorem effecerunt naturam. Et mille, & tot Chriſtiani Catholici qui vno Euchariſtico veſcuntur cibo (1. ad Corinth. cap. 11. verſ. 20. *Conuenientibus vobis in vnum*) adhuc naturam non immutant; & de peſſima voluntate adhuc non innouantur in bonam. Proh dolor! proh dolor! Vna alimonia ferarum naturam transformat: Sacra vna Panatica hominum paſſiones effrenas mutare non poteſt. Heù Peccator miſer! audi: feris, & brutis durior factus, cum feris, & cum brutis erit tempus quo immutata tua tempora diuina operante iuſtitia cognoſces.

Cibus in arca Noe vnicus omnium animantium ferocitatem manſuetam fecit.

Omnes Catholici vno communicant Euchariſtico cibo.

Vna alimonia in arca Noe ferarum naturam transformauit.

Vna ſacra Panatica Euchariſtica in Eccleſia peccatorum paſſiones effrenes (quia ipſi non volunt) mutare non poteſt.

Verſ.16. 54 Quare dicitur Dominum incluſiſſe Noe de foris poſtquam ingreſsus erat ipſe in Arcam? Quia nos docere voluit Moyſes, quod nullus perfectionem virtutum ingreditur, nec in ipſa permanet niſi gratia Dei ſit adiutus. Vndè ad rem noſtram prædicat Apoſtolus 2. ad Corinth. cap. 3. verſ. 5. dicens *Non quod ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: ex hoc collige, quòd ſi non poſſumus *cogitare* multò minùs facere.

Nullus perfectionem virtutum ingreditur, nec in ea permanet niſi Dei Gratia adiutus.

Verſ.6. 55 Quare cum dixerit Dominus, centum viginti anni erunt dies eorum, antequam implerentur anni promiſſi introduxit vniuerſale excidium? Quia Deus in iſta annorum acceleratione voluit ſuæ miſericordiæ ſpecimen maximum præbere; hinc ſcribit Aureus Doctor homil. 25. in Geneſim lit. D. pag. mihi 126. *Etiam hoc miſericordiæ ſuæ maximum eſt argumentu., nam quoniam vidit quotidiè illos incurabiliter peccare, & non ſolum nihil ex indicibili longanimitate ſua proficere, ſed & incrudeſcere vlcera, propterea ſuccidit tempus, ne maiori ſcilicèt pœna ſe obnoxios facerent.*

Deus accelerando tempus vitæ peccatoribus, etiam tunc ipſis miſericors oſtenditur.

Crimina viam habent auferendi contrà flagella à dextera æterna iuſtitia.

Verſ. 4 56 Quare dixit Deus Noe, & poſt ſeptem dies ego pluam ſuper terram? quia volebat, vt audientes peccatores reſipiſcerent, & pœnitentiam agerent, nam propter ſuam clementiam annorum multorum delicta per modicum ſpatium pœnitentiæ remiſiſſet: affirmat hoc totum Mediolanenſium Paſtor dicens lib. de Noe, & Arca cap. 13. lit. L. col. mihi 231. *Hinc quoque Domini ſuprà modum clementiam miſericordis colligamus: quia multorum annorum offenſionem à conſtitutione mundi, in finem vſquè contractam, paucis diebus, ſi pœnituiſſet eos, voluit relaxare. Eſt enim Deus peccati immemor, virtutis remunerator*: quòd diximus, expreſsè factum videtur a Patrefamilias (Matth. capit. 20. verſic. 1. verſ. 8.) *Qui exijt primo manè conducere operarios in vineam ſuam, & cum ſero factum eſſet*, Vocatis operarijs ab eiuſdem procuratore, tantam dedit mercedem ijs, qui venerant

Deus iſtè miſericors eſt, vt multorum annorum delicta per modicum pœnitentiæ ſpatium remitteret.

Deus eſt immemor peccati, & virtutis remunerator.

in

in hora prima, tertia, ſexta, & nona, quantam dedit illis qui venerant hora vndecima, & ſero. Vbi annuitur Denarius Gloriæ datus non tam ijs qui vitæ perfectæ portauerunt à prima hora cognitionis pondus diei, & æſtus, ſed etiam illis qui, vel conuerterunt ſe in iuuentute, vel in virilitate, ſeù ſenecta, vel etiam ijs, qui peccantes vſquè ad decrepitam ætatem laborauerunt poſteà in vinea pænitentię per modicum tempus. O magna Dei Pietas, qua dulciter, & ſuauiter corda peccatorum ad pænitentiam diſponuntur!

Denarius gloriæ datur non tam ijs, qui citò, quam ijs quos ſerò ſuorum pænitet peccatorum.

Verſ. 13 57 Quare ſeorſum ingreditur in arcam Noe cum filijs ſuis, & vxores eorum ſeorſum, ideò diſtinctè dicitur *Ingreſſus eſt Noe, & filij eius*; & poſteà additur *Vxor eius, & vxores filiorum eius*. Et cum ex arca egrediuntur, mixtim viri cum mulieribus egreſſi ſunt, ſic enim ſcriptum eſt: *Egreſſus eſt Noe, & vxor eius?* Quia quando ingrediebantur in Arcam tempus orationis erat; quando autem ex arca egreſſi ſunt, tempus erat prolificandi: ideo in Arcam ingrediuntur ſeparatim, ex arca egrediuntur vnitim. Hinc ad rem ſcribit Eccleſiaſtes cap. 3. verſ. 1. & 5. *Omnia tempus habent... Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus* Vndè S. Ambroſius ſcribit lib. de Noe, & Arca cap. 21. lit. E. col. mihi 246. *Tunc enim Pater cum filijs prius introiuit, & filij cum parente, & poſteà vxor eius, & filiorum eius vxores, ideſt, non commiſcetur ſexus in introitu, commiſcetur in egreſſu. Apertè igitur velut ordine ipſo ingreſſionis vocem quandam iuſtus emittit, tempus illud non eſſe concubitus neque deliciarum, quo omnibus immineret interitus.*

Omnia habēt ſuum tempus.

58 Quare dum Deus iubet Noe, vt ingrediatur in arcam, exprimit illud verbum *Tu*, ſi per ſolum verbum *ingredere*, Noe intelligere præceptum Domini poterat, quo ergo myſterio additur verbum *TV, ingredere TV?* Quia licèt homo ſit Monaſterio, & Religioni adſcriptus, licèt in via Domini ſit poſitus, attamen ſi intrà ſe ipſum non erit, in periculo ſemper erit; non ſufficit ſola ingreſſio in Arcam Domus Dei, ad non perdendum ſe in diluuio ſcelerum mundi, ſed requiritur etiam ingreſſio intrà ſemetipſum; quòd vt clariùs intelligas adnota ſubtiliſſima, nec non ad mores opportuniſſima D. Ambroſij verba in lib. de Noe, & Arca c. 11. lit. A, col. mihi 230. *Ideòque benè dicit Dominus iuſto. Intra TV, hoc eſt, intra teipſum, intra tuam mentem, in tuæ animæ principale, ibi ſalus eſt, ibi gubernaculum, foris diluuium, foris periculum. Si autem intus fueris, & foris tutus es, quia vbi mens ſui arbitra eſt, bona ſunt cogitationes, bona ſunt executiones. Si enim nihil vitij mentem obumbret, ſinceræ cogitationis ſunt. Si ſtudio ſit caſtitas, cordi ſit temperantia, nulla inardeſcit flamma libidinis, nulla vlcera proſerpunt ægritudinis*. Sobrietas enim mentis medicina eſt corporis.

Verſ. 1

Non ſufficit ſola ingreſſio in arcam Domus Dei ad non perdendū ſe in diluuio ſcelerum mundi, ſed requiritur etiā ingreſſio intrà ſemetipſum, & quomodo.

Homo dum eſt intrà ſe, eſt extrà omne periculum; & dum eſt extrà ſe, eſt intrà omne periculum.

Mentis ſobrietas medicina eſt corporis.

59 Quare dixit Dominus, delebo omnem ſubſtantiam, quàm feci, de ſuperficie terræ, & non à terra? Scribit S. Ambroſius, ibidem cap. 13. lit. L. col. mihi 232. Verſ. 4
O cæleſtium pulchritudo verborum, ſi quis ſe decoro intellectu piæ mentis examinet! Indignatur Deus peccatis noſtris, ſed non obliuiſcitur pietatis. Minatur ſupplicium, ſed non permittit excidium. Moderatur vindictam, reuocat ſeueritatem. *Deleturum ſe dicit omnem carnem, non à terra, ſed à facie terræ*. Florem decutit, radicem ſeruat: ſinit vt in profundo ſubſtantiæ virtus maneat humanæ, quæ in ſuperficie laboret, intus impaſſibilis perſeueret, immuniſque noxæ ad eorum ſubſtitutionem, qui non ſint reatu obnoxij, reſeruetur.

Deus indignatur peccatis noſtris, ſed nō obliuiſcitur pietatis.

60 Quare potuit arca hinc, & indè moueri, & non ſubmergi à tanta aquarum Verſ. 18
vi cùm nullus eſſet gubernator? Quia, reſpondet S. Ioan. Chryſoſtomus: hom. 25. in Gen. lit. A, pag. mihi 129. *Arca erat vndequaquè munita: & propter præceptum conditoris, non ſolum eam lædere non potuit aquarum impetus, ſed & ſublimior illis facta, inhabitantes admodum ſecuros fecit. Quando enim Deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratiocinatione exquirere, quæ fiunt: tranſcendunt enim mentem noſtram, & nunquam poteſt humana cogitatio attingere, & comprehendere eorum, quæ à Deo condita ſunt, rationem.*

Arca Noe non potuit mergi quia vndequaque erat munita auxilio Dei.

Iudicia Dei, & opera non ſunt inueſtiganda.

Non plus ſapere quam oportet ſapere.

CAPVT VIII.
GENESIS.

Verſ. 1. Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.

2. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo.

3. Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cæperunt minui poſt centum quinquaginta dies.

4. Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ.

5. At verò aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium.

6. Cùmque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum.

7. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.

8. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ.

9. Quæ cùm non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam: aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram: extenditque manum, & apprehenſam intulit in arcam.

10. Expectatis autem vltrà ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca.

11. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo: intellexit ergo Noe, quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

12. Expectauitque nihilominus ſeptem alios dies: & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum.

13. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noë tectum arcæ, aſpexit, viditque quòd exſiccata eſſet ſuperficies terræ.

14. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis areſacta eſt terra.

15. Locutus eſt autem Deus ad Noe, dicens.

16. Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum.

17. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quàm in beſtijs, & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite & multiplicamini ſuper eam.

18. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius, cum eo.

19. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram, ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca.

20. Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.

21. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci.

22. Cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hiems, nox & dies, non requieſcent.

LITERALIS EXPOSITIO.

Verſ.1.

In Deo non datur obliuio.

Recordari in Deo idem eſt, ac opem ferre ſeu miſereri,

Pænitentia in Deo eſt diuerſitas adminiſtratio. pie .

Num. 1. **R**Ecordatut autem Deus Noe : S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap.16.lit.G,pag. mihi 239.Gen.cap.6.verſ. 6. legit *Memor fuit Dominus Noe*. Hic eſt aduertendum, quòd dicitur hic *Recordatus*, ſicuti etiam ipſe Moyſes in capit. 6. ſcripſit : *Pœnituit eum quòd hominem feciſſet.* Iſta autem Recordatio hic more humano expreſſa,non ſupponit in Deo obliuionem quia ipſa non datur in Creatore; ſed indicat eximium amorem erga Noe, quo ductus liberare incępit illum, & cuncta viuentia, quæ detinebantur in arcæ anguſtijs: hoc totum explicat Theodoreti (q. 52. in Geneſim) Sapientia dicens: *Loquitur Diuina ſcriptura prout hominibus expedit, & pro captu auditorum varias habet loquendi formas. Quemadmodum ergo pænitentia in Deo, eſt adminiſtrationis diuerſitas: Pœnitet enim me, ait,* 1.Regum cap. 15. *quod conſtituerim Saul Regem : pro eo quod eſt : Decreui alium in eius locum ſubſtituere. Et rurſus Pænitet me feciſſe hominem :* Gen.6. verſ. 6. *pro eo quòd eſt, ſtatui hominibus inferre exitium. Sic quod hic dicitur,* Recordatus eſt Dominus Noe *non priſtinam obliuionem deſignat, ſed maximam ipſius erga Noe humanitatem denotat, quod ſummo erga eum amore intulerit immenſam illam copiam aquarum, quàm citiſſimè exhauriri.*

Æqualis cura eſt Deo de omnibus, ex parte Dei, nō autem ex parte effectus.

Quomodo eſt Deo cura de animantibus.

Deus nihil odit eorum quæ fecit.

2 *Cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca :* ideſt ſicuti humaniſſimè ſe gerebat circa Noe, ita etiam erga animantia, & iumenta. Quia dicit S. Thomas p. p. quæſt.20. artic. 3. & in p.2. quæſt.1.2. artic.4. ad 1. æqualis cura eſt Deo de omnibus ex parte Dei, non autem ex parte effectus : Quòd ſi obijcies Verba Apoſtoli p. ad Corinth. cap. 9. verſ.9. *Numquid de bobus cura eſt Deo?* Reſpondendum cùm diſtinctione, *Numquid de bobus cura eſt Deo*, magis principaliter concedo, Secundario, & nego; Iumenta enim propter hominis ſeruitium creata ſunt, & nihil odit Deus eorum quæ fecit; ſicuti dicitur Sapientiæ cap. 11. verſic. 25. *Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Hinc Pſalmiſta cęcinit. Pſal.35. verſ.7. *Homines, & iumenta ſaluabis Domine.*

Deus prouidet cuilibet rei ſecundum eius conditionem.

Quomodo bruta ſubdantur diuinæ Prouidentia.

Prouidentia Dei regit bruta per homines, & omne imperfectum per perfectū.

Omnia expectant eſcam à Deo.

3 ☞ Aduerte hic cum Angelico Aquinate (p.p.q. 22. art. 2. ad 5. & quæſt. 103. artic.5. & In ſumma contra gentiles lib. 3. cap.81.) quod, Deus prouidet cuilibet rei ſecundùm eius conditionem. Bruta ſubduntur diuinæ Prouidentiæ per ſe, & in ſingulari, ſed propter aliud tantum, & actus eorum. Inſuper ipſa Dei prouidentia regit bruta per homines; & plantas, & alia, per animalia; & omne imperfectum per perfectum, & in eodem homine, & in diuerſis : Hinc dixit Dauid Pſal. 103. verſ. 14. *Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum : Vt educas panem de terra....* verſ. 21. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi...*verſ. 27. *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.* verſ.28. *Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.*

Ventus aquilo diſſipat pluuias.

4 *Adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminuta ſunt aquæ :* ideſt ventum ſiccantem aquas: & hic ventus meo videri fuit Aquilo; nam dicitur in Prouerbijs cap.25. verſ. 23. *Ventus aquilo diſſipat pluuias* (hoc autem ſcribens, non affirmo) ſpiritus vocantur etiam venti : Pſal. 148. verſ. 8 : *Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

Aquæ congregatæ in mare ſicut in vtre.

5 *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli,* ideſt Deus congregauit aquas, vndè venerant. Canente Pſalmiſta Pſal.32. verſ. 7. *Congregans ſicut in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.* Verſ.2.

6 *Et prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo :* ideſt, tunc poſt quadraginta dies ceſſauerunt pluuiæ.

7 *Reuerſaque ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes :* ideſt aquæ maris ad mare defluxerunt : Verſ.3.

Iob. 38. v. 8. Deus cōcluſit oſtijs mare.

8 *Euntes, & redeuntes:* nam aquæ maris in continuo fluxu, & refluxu eunt, & redeunt; vndè quando reuerſæ fuerunt, mari dictum fuit : Iob. cap.38. verſ.11. *Vſque huc venies, & non procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos :*

9 *Et cęperunt minui poſt centum quinquaginta dies :* hic eſt aduertendum quod iſti centum quinquaginta dies ſunt computandi à die excluſiua, qua pluuiæ quadraginta dierum terminauerunt: vti diximus ſuprà cap.7. verſic. 24. in expoſitione literali.

10 *Requieuitque Arca:* ideſt non fluctuabat ſicut priùs. Verſ.4

☞ *Menſis ſeptimus in quo requieuit arca eſt numerandus ab initio diluuij.*

11 *Menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis :* Hic aduertendum eſt, quod, ſi iſte ſeptimus menſis numerandus eſſet ab initio anni, vti aliqui volunt (vt ſuprà adnotauimus in cap.7.) octo dies deficerent à

die

die vigeſimo ſeptimo, menſis ſeptimi, de quo loquitur Moyſes, nam computando ſeptem menſes Lunares, quibus vtebantur Hebræi, à die prima menſis *Niſan* ניסן idest Aprilis, vſquè ad diem vigeſimum ſeptimum, ſeptimi menſis *Tiſri* תישרי ideſt Octobris numerantur 204. dies, & numerus benè currit; ſed à die 17. menſis ſecundi *Iard* אייר ideſt Maij, in quo cęperunt aquæ diluuij vſquè ad diem vigeſimum ſeptimum menſis ſeptimi, ideſt Octobris, interſunt centumquinquaginta, & octo dies; Vndè computando à die diluuij centumquinquaginta dies in quibus aquę obtinuerunt terram, eſſet dicendum, vel quòd Arca requieuiſſet ſuper montes Armeniæ die decimanona, menſis ſeptimi; & hoc eſſet apertè contrà Vulgatam dicentem: *Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ*, vel quòd antequam arca requieſceret, à termino centumquinquaginta dierum, interpoſiti eſſent octo dies, & hoc in noſtra Vulgata, non habetur, nec apud LXX. Interpretes qui dicunt *Sedit arca 7. & 27. menſis*, nec ſuperiùs ponunt hanc octo dierum diſtantiam.

Menſis ſeptimus numeratus à principio anni computatur.

12 Hinc, vt ſuprà in ſeptimo adnotauimus capitulo, dicendum, quòd iſte ſeptimus menſis numerandus eſt à die diluuij, vndè cùm quadraginta dies eluuionis, & centumquinquaginta dies, perſiſtentiæ aquarum ſuper terram, faciant centum nonaginta dies, & iſti conſtituant menſes ſex, & dies treſdecim, quòd omne conficit incluſiuè totum menſem Nouembris Hebraicè מרחשון *Marbeſuan*, iſte menſis ſeptimus, & vigeſimus ſeptimus dies erit vigeſima ſeptima dies menſis Decembris Hebraicè *Chaſleu*; in hac ergo die arca quietē incæpit habere ab aſſidua baccātium, & furentium vndarum vexatione.

Quo menſe requieuit arca à vexatione fluctuum aquarum diluuij.

13 Ad maiorem huius expoſitionis intelligentiam ſciendum, quod Hebræi menſes Lunares obſeruabant. Menſis autem Lunaris eſt temporis ſpatium ab vno nouilunio ad alterum nouilunium, ſeù (vt alij loquuntur) à Synodo, ſeù congreſſu cum Sole ad Synodum, quòd fit (dicit Cenſorinus ſuper cap. 23. Ianſen. in Concordia) vigintinouem diebus cùm dimidio ità vt vnus menſis habeat vigintinouem dies, ſequens verò conſtet triginta diebus, & ſic de ſingulis alternatim dicitur quouſque ad duodecimum peruenitur menſem.

Menſis Lunaris quid ſit, & quomodo intelligatur.

Menſis Lunaris conſtat ex 29. diebus cum dimidio.

14 *Super montes Armeniæ*: Sed in Hebręo eſt *montes Ararath*, Ararath autem eſt Regio Armeniæ, aut ipſa Armenia; & iſti montes Ararath ſunt, iuxtà Boccatium, maioris Armeniæ, & de iſtis fit mentio in Iſaia cap. 37. verſic. 38. Quando Adramelech, & Saraſar fratres interfecto Neſroch eorum Patre Deum ſuum colente fugerunt in terram hor\[r\]um montium: ſic enim eſt ſcriptum. *Et factum eſt, cum adoraret in templo Neſroch Deum ſuum, Adrameleeh, & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio, fugeruntque in terram Ararath, & regnauit Aſarbaddon filius eius pro eo.*

Arca Noe requieuit in montibus Ararath.

Neſroch oratus in templo interficitur à filijs, Adramelech, & Saraſar.

15 *At vero aquæ ibant, & decreſcebant*: ſcilicèt reducentes ſe ad mare, vt ſuprà diximus: Verſ. 5.

16 *Vſquè ad decimum menſem*: ideſt vſquè ad menſem Martij excluſiuè.

17 *Decimo enim menſe, prima die menſis*: ideſt in primo die, ſeù in initio huius menſis Martij, menſis decimi in computatione ſuperiùs facta.

18 *Apparuerunt cacumina montium*: ideſt videri cæpit inacceſſa montium ſublimitas.

19 Hìc aduerte, quòd licèt arca ſuper montes Ararath requieuiſſet, tamen montium vertices non videbantur; nam Arca pondere ſuo preſſa detinebatur interiùs aliquantulum in aquis (vt euenire ſolet nauibus) adeò vt arenata, terram tangendo, Tellus ipſa non apparebat.

20 *Cumque tranſiſſent quadraginta dies*: Verſ. 6.
iſti dies computandi ſunt à primo die, decimi menſis ſupradicti; vndè numeratis quadraginta diebus.

21 *Aperiens Noe feneſtram Arcæ quam fecerat, dimiſit Coruum*: Noe reſerauit feneſtram arcæ die vndecima menſis Aprilis duodecimi, *& emiſit Coruum*, dicit S. Ioannes Chryſoſtomus, hom. 26. lit. B, pag. mihi 135. *vt videret num ceſſaſſet aqua.*

Quo die, & quo menſe Noe feneſtram arcæ reſerauit.

22 *Qui egrediebatur, & non reuertebatur*: Verſ. 7
ideſt Coruus egreſſus de Arca, nunquam redijt, quia firmans ſe ſuper tectum Arcæ crocitans *volitabat circa feneſtram Arcæ*, dicit Ioſephus Hebræus ibidem.

Coruus emiſſus à Noe firmauit ſe ſuper tectum arcæ crocitans.

23 *Donec ſiccarentur aquæ ſuper terram*: ideſt non quòd rediret poſteà quàm aquæ ſiccatæ fuerunt, ſed quòd nunquam rediret: vel vt clariùs exponam; Coruus egreſſus ex arca crocitans firmauit ſe ſuper tectum arcæ nunquam rediuit in arca, vndè Noe claudens feneſtram Arcæ adiungit S. P. N. Auguſtinus ſerm. 16. de Verbis Domini: *Remanſit foris cum voce coruina.*

Noe feneſtrā claudente coruus foris remanſit cum voce coruina.

24 *Emiſit quoque columbam poſt eum*: quia Verſ. 8
Coruus non fecit legationem ſuam emiſit Columbam.

Columba coruo inobediente emittitur.

25 *Vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ*: ideſt vt aliquòd daret reuerſa proceſſus rerum documentum.

26 *Quæ, cum non inueniſset, vbi requieſceret pes eius*: ideſt cùm terræ ſuperficies Verſ. 9.
eſſet adhuc humido limo oppleta, fugiens naturali inclinatione Columba lutum, & limoſam liquidè terram.

Columba naturaliter lutum fugit.

27 *Reuerſa eſt ad eum in Arcam*: ideſt ſtatim.

28 *Aquæ*

28 *Aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram* ſcilicèt ſuper terram campeſtrem vbiquè adhuc non diminuerant aquæ, licet montium cacumina detecta eſſent.

Columba obedieus Noe manibus in arcá primo ægreſſa ingreditur.

29 *Extenditque manum, & apprehenſam intulit in arcam*: ideſt columba repetiens nidum arcæ ad eius feneſtram volitata manu Noe introducta fuit.

Verſ.10. 30 *Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs*; ideſt à die vndecima Menſis duodecimi Aprilis vſquè ad diem decimam octauam eiuſdem menſis.

31 *Rurſum dimiſit columbam ex arca*: eadem intentione qua prius.

Verſ. 11 32 *At illa venit ad eum ad veſperam*: hinc collige, quod quando Noe emiſit Coruum, & poſtea Columbam prima, ſecunda, & tertia vice, ſemper fuit de primo mane: vndè emiſſa columba ſtetit tota die extra arcam, ſole autem occidente redijt.

Columba toto die vagans ad Veſperam in arcam redijt, ſemper tamen ex arca emiſſa primo mane.

33 *Portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo*: ideſt cum *Tota die fuerit paſta* inquit S. Ioannes Chryſoſtomus lit. C. hom. 26. in Gen: pag. mihi 136. *Inuento ſibi conuenienti cibo*, decerpto *Surculo*: vti legit S. P. N. Auguſtinus lib. 12. contrà Fauſtum cap. 20. oliuæ conſtanti ex pauculis folijs, geſtans in roſtro ſic ingreſſa eſt in arcam. *Lutulenta columba* addit Ioſeph. impreſſ. med. cap. 5. col. a. lib. 1. pag. mihi 3.

Noe ramum oliuæ viridis portat, ſed lutulenta iuitat.

34 *Intellexit ergo Noe quod ceſſaſſent aquæ ſuper terram*: ideſt ex illo Ramo oliuæ, argumentatus eſt Noe aquas non eſſe multas ſuper terram, & vſquè ad arbores eſſe imminutas.

Verſ.12. 35 *Expectauitq; nihilominus ſeptem alios dies* ideſt à die decima octaua menſis duodecimi Aprilis vſquè ad diem vigeſimam, quintam huiuſmet menſis.

36 *Et emiſit columbam*: ideſt tertia vice eodem modo ſicut in alijs emiſit colũbam.

Columba in terra inueniens loca amœna amplius non redijt in arcam

37 *Quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum*: ideſt inueniens loca amena, & grata ad manendum; ex quo intellexit omnia iam pacata eſse.

38 *Igitur ſexcenteſimo primo anno*: hoc
Verſ.13. verbum *igitur*; denotat concluſionem illatam ex ſupradictis, vbi infertur tranſiſſe annum integrum ab ingreſſu Noe in arcam, vſquè ad egreſſum eius de Arca. Anni Sexcenteſimi erat Noe dum incæpit diluuium, durauit iſtud 40. diebus, 150. perſiſterunt aquæ, à perſiſtentia aquarum vſquè ad diem quo Arca requieuit ſuper montes Ararath numerantur 27. dies. Ab arenata Arca vſquè ad decimum menſem excluſiuè diminutionis aquarum cenſentur dies 61. A prima die menſis decimi vſquè ad aperitionem feneſtræ Arcæ computantur 40. dies. Ab emiſſione prima Corui, & Columbæ vſquè ad ſecundam Columbæ miſſionem tranſierunt ſeptem dies; inſuper à ſecunda miſſione vſquè ad tertiam alij ſeptem dies: referunt ſummam 332. dierum, his adde 17. dies Menſis Maij antè inceptionem diluuij (nam iſtud incepit die ipſo anni vitæNoe ſexcenteſimi abſoluti à primo die huiuſmet menſis, Maij, primi vitæ Noe ſuprà ſexcenteſimi; & ſecundi, Anni ab orbe condito milleſſimi ſexcenteſimi quinquageſimi quinti) & 5. dies qui deſunt ab vltima emiſſione Columbæ vſquè ad diem primam Maij: faciunt in computatione dies 354. qui dies conſtituunt integrum vnius anni Solaris hebræorum tempus; Nam menſes Lunares, vt ſuprà tetigimus, conſtabant ferè alternis, nunc 29. diebus, nunc 30. vniuerſim autem omnes duodecim ſimul 354. diebus. Ac ſic concluſus oſtenditur Annus ſexcenteſimus primus vitæ Noe, vndè bene infert Moyſes *Igitur ſexcenteſimo primo Anno*.

Totius diluuij, & omnium quæ euenerüt in diluuio, & temporis intercedentis à principio vſque ad finem aritmetica deſcriptio.

Quot annos vita habebat Noe dum incæpit illuuium.

39 *Primo menſe, prima die menſis*: ideſt in prima die menſis Aprilis, menſis primi anni ſequentis, & ſecundæ ætatis (nam prima ætas mundi cæpit ab Adamo, & durauit vſquè ad finem diluuij annis 1656. Secunda autem cæpit à fine diluuij.)

Prima ætas mundi quando terminauit; & ſecunda quando incæpit.

40 *Imminutæ ſunt aquæ ſuper terram*: hic agnoſce ex illo verbo *Igitur* ſupradicto, quod ſit quaſi breuis ſumma antedictorum; vndè *Imminutæ ſunt aquæ ſuper terram*, ideſt ab initio huius menſis cum Noe videret terram aquis nudatam, inductus fuit emittere coruum, & Columbam, vt intelligeret ſi verè taliter eſſet, ſicuti ei per feneſtram Arcæ videbatur; & magis in ſua roboratus opinione, quod ceſsaſset ſuper terram diluuium, ex Sarculo viridi oliuæ allato à columba in ſecunda emiſſione, & in eius foris commorantia in tertia vice *Aperiens tectum arcæ, aſpexit, viditque quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ*: ideſt aperta parte, ſcilicet ablata vna tabula tecti Arcæ, vndiquè aſpexit terram, & circumſpexit, & vidit ſiccam vbique apparere. Hic ſi obijcias quomodo potuerit hoc eſſe? ſatis tibi ſit, ad hæc, reſponſio Hugonis Cardinalis: qui ad dubium, quomodo Columba non inuenit vbi reſideret ſi iam nudata erant cacumina montium? dicit *quòd recapitulatione poteſt ſolui, vt poſteriùs narrata intelligantur, quæ facta ſunt priùs.* Hugo Card. in Gen. lit. B. col. 1. pag. mihi 2.

Noe Tabulã ex tecto arcæ amouit, vt videret terrã in quo mane vet ſiata.

41 *Menſe ſecundo, ſeptimo, & vigeſimo die menſis*: ideſt in die vigeſimo ſeptimo ſuprà annum 601. vitæ Noe; & 27. menſis ſecundi, ideſt Maij (Strabus cit. ab Vgone ibidem) anni primi, ſecundæ ætatis, ab orbe condito 1657. Verſ.14.

42 *Areſacta eſt Terra*: ideſt perfectè ſiccata, ità vt hominum, & animalium pedibus ſolida perſiſtere poterat.

43 Hic

Noe quando natus eſt, & quantum in arca permanſit.

☞ 43 Hic aduerte, quod Noe natus eſt prima die menſis Maij anno ab orbe condito 1055. Et in Arca permanſit annum, integrum, & decem dies.

Noe exacta obedientia.

44 *Locutus eſt autem Deus ad Noe dicens:*
Ver. 15. Quia Noe ex diuino præcepto ingreſſus fuerat in arcam, & licèt videret ceſſatum diluuium, & terram areſactam, tamen, egredi noluit, niſi iuberet Dominus, vt iuſſit dicens.

Cur egredi ſunt ex arca Noe ſimul cū vxore ſua, & ſic quilibet cum ſua.

Verſ. 16. 45 *Egredere de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum:* Hic vnitim iubentur exire, ideſt Noe cùm vxore, & filij cùm eorum vxoribus, quaſi quæ fuit in ingreſſu arcæ vetita copula, hic concedatur.

Ver. 17. 46 *Cuncta animantia quæ ſunt apud te ex omni carne;* &c. ideſt egrediantur etiam, omnia animalia, volucres, beſtiæ terræ, reptilia, & omnia quæ in arcam ingreſſa ſunt egrediantur, & terram imposterum habitent.

Omnia animantia multiplicationis benedictionem acceperunt à Domino.

47 *Creſcite, & multiplicamini ſuper eam:* hoc non ſolùm dictum fuit hominibus, ſed etiam animantibus omnibus.

48 *Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius,* &c.
ſcribit dicēs S. Ioannes Chryſoſtomus hom.
Ver. 18. 26. in Gen. lit. A, pag. mihi 137. *Poſtquam accepit mandatum à Domino, & benedictionem dicentem, creſcite, & multiplicamini, ex ijt ex arca cum alijs omnibus.*

Etiam piſces dicuntur animalia reptilia.

Verſ. 19 49 *Sed, & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram:* ad piſcium differentiam qui licèt dicantur animalia reptilia reptant autem in aquis non ſuper terram.

Bina ingreſſa animalia in arcam, bina egrediuntur.

50 *Secundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca:* ideſt egrediebantur iuxtà ſpecies ſuas ſcilicèt Leo cum Leena, Agnus cùm Agna, Lupus cùm Lupa, & ſic de ſingulis.

Verſ. 20. 51 *Ædificauit autem Noe altare Domino:* hìc primò ponitur hoc nomen Altare, & eius ædificatio; ſed credendum eſt primum Altare ædificaſſe Adamum, & eius præcepto Abel, & Cain filij eius ſuper quę victimas Deo immolarentur: nihilominus hìc primò exprimitur in Sacra Scriptura à Mosè Altaris ædificatio. Hoc nomen *Altare* nil aliud ſignificat quam *alta ara* ſuper quam numini æterno victimæ immolandæ mactantur; nam Hebraicè Altare dicitur, מזבח *Mizbeach*, à radice זבח *Zabach*, ideſt *mactauit, occidit, ſeù, ſacrificauit.*

Noe primus altarium auctor in ſcriptura nominatur.

Altare, quid ſignificet.

Noe Deo ſacrificauit munda animalia non immunda.

52 *Et tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare:* quamuis in arcam Noe ingreſſa ſint animalia immunda, & munda tamen hic aduerte; quòd poſt egreſſum ſola animalia munda obtulit Domino Noe; vndè ſcribit, hunc locum explicans, S.P.N. Auguſtinus citatus in Gloſſa Lyrani ibidem lit. E, col. mihi 162. *Ingreſſa ſunt in arcam munda, & immunda animalia, ſed poſt egreſſum non offeruntur Deo niſi munda.*

53 *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis:* ideſt acceptauit holocauſta. Verſ. 21

Odor ſuauitatis ſacrificij Noe fuit odor Placationis, & Quietis.

54 Vel dic, quia pro *odorem ſuauitatis*, Hebraicè ſtat ריח ניחח *reach bannichgach*, ideſt, *odorem quietis*, quod iſtud Noemi Sacrificium placauit Deum humano generi; ſed S. Ioannes Chryſoſtomus, hom. 27. in Gen. lit. C, pag. mihi 140. pro ly *ſuauitatis* legit *fragrantia*, & ſubiungit, *Vide, quomodo animus afferentis fumum, & nidorem, & omnem quæ indè naſcitur in ſuauitatem, multa fragrantia impleuit.*

55 *Et ait: nequaquam vltra maledicam propter homines:* ideſt maledicam ſic vniuerſaliter minimè.

Deus diligebat Noe quaſi cor ſuum.

56 Vel dic: *& ait:* in Hebræo eſt vox אמר אל לבו *amar el libbo*. Hoc enim eſt Hebræis *loqui ad cor alicuius*, vndè hæc vox *libbo* ambigua planè poteſt indicare, *ait ad cor eius*, ſcilicèt Noe, & *ad cor ſuum*, nempè Dei, ideſt *ſtatuit penes ſe*, vel ad Noe, quem quaſi cor ſuum diligebat, ſicuti Principibus Sinagogæ indicto priùs ſilentio prędicauit Apoſtolus de Dauide, dicens Deum dixiſſe: *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum qui faciet omnes voluntates meas.* Act. Apoſtol. cap. 13. v. 22.

Dei benedictio, & maledictio quid ſint.

57 *Nequaquam vltra maledicam:* ideſt Maleſaciam, nam ſicuti Dei Benedictio bonorum ſignificat abundantiam, ità & dictio mala Dei carentiam bonorum, & conſequenter malorum omnium copiam, iuſtè à Deo inflictam ſignificat.

Terra maledicta fuit propter hominū peccata.

58 *Terra propter homines:* ideſt *propter opera hominum*, dicit S. Io: Chryſoſtomus hom. 27. lit. B, pag. mihi 141. ſcilicèt propter peccata hominum.

59 *Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua:* hìc habes explicationem iàm datam in, cap. 6. verſ. 5.

60 *Non igitur vltra percutiam omnem animam viuentem ſicut feci:* ideſt non vltrà propter hominum peccata, & propter peccatorem occidā homines omnes, volucres, animalia, reptilia, & terram ipſam eluuione ſubmergam ſicut nunc diluuio feci.

61 *Cunctis diebus terræ*, &c. ideſt vſquè Verſ. 22
dum mundus durabit, & homines erunt, tempora *ſementis*, ideſt ſeminandi, *& meſſis* metendi, *frigus, & æſtus, æſtas & hiems, nox, & dies non requieſcent*; ideſt hiemem, æſtatem, autūnum, & verem videbunt homines eorum ſeruitio viciſſim abſque requie ſuccedere. Vnde dicit Cardinalis Hugo in Gen. ibidem col. 3. pag. mihi 13. *Toto tempore poſt erit temporum viciſſitudo ad hominum ſeruitium. Hoc eſt modò ver, poſt æſtas, poſt autumnus, poſt hyems. Vſque ad diluuium non fuerant ità diſtincta tempora, quia nec antè diluuium pluerat, quia nec dum aquæ collecta fuerant in nubes, dicunt,*

Quatuor anni partes diſtincta poſt diluuium, & omnes in perpetuum ... hominum ſeruitio deputata.

A N-

ANNOTATIO MORALIS.

Verſ. 1.

Peccatores aſſimilātur iumentis.

62 R*ecordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ cum eo erant in arca:* peccatores per *iumenta* ſignificati (vti vult Rupertus ſuper cap. 1. Ioel.) quærant ſocietatem iuſtorum, nam per iſtos ſolent (eorum monita audientes) peccatum relinquere, dicit enim Pſalmiſta Pſal. 17. verſ. 26. & 27. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris*; nec non à Domino miſericordiam experiri, ſicuti omnia experta ſunt animantia. Vide quantæ vtilitatis ſit iuſtorum hæreſcere ſocietati.

Peccatoribus iuſtorum ſocietas eſt maxima vtilitatis.

63 Vel dic, cùm per arcam, monaſterium, & ſtatus Religionis figurentur, vti dicunt S. Baſilius, de abdicat. rerum, & S. Cyrillus Alex. 8. ſuper cap. 17. S. Ioannis, quòd ſtatus Religioſi fœliciſſimus eſt inter omnes, nam qui in eo permanet, ſemper in Dei recordatione manens, ſemper opes diuinæ munificentiæ in maioris gratiæ collatione experitur; & ſic omnes potentias eius, per animalia obumbratas, iugo rectæ rationis ſubſtare promptiſſimè videt.

Status Religioſi inter omnes felicissimus plenus gratiarum, & Dei donorum.

64 *Adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminuta ſunt aquæ:* quia promptum eſt auxilium Dei ad ſedandas tribulationes, & mortificandas paſſiones; hinc cecinit Regius Vates Pſalm. 17. verſicul. 17. & 19. *Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis ...... Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt Dominus protector meus.*

Auxilium Dei ſemper, eſt promptum ad ſedandas tribulationes, & ad mortificandas paſſiones.

65 Vel dic: homo peccator, dum ſuper terram cordis ſui ſpiritum contritionis adducit, ſtatim peccatorum aquæ imminutæ videntur; hinc dixit Dauid, quòd lætatur *cor quærentium Dominum*. Hoc totum myſticè profetico ore declarauit Iſaias cap. 15. verſic. 5. & 6. dicens *Per aſcenſum enim Luith flens aſcendet, & in via Oroniam clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim deſerta erunt, quia aruit terra.*

Per ſpiritum contritionis aquæ peccatorum imminuuntur in corde.

Verſ. 2.

66 *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli:* Laborent in via Domini, iuſti, & Prædicatores, patienter perſecutiones, anguſtias, ærumnas, paupertatem ſufferant, quia poſt nubila phæbus, poſt nubes afflictionum cœlum gloriæ expectent ſerenitate conſpicuum: ſic ergo Patientiſſimus ærumnas inter mille vexatus ſpe futuræ retributionis cap. 14. verſ. 14. dixit: *cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea:* & Magiſter gentium ſcripſit Timotheo 2. cap. 1. verſic. 12. *hæc patior, ſed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem;* Vltimò autem, Veritas æterna, flentibus, eſurientibus, perſecutionem patientibus, afflictis, pauperibus, & improperatis in hoc mundo dixit, Matthæi cap. 5. verſ. 12. *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis; ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos.*

Poſt laborum tempeſtatem ſerenitas.

Hic patiuntur iuſti ut in gloria gaudeant.

67 *Et prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo:* Peccator, dum Deo conuertitur, illecebrarum voluptatum deſideria perdit, & de cęlo eius mentis profluuia luxuriæ prohibita expellit. Pluuiæ enim hæc ſignificant, dicit Gregorius Venetus ſuper Cantic. 1.

Qui Deo conuertitur illecebrarum deſideria voluptatum perdit.

68 *Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes:* hic homo diſce, quòd omnia, quæ in hac vita ſunt, vadunt, & veniunt, eunt, & redeunt; ſpiritus autem, & iuſtitia ſi ab homine vadunt, aut nunquam, aut difficilè redeunt, vndè Pſalmiſta dixit Pſal. 77. verſ. 39. *ſpiritus vadens, & non rediens.* Verſ. 3.

Omnia in hoc mundo eunt, & redeunt: iuſtitia, & ſpiritus ſi vadunt ab homine, aut nunquam, aut difficilè redeunt.

69 Vel dic *reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes:* Aquæ diuitiarum non ſunt permanentes, quia velociter fluunt. Hinc conſilium omnibus præbet Regius Vates Pſal. 61. verſ. 11. dicens: *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere,* & S.P.N. Auguſtinus ſcribit: *Pecunia, ideò non ſtat, quia eſt rotunda.*

Diuitiæ non ſunt permanentes, ideò ipſis non eſt cor apponendum.

Pecunia, quia eſt rotunda, ideò non ſtat.

70 *Et cœperunt minui poſt centumquinquaginta dies:* quantò magis homo ſanctitati incumbit, tantò plus in perſeuerantia cognoſcit iugum legis Chriſti ſuaue, & eſſe onus pęnitentiæ leue.

Homo, dum pœnitentiæ incumbit, ſemper in dies eius iugū ſuauius eſſe cognoſcit.

71 Vel dic, *& cęperunt minui poſt centum quinquaginta dies:* ſemper eſt ambulandum ad perfectionem, & licèt in ſenectam vſquè prouectus ſit homo, & ad vltimum perfectionis gradum, tamen domini viam ſequatur, ne poſt dies præſentis vitæ inueniatur minùs habens, & dictum ſit ei (ſicuti Balthaſaro prænunciatum fuit) Daniel. cap. 5. verſ. 27. *Thecel, ideſt, appenſus es in ſtatera, & inuentus es minùs habens.*

In perfectione ſemper eſt ambulandum, ne in fine vitæ homo relicta pœnitentia ſanctum ſe eſſe putans, inueniatur in æterna ſtatera minùs habēs.

72 *Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ:* Arca poſt tot agitationes tandem requieuit Verſ. 4

quieuit. Sic homo ſpe quieſcendi certo tempore æternitatis ſuper montes æternæ gloriæ, debet alacriter mundi agitationes ſubſtinere, & tribulationibus ſuperſtare: nàm, qui ſperant in Domini quiete, ab aquis agitantibus mundi ſaluantur, vt icecinit Dauid Domino Pſal. 16. verſ. 7. *Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te.*

Homo ſpe quieſcendi in monte æterna gloria debet alacriter mundi agitationes ſubſtinere.

Verſ. 5 73 *At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſquè ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium:* Dum aquæ omnium vanarum huius mundi cogitationum eunt, & decreſcunt in mente hominis pænitentis vſquè *Ad decimum menſem,* ideſt per totum tempus huius vitæ (ſic putat Gloſſa interlinealis in cap. 23. Deut. per Decimum ſignificari.) Poſtea in *decimo menſe prima die menſis,* ideſt in primo die æternitatis (quia ęternitas, dicit S. Th. 1. p. q. 10. ar. 5. non habet priùs, nec poſteriùs) per menſem decimum adumbrato à Laureto in Syl. Alleg. in Append. tom. 2. verb. denarius, *Cacumina montium* æternæ gloriæ videbit: Sic enim Pſalmiſta gloriam æternam per montes declarauit dicens Pſal. 67. verſ. 16. & 17. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum eſt Deo, habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem:* Et ideò dixit horum montium cacumina videbit, quia ſcribit Michæas cap. 4. verſ. 1. *In nouiſſimo dierum erit mons Domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eum populi.*

Dum aquæ vanarum cogitationum decreſcunt in mente hominis pænitentis per totum tempus huius vitæ, in fine mõtium, cacumina æternæ gloriæ videbit.

Verſ. 6 74 Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat: (moraliter hìc ſciendum eſt, quòd ad quinque feneſtra aperiri debet. Ad cauendum, & ſic aperta eſt feneſtra Arcæ & emiſſi ſunt Coruus, & Columba ad videndum ſi diluuium receſſiſſet, ita per ſenſus noſtros comperimus, quæ nobis cauenda ſunt.

Feneſtra ad quinque aperienda (ſcilicèt, ad cauendum, ad compatiendũ, ad exemplum, ad materiam laudis, & ad ſignum contemplationis.

75 Ad compatiendum; & ſic reſpiciebat ſponſus per feneſtras noſtras *Reſpiciens per feneſtras,* Cantic. cap. 2. verſ. 9. quia corporeis ſenſibus noſtras expertus eſt miſerias ad compatiendum nobis.

76 Ad exemplum, quod innuit illa feneſtra ſolarij, per quam Rahab meretrix dimiſit exploratores Iericho, dicens eis, vt conſcenderent ad montana. Ioſue cap. 2. verſ. 15. & 16. *Demiſit ergò eos per funem de feneſtra: domus enim eius hærebat muro. Dixitque ad eos, ad montana conſcendite.* Caro mea, eſt meretrix illa, quæ aperit nobis ſenſus, vt tendamus ad montana, ideſt viros ſpectantes, & indè ſumamus exemplum.

Caro noſtra eſt Rahab meretrix.

77 Ad materiam laudis, quando ſimpliciter contemplamus creaturas, vt creatorem laudemus in eis, *vndè* dixit Iſaias cap. 60. verſ. 8. *Sunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas.*

78 Ad ſignum contemplationis, quando ad Cœlum ſenſus erigimus, in ſignum deuotionis, quæ extenditur ad Cœleſtia, quæ contemplamur. Vndè Daniel exorabat ſolus in cęnaculo ſuo apertis feneſtris contrà Ieruſalem. Daniel cap. 6. verſ. 10. *Et feneſtris apertis in cænaculo ſuo contrà Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo.* Iſtæ autem feneſtræ raròò, & breuiter aperiendæ ſunt: & quod ſenſerit latiùs, ad cor referendum eſt. Hinc eſt, quòd feneſtræ in templo interiùs largæ, exteriùs ſtrictæ erant *Fecitque in templo feneſtras obliquas* 3. Regum cap. 6. verſ. 4. iſtæ ſunt in pariete carnis noſtræ.

79 *Dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.* Hìc aduerte, quòd S. P. N. Auguſtinus in lib. 1. quæſt. in Genes. quæſt. 13. col. 3. pag. mihi 84. de Coruo non redeunte ſcribit: *Conijcitur à multis, quòd cadaueri potuerit coruus inſidere,* & per hoc redire contempſit: Vndè habes hoc morale, quòd, qui voluptatibus paſcitur, contemnit Eccleſiæ vnionem. Ver. 7.

Qui voluptatibus paſcitur, contemnit Eccleſiæ vnionem.

80 *Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret, ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ:* Columba Noe, quæ egreſſa eſt ad videndum diluuium, & non inuenit *Vbi requieſceret pes eius,* tamen ſecunda vice miſſa, ad arcam rediens attulit ſurculum oliuæ, quod eſt ſignum pacis, ad mores inſinuat, quòd, qui mundum conſiderat, nihil inuenit in eo, niſi turbationem (vti dixit Eccleſiaſtes cap. 1. verſ. 14.) *Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus:* ipſe tamen cum alijs hominibus Religioſis à mundo ſegregatis pacem habet; & inter diſcordes reformat. Hæc eſt columba Noe, qui dicitur *Requies.* Ver. 8.

In mundo nonniſi turbatio, & ſpiritus afflictio inuenitur.

81 *Extenditque manum, & apprehenſam intulit in arcam:* Religioſus extrà arcam Monaſterij, aut extrà cellulam tam periculosè degit, cum otio vacat, vt ei ſit ſalutare adduci vì à ſuo Superiore; ideò in noſtris Apoſtolicis Conſtitutionibus Præſulibus ſic iubetur: *Prioribus etiam inter alia hoc ſummoperè commendamus, vt ſollicitè curent otioſos per domum vagantes, inanes miſcentes ſermones, & tempore abutentes cohibere, eiſque præcipere, vt tempus rebus vtilibus imp ... nt, & ſemper vtilibus occupatos eſſe peruigilent.* Conſtitut. Apoſtolic. Fratrum Eremitarum Diſcalceatorum Ord. S. P. Auguſtini p. p. cap. 10. de Silentio §. 2. pag. mihi 18. Verſ. 9

Religioſus extrà cellulam, vel monaſterium, cũ otio vacat, periculosè degit, vndè ob eius ſalutẽ vi adducendus eſt à ſuo ſuperiore.

82 Vel dic *Extenditque manum, & apprehen-*

Peregrini, & hoſpites cum magna charitate ſunt Domo excipiendi.

prehenſam intulit in arcam: Hoſpites, & Peregrini cum magna charitate ſunt introducendi in Arcam domus propriæ. Hinc Apoſtolus ad Hebreæos cap. 13. verſ.1. & 2. ſcribens dixit *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis*.

Verſ.10. 83 *Expectatis autem vltrà ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca*: Homo, vt prudenter ſe gerat, non illicò debet ſecuritati credere: ſed expectare, vt clârioribus documentis poſſit edoceri: Habes de hac re exempla in Moſe, & Gedeone, qui plura repetita ſigna videre voluerunt, antequam crederent ſe duces Populi Iſraelitici electos eſſe. Vide Exod. cap.3. & Iudicum cap.6.

Prudens non illicò credere debet.

Verſ. 11 84 *At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo*: iam ſuprà in litera adnotauimus cum S. Ioanne Chryſoſtomo, quod hæc columba tota die fuit paſta; & cum Ioſepho Hebræo, quòd redijt lutulenta portans oliuæ ramum: vide ſuprà num.33. vndè moraliter hic Religioſus extrà monaſterium, quaſi raptu acquirit, quòd ſibi afferendum acquirit; idcircò lutulentus crimine in arcam monaſterij redijt. Vnde S. Bernardus ad Sororem in lib. de modo benè viuendi ſerm.61. lit. M. col. 4. in fine pag. mihi 308. ſcribens dicit. *Magnum malum facit, & grande peccatum committit ſi ab hominibus... quodlibet munus ſuſcipit, quia ſuum ordinem frangit*.

A Religioſo quaſi raptu acquiritur, quòd ſibi afferendum acquirit, & ſic grande peccatum committit quia ſuum ordinem, frãgit.

85 Vel dic *Portans ramum oliuæ*: quia Religioſus in columba figuratus debet delectari de pace, & charitate, hinc S.P. N. Auguſtinus in Regula Fratrum Eremit. propè principium iubet *Et ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo*.

Religioſus debet delectari de pace, & charitate.

86 Vel dic: quòd Religioſus quaſi raptu acquirit, quod ex miniſterijs præter cibum acquirit, ideò *In ore ſuo portans* dicitur.

Quaſi raptu acquiritur, quòd religioſus ex miniſterijs præter cibum acquirit.

87 *Intellexit ergò Noe, quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram*: Iuſtus homo ſemper propitia meditatur: ſic ergò Gedeon ab Angelo ſalutatus dicente Iudicum cap.6. verſ.12. & 13. *Dominus tecum*: reſpondit, *Si Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia?* putans Iſraelitas omnes non ſceleſtos, ſed bonos eſſe, & propitia meditando, ſe iuſtum eſſe publicauit.

Iuſtus homo ſemper propitia meditatur, & omnia bona putat eſſe.

Verſ.12. 88 *Expectauitque nihilominus ſeptem alios dies*: quod maturiùs deliberatur, meliùs efficitur.

Quod maturiùs deliberatur, meliùs efficitur.

89 *Et emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum*: Sic peccator homo, dum in anguſtijs inuenitur, ad refugium, & auxilium Cæleſtis Noe volat precibus; quando autem fortunæ bona inuenit, elongatur; intellige ergò ſemper ad Deum recurrere tàm in aduerſis, quàm in proſperis; Sic enim exemplum habes in tota Dauidis vita.

Tàm in proſperis, quàm in aduerſis debet homo ad Deum recurrere.

90 Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram. Vtinam quilibet homo in principio cuiuslibet anni ſuæ vitæ exquireret, quomodo in præterito anteacto anno ſint imminutæ aquæ vitij ſuper terram cordis ſui! Vndè opportuna ad virtutem conſequendam eſt examinatio vitæ decurſæ, non ſolùm in initio cuiuslibet anni, ſed menſis, Hebdomadæ, & dici, vt ſic vidèndo imperfectiones, quæ reſtant reſecandæ, virtus floreſcenda inſeratur. Verſ. 13

Ad virtutem aſſequendam examinanda eſt vita præterita de die in diem, vt reſecatis imperfectionibus virtus inſeratur.

91 *Et aperiens Noe tectum arcæ aſpexit, viditque, quòd exſiccata eſſet ſuperficies terræ*: O quot experimenta captanda occluſo prudenti, ſcilicèt Regulari cellulæ addicto, priùs quàm audeat progredi ad pericula ſæculi.

Difficile regularis poſt plura documenta debet à cella progredi.

92 *Menſe ſecundo, ſeptimo, & vigeſimo die menſis areſacta eſt terra*: Vide quantum temporis adnotatur, antequam terra ab immunditie diluuij exſiccaretur: Hinc cape fugiendam Luxuriæ immunditiem, quæ ſi ſuper terram corporis tui eluuione extenditur, animam miſerrimè ſubmergens, difficilè exſiccabitur. Verſ.14

Difficilè accenſa in corpore Luxuriei flamma extinguitur.

93 *Locutus eſt autem Deus ad Noe dicens*: ſubditus nihil gerat ſine præſcriptione Prælati, vndè gentium Magiſter ſcripſit ad Hebræos cap.13. verſ. 17. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*. Verſ. 15

Subditus nihil gerat ſine præſcriptione Prælati.

94 *Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum*: Virtuoſus iuſtus in communitate præcedere debet omnes in honore, & ſenex in tota familia. Verſ. 16

Senectus veneranda, & virtuoſus honorandus.

95 Vel dic: *Tu & vxor tua, & filij tui, & vxores &c.* Vide quomodo filijs anteponuntur Pater, & Mater à Domino? igitur intellige, honorandos eſſe Parentes, taliter enim faciens longæua gaudebis vita, nàm dixit Deus Exod. cap. 20. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*: Huius longæuitatis rationem Angelicus Doctor 2.2. quæſt. 122. artic.5. aſſignat dicens: *Qui enim eſt gratus beneficio, meretur ſecundùm quandam congruentiam, vt ſibi beneficium conſeruetur. Propter ingratitudinem autem meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autem vitæ corporalis, poſt Deum, à Parentibus habemus: & ideò ille, qui honorat parentes, quaſi beneficio gratus, meretur vitæ conſeruationem*.

Pater, & Mater honorandi à filijs, ſi vitam iſti cupiunt habere longæuam.

Beneficium beneficio compenſatur.

96 *Cuncta animantia quæ ſunt apud te ex omni carne &c. Creſcite, & multiplicamini ſuper eam*. Vide datam expoſitionem ſu- Verſ.17.

prã in cap. 1. Geneſis.

Verſ. 18. 97 *Egreſſus eſt ergò Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo:* Quia non ſolùm audiri à ſubditis oportet Superioris præceptum, ſed adimpleri: omnes in Baptiſmo audiunt, ad Verbum *Ephpheta* aures aperiendo, Decalogi præcepta, ſed ad vſum eum peruenerint rationis obſeruare, & adimplere debent.

Non ſolùm audire debēt ſubditi ſuperioris præcepta, ſed executioni mandare.

Verſ. 19 98 *Sed, & omnia animantia, iumenta, & reptilia, quæ reptant ſuper terram, ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de Arca:* Perfecta præceptorum executio, eſt omnia obſeruare, & adimplere ad-amuſſim, quæ ordinata ſunt, nam ſcribit B. Iacobus Apoſtolus in epiſt. cap. 2. verſ. 10. *Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.*

Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus

Verſ. 20 99 *Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare:* Deo de omni accepto beneficio ſtatim debemus reddere gratias, ſic enim dicit Apoſtolus 2. ad Theſſalon. cap. 2. verſ. 12. *Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper.*

Semper, & ſtatim ſunt reddendæ gratiæ Deo de beneficijs acceptis.

100 Vel dic *ædificauit Noe*, ideſt homo iuſtus, ſeu Religioſus conſecratus Domino, debet offerre ſuper altare cordis ſui vota, quæ Deo promiſit, vt ipſe audiat; *nequaquam vltrà maledicam*, ideſt ne per votorum tranſgreſſionem ſubiaceat Dei maledictioni: hoc totum myſticè prophetauit Nahum cap. 1. verſ. 15. dicens. *Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltrà, vt pertranſeat in te Belial; vniuerſus interijt.*

Religioſus ſuper altare cordis offerre debet vota ſua.

101 Vel *Tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis:* quia volucres, & pecudes cælibes fuerunt, nam ſeptimum ex omnibus animantibus, & ter duplicatis oblatum fuit, dic quod Deo quidquid offertur, mundum eſſe debet, ſolum, & ſimplex; immò cum corde mundo, ne ab eius facie proijciaris; hinc Dauid Pſal. 50. verſic. 12. & 13. poſtquam cor mundum à Domino petierat. *Cor mundum crea in me Deus*, ſubiunxit: *Ne proijcias me à facie tua.*

Quidquid Deo offertur mundum eſſe debet, & cum corde mundo oblatum.

102 *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis:* Deus ſemper acceptat orationes ſeruorum ſuorum, quæ aut ipſis, quod petunt reportant, aut quod cupiunt vtilius Deus negat. Sic ergo ad fratres dixit Mellifluus Doctor in tract. de oratione. *Nemo veſtram fratres paruipendat orationem ſuam; ſtatim, ac ex ore orta eſt, vnum ex duobus erit, aut dabit, quod petimus, aut quod nouit nobis eſſe vtilius, negat.* Verſ. 21

Orationes ſeruorum ſuorum Deus ſemper acceptat, quæ vel reportant, quod petunt, vel quod poſſunt vtilius negat.

Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: eccè orationis iuſti Noe effectus.

103 *Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua:* Hic noſce ò homo tuam miſerabilem infirmitatem, & vt infirmus, vt ſaneris ad Medicum cæleſtem ſemper propera. Magdalena enim, *vt cognouit* hanc ſuam infirmitatem, *acceſſit ad Ieſum*, & ſtatim ſanata fuit: vndè S. P. N. Auguſtinus lib. 50. hom. homil. 23. ſcripſit de ea. *Non inuitatam, vidiſtis, irruiſſe conuiuio, vbi ſuus Medicus recumbebat, & quæſiſſe pia impudentia ſanitatem, irruens quaſi importuna conuiuio, opportuna beneficio.*

Miſerabilis hominis infirmitas.

Homo infirmus ſēper, ad medicum cæleſtem ſemper properare debet.

Magdalena pænitentia, & conuerſio.

104 *Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas & hiems, nox & dies non requieſcent:* homo ſic cognoſce Dei beneficia: omnia quæ ſunt in mundo non requieſcent propter te, & omnia propter te facta ſunt, Deus autem te ſolùm propter ipſum fecit, inquit S. P. N. Auguſtinus: *Omnia fecit Deus propter hominem, & hominem propter ſe:* Ergo diſce gratum eſſe tanto æterno Benefactori, cui tantum in æternum debes. Vtinam homo, & meliùs dicerem ego diuina rependens beneficia, grates, quas poſſum reddere, darem! Verſ. 22.

Omnia quæ ſunt in mundo propter hominem facta ſunt.

Homo propter ſolum Deum creatus, cui debet eſſe gratus.

DVBIA SACRA
IN CAPVT VIII. GENESIS.

Verſ.1. §. 1 QVare, & *quæ cauſa* (addubitat S. Præſul Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap.16. lit. G, col. mihi 239.) *non dixerit Scriptor, quòd etiam vxoris, & filiorum Noe memor fuit Dominus, cum beſtiarum, & iumentorum fuerit memor*, dicente Moyſe: Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca? Reſpondet idem S. Doctor ſcribens, *Sed cum dixerit, quòd Noe memor fuerit, in auctore, & præſule Domus neceſſitates eius reliquas comprehendit*. Nimirum nulla, aut perpauca laude digna de Noe familia vſpiam legimus; plura verò, & ſpectatiſſima de familiæ auctore, & præſule Noe paſſim eructat ſcriptura; ergò ſumptuoſiùs filijs prouidetur in patre, quàm in ſe ipſis. Dentur ergò munera, & gratiæ à Numine æterno ſecundùm capaciorem Patris menſuram, non iuxtà anguſtum filiorum captum. Officioſior, & vberior eſt gratia, quæ Patri Noe tribuitur, vt eam filijs impendat. O Religioni noſtræ donatam gratiam ſecundùm ampliſſimum Protoparentis, & Eccleſiæ Sanctæ eximij Doctoris Auguſtini captum, & meritum! (Vide Torellium in ſęculis Auguſtinianæ Eremitanæ Religionis.) adſpectu ad merita tanti familiæ Principis, tot martyribus purpuratur, tot Pontificibus ſublimatur, tot Purpuris illuſtratur, tot Infulis decoratur, tot Doctoribus laureatur, tot Prędicatoribus inſignitur, tot Confeſſoribus exornatur, toto orbe micantiſſimè fulget. Scilicèt recordatus Dominus Auguſtini, tot gratias in Filios vbertim effundit. Et recordatus Dominus Noemi, eius filijs largiùs munera impertitur.

Officioſior, & vberior eſt gratia quæ in Patre filijs donatur.

Per S. P. N. Auguſtinum Debita laus Eremitanæ Religionis.

Verſ.1. 2 Quare Deus ſolùm nominat Noe, & eius ſolius, dicitur, quòd recordatus ſit, & non vxoris eius, & filiorum, & vxorum eorum? Quia per pacem, & charitatem omnes illæ octo animæ tàm erant vnitæ, vt vna quaſi eſſet anima, vnus ſolus homo, & non plures: *Etenim*, ſcribit S. Ambroſius vbi ſuprà lit. H, *cum omnes inuicem ſibi cari ſunt, vna eſt domus: cum autem diſcrepant, ſeparantur, & ſcinduntur in plures domos. Vbi ergo charitas, ibi ſenioris nomine, de quo pendent cæteri, domus omnis ſignificatur*.

Vbi in aliqua familia pax, & concordia inuenitur, ibi ſint multi, tamē vnus eſſe dicitur.

Senior in familia honorandus.

Verſ. 1 3 Quare dicitur, Recordatus autem Deus Noe, cùm in Deo obliuio non detur? Appoſitè Eucherius in hunc locum Gen. *Igitur quoniam*, ait, *in Deo obliuio non eſt aliquandò, vt recordetur quod oblitus fuerat, recordationem pro miſericordia Scriptor poſuit*. Adeò eſt Dei miſericordia ad fauendum exprompta, vt recordationis nomine deſignetur? Dei recordari, miſereri eſt.

Deum recordari miſereri eſt.

Verſ.1. 4 Quare de vxore Noe Diuina non exprimitur recordatio? Quia ſollicita Dei cura ergà maritum ipſiſſima etiam de vxore ſollicitudo eſt, nec vocabulorum diuortio ſeiungenda. Coniugali defraudaretur vnioni, ſi non eadem ipſa vtriuſque cura dicatur. Vxoris memoria, & cura Dei, in boni coniugis cura, & memoria emphaticè denotatur: alioqui vocabula diuiderent, quos Sacramentum connubij arctiùs coniunxerat. Vndè cùm Moyſes dixit, quod Deus Noe *memor, ſeù recordatus fuerit*, Vxoris etiam, & recordatus, & miſertus perhibetur; vndè Apoſtolus 1. ad Cor. cap. 11. verſ.11. dixit, *Neque vir ſinè muliere, neque mulier ſinè viro in Domino*: quæ verba exponens S. Petrus Chryſologus Serm. 99. de Parabola Sermi pag. mihi 349. ſcribit *Quos Deus coniungit, natura ſociat, & mira ſimilitudine ſimiles reddit habitus, forma componit, & facit Deus; vt ſit homo vnus, Duo: Duo, vnus*.

In memoria liberādi Noe, eius vxor etiam liberanda cenſetur.

Coniugum concordia Dei memoria ſemper eſſe dicitur.

Verſ.1. 5 Quare beſtiæ feriores (idest animantia) mediæ inter homines, & beſtias terræ ponuntur à Moyſe, dum ſcribit *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque Animantium, & omnium iumentorum*? Quia voluit Deus, poſt hominem beſtias crudeliores, ac efferas, ſubindè mitiora collocans animantia, *vt ea*, Scripſit S. Ambroſius, vbi ſuprà lit. H: *quæ ferociora erant*, hominem inter natura benignum, & iumenta mitiſſima, dum degerent, *vtriuſque partis vicinitate manſueſcerent*: cape ergo, quòd ſæpè ſæpiùs mali ex conſortio bonorum incitamentum ad virtutem experiuntur.

Mali ex bonorum conſortio incitamentum ad virtutem experiuntur.

Verſ. 1 6 Quare poſt tantas agitationes, & poſt vnius Anni integri, & tot dierum carcerem in Arca, poſt tot repetitas anguſtias, quas ſuſtulit Noe, dicitur, eius recordatus eſt Dominus? Vt diſcamus quemadmodum Deus iuſtorum hominum vitam ex proſperis, & aduerſis rebus, ſalutari viciſſitudine miſceat, vt illos ea ratione nec ſibi ipſis fidentes, nec Dei prote-

Ex rebus proſperis, & aduerſis, quibus componitur vita iuſti, debet ex his colligere ipſe, quod ſemper cum timore, & ſpe ſalutis oportet tractare negotiū.

ctione

ctione totaliter confiſos, inter ſpem, & metum (vti prędicat Paulus ad Romanos cap.5. verſ. 3.4. & 5. *Scientes quòd tribulatio patientiam operatur, Patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Spes autem non confundit*) perpetuò ingredi faciat: Itaque hoc totum apertè demonſtrauit Tobias cap. 3. verſ. 21.22. & 23. dicens ad Deum. *Hoc autem prò certo habet omnis, qui te colit, quòd vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris; quia poſt tempeſtatem, tranquillum facis: & poſt lacrymationem, & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum, Deus Iſrael, benedictum in ſæcula.*

Patientia eſt filia Tribulationis; Probatio patientiæ, Spes autem probationis.

Verſ.1. 7 Quare Deus non ſolùm Noe eſt recordatus, ſed etiam animalium, quæ cum eo erant in arca? Quia tàm, & tantus eſt Dei amor erga hominem, quòd ſi eius cauſa à diluuij exitio animalia ſeruare voluit anteà, nunc pro ipſiùs hominis amore, dum eius miſeretur, non poteſt eius cauſa animalium non miſereri. Ob hanc rem apud Salomonem, meo videri, laudatur vir iuſtus, quòd non ſolùm erga homines, ſed etiam erga animalia miſericors ſit. *Nouit iuſtus*, inquit Salomon, Prouerb. cap.12. verſ.10. *iumentorum ſuorum animas: Viſcera autem impiorum crudelia.*

Deus miſerendo hominis, nō poteſt eius cauſa animalium ipſi deſeruientium non miſereri.

Verſ. 1 8 Quare Deus, ad conſummandas aquas, *Adduxit ſpiritum ſuper terram*, & ſtatim abyſſus aquas, quas emiſerat, reuocauit, reſorbuit, & apud ſe continuit; Oceanus, qui terras ampliſſimè inundauerat, intrà præſcriptos ſedis ſuæ terminos redijt, dum legitur, *Et imminutæ ſunt aquæ?* Quia quæ priùs Deo ad efficiendum diluuium inſeruierant, eadem ad eius remotionem, & abolitionem iubenti Deo deſeruiunt. Ad rem noſtram expreſsè ſcriptum eſt à Sapiente Sapientiæ cap. 16. verſ.24. *Creatura enim tibi Factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduersùs iniuſtos: & lenior ſit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.*

Creatura eadem, qua Deo iubente deſeruiunt ad puniendum hominum ſcelera, ipſa etiam deſeruiunt ad benefaciendum iuſtis in Deo confidentibus.

9 Quare clauſi ſunt fontes abyſſi, dici-
Verſ. 2 tur, & cataractæ cœli, ad hoc vt prohiberentur aquæ, & pluuiæ de cęlo? quia, dicit S. Ambroſius, *His cauſis minuitur diluuium, quibus creauit*: erupti erant fontes aquarum, apertæ fuerant cataractæ Cœli, vt vndique influentibus aquis terra inundaretur; Debuerant claudi ea, ex quibus diluuij origo manauit, vt eius inciperet eſſe defectus. Quid ergo per diluuium adumbratur? Animæ infirmitas iſta à quo traxit originē? à paſſionibus apertis, & pronis ad ſcelera; igitur claudendæ, & obſerrandæ ſunt paſſiones iſtæ, ne anima ampliùs in ſcelerum eluuione infirmetur: ſtet paſſio, ſanatur repentè anima; hinc Scribit Mediolanenſium Paſtor lib. de Noe, & Arca, cap. 17. lit. I. col. mihi 240. *Hæc igitur eſt animæ ſanitas, hæc ſalubritas mentis, vt affluentia ceſſet erroris, ſiſtatur culpa, ne ſerpat. Ceſſante incentiuo culpa, atque delicti, ſalus tuta eſt, atque inoffenſus vigor animæ ſe refundit.*

Animâ quàdo paſſiones ſunt apertæ ad ſcelera infirmatur quando ipſæ obſerratæ ſūt illa ſanatur.

10 Quare aquæ cæperunt minui poſt centum quinquaginta dies, & non antea, vel poſt? Non antea, quia prius adductus non erat Spiritus ſuper terram, nec clauſi fontes abyſſi, nec Cœli cataractæ: non poſt, quia in illo termino dierum quieuit Arca, & cognitum fuit ſtatim, quòd *minui cæperunt*. Hinc ergo bellè documentum habes, quòd homo non poteſt minuere aquas criminum, niſi antea pręuentus ſit à gratia Spiritus Sancti; & poſt, non poteſt dici, quòd minui cœperunt iſtę aquæ, niſi ipſe homo quieſcat in Arca ipſius diuinæ gratiæ ſuo libero arbitrio cooperante, Deo aſſentiendo excitanti. Vndè ad primum, & ſecundum confirmandum occurrunt Sacroſancti Oecumenici Tridentini Canones de Iuſtificatione. Sic enim in Tertio decretat. *Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pænitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur: anathema ſit*: Et in Quarto: *Si quis dixerit, liberum arbitrium hominis à Deo motum, & excitatum nihil cooperari, aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet: neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, merèque paſſiuè ſe habere: anathema ſit*; Concil. Tridentinum ſeſſ. 6. de Iuſtificatione Can. 3. & Can. 4. vide etiam pro primo, Concil. Arauſic. 2. c. 6. ſuper c. 5. Rom. 5. & pro Secundo, ibidem cap. 3. 4. 5. 6. 9. & 25. Verſ.3.

Hominem nō poteſt pænitere, niſi præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, cui poteſt cooperari, & diſſentire ſi velit.

11 Quare ſupra montes quieuit Arca? Verſ. 4
Vt indè hominibus poſteris, inſtar luminaris, viæ rectæ rationem exponat. Et quidem memoria ſupplicij cogit homines ad recta redire, & iuſta facere: Ita etiam veniente Domino in Sina (figura Aduentus Chriſti Domini iudicantis) cęperunt audiri tonitrua, micare fulmina; mons totus fumabat, & clangor buccinæ vehementiùs perſtrepebat, vt talium ſupplicium futurorum, & præſentium memoria territa plebs ad recta rediret, & iuſta faceret: ſic enim Exodi cap.20. verſ. 20. habetur: *Nolite timere; vt enim probaret vos, venit Deus; & terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.*

Memoria ſupplicij nos cogit ad recta redire, & iuſta facere.

Aduentus Domini in Sina monte exemplar Aduentus Chriſti Domini iudicantis in valle Ioſaphat.

12 Quare dicitur arcam requieuiſſe Ver. 4.
ſuper montes Armeniæ menſe ſeptimo, & non poſt, vel prius? Quia in futuro iu-

dicio

Quot durauerunt annis ſex mundi ætates, & quæ ſint ſeptima, & qualis.

dicio, quòd in ſeptima erit ætate, nam Prima ætas mundi cœpit ab Adamo, vti dictum eſt, & durauit vſquè ad finem diluuij annis 1656. Secunda cœpit à fine diluuij, & durauit vſquè ad egreſſum Hebræorum ex Ægypto annis 887.

Tertia cœpit ab egreſſu Hebræorum ex Ægypto, & durauit vſquè ad quartum annum Regni Salomonis, quo condidit cœptum templum annis 480.

Quarta cœpit à quinto anno Regni Salomonis, ſeù ſecundo anno ab inchoato templo, & durauit vſquè ad deſtructum, & exuſtum idem templum; vel vt alij, & meliùs putant, vſquè ad finem captiuitatis Babylonicæ annis 452.

Quinta cœpit à relaxata captiuitate Hebræorum, & initio Perſarum Monarchiæ, & durauit iſta vſquè ad aduentum Meſſiæ, ſeù Verbum Dei incarnatum annis 525.

Sexta cœpit à primo Chriſti D. N. aduentu, duratura vſquè ad ſecundùm illius aduentum ad iudicandum ſæculum, per ignem; de quo non eſt noſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater Deus poſuit in ſua poteſtate.

In die extremo Iudicij Peccatores ſuperbi, qui modò ſunt velut montes, ſubijcientur ſanctis hominibus, quos nunc conculcantes in deriſum habent.

Septima ergò non in orbe, ſed in gloria inchoabitur ætas à die extremi iudicij, duratura vſquè in perpetuas æternitates: Superbi peccatores, qui modo ſunt montes, vti putat Origenes, hom.4. in cap.10. S. Matthæi, ſubijcientur Sanctis hominibus, quos nunc conculcantes in deriſum habent. Quod totum Prophetauit Malachias cap.4. verſ.1.2.& 3. dicens: *Eccè enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens; dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.*

Verſ. 5

13 Quare exprimitur, quòd Aqua (in 6. cap.)in diluuio quindecim cubitis exaltata eſſet ſuper montes, poſteà quòd Arca ſuper montes ſediſſet; vlteriùs, quòd aquæ irent, & decreſcerent vſquè ad decimum menſem; vltimò, quòd montium cacumina apparuiſſent? Vt ex tot repetitis Arcæ agitationibus iuſti Noemi conſtantia in aduerſitatibus cognoſceretur. Hinc ad rem noſtram ſcripſit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 26. lit. B. pag. mihi 135. *Suprà enim dixit, quòd quindecim cubitis ſuper montes exaltata eſt aqua: nunc dicit quòd ſedit arca ſuper montes Ararath, & paulatim poſteà aqua, decimo menſe decreſcebat, & tandem decimo menſe viſa ſunt cacumina montium. Conſidera obſecro, iuſti conſtantiam, quando durare potuerit tot menſibus, qui quaſi in tenebris erat incluſus.*

Iuſti hominis conſtantia in aduerſitatibus cognoſcitur.

14 Quare ſcribit Moſes, cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit Corvum? vt myſterium noſcas, audi. Quid myſticè ſignificatur per Noe? Chriſtus Dominus: ſic dicit Rupertus Abbas lib.4. in Gen. cap. 22. Quid per Arcam? humanitas Chriſti Domini, dicit S. Cyrillus de Incarnat. Vnigen. 10. Quid per Coruum? Diabolus; ſcribit S. P. N. Auguſtinus Serm. 101. de tempore: *Coruus dicitur Diabolus*: Ergò dic, cumque *tranſiſſent quadraginta dies*, ideſt cùm Ieſus (Matth. cap. 4. verſ.2. & ſequent.) *ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, accedens diabolicus coruus, cumque tentare auſus, aperta à cœleſte Noe arca humanitatis, Deum verum ſe illi demonſtràns, dimiſit illum, ideſt eiecit, dicens *Vade Satana*: qui egreſſus, ampliùs reuerſus non eſt, & eius loco Columba eligitur, ideſt Angelus, qui emiſſus ex arca gloriæ, accedens miniſtrabat ei portans ramum Oliuæ in ſignum Victoriæ de ſubiecto Satana; Nam ipſi non fuit modica gehennali cupidini pœna fraudari votis, non tamen ingemuit inflictis denuò ſupplicijs, nec expreſſis vapulauit tormentis: (ſed ſolùm dixit: *Vade Satana*, ideſt dimiſit) vt repetere poſſit Caſſiodorus, 2. var.34. quod calamo ſcripſit eleganti: *Sufficiat nobis cupiditatem non impleſſe quod voluit: nec minor poteſt prouenire vindicta, quando velut propria videtur perdere, qui ſe ſuppreſſa turpiter venditauerat poſſidere*. Ex hoc ergò documentum cape, dimittere, vt tentaris, ſtatim à te Satanicum Coruum, vt tuo poſſint Angelicæ Columbæ miniſtrare triumpho. Ver. 6.

Figurantur per Noe Chriſtus, per arcã eius humanitas, per Coruum Diabolus.

Noe dimittẽs Coruum ex arca poſt quadraginta dies Figura eſt Ieſus dimittentis à ſe diabolum uerſſum ad tentandum poſt quàm ieiunauerat Ieſus per quadraginta dies eoſdemque noctes.

Magna pœna fuit Sathanæ fraudari votis dum Chriſtum ad tentandum acceſſit.

15 Quare ſcribit Moyſes, *dimiſit* Coruum, & non *emiſit*, ſicut de Columba ſcribit. *Emiſit quoque Columbam poſt eum?* Quia aliud eſt dimittere, aliud emittere à ſe; quæ emittitur à Noe columba auolat reuerſura: qui dimittitur Coruus è domo ablegatur: En vide Communitatis Religioſæ ſimulacrum. Niger moribus Religioſus dimittitur, ne ſocijs noceat: At verò columbæ moribus Religioſus à Superiore ad miniſterium emittitur, vt rediens ad nidulum Arcæ alijs ſit ædificationis. Vel, qui cum proximis, & in ſæculo degentibus agit contrà Religionis prætextum, aut contrà Præſulis voluntatem, non redit ampliùs ad Monaſterium cùm ſpiritu Religionis. Verſ. 6

Laudabile eſt Socios Religioſos moribus corruptos à Religione dimittere.

Qui cum ſecularibus contra Religionis præſcripta agit, non redit ad monaſterium cum ſpiritu religionis.

16 Quare Coruus ęgrediebatur, & non reuertebatur, vel iuxta Hebræum, vti exſcribit Caietanus indidem: & Fernand. ſect.2. num.5. *exiuit exeundo, & redeundo?* Plures ex SS. Patribus, quos allegat Lau- Verſ. 7.

retus;

retus Verbo Coruus in ſua Allegoriarum Sylua,*Corui* nomine inueteratos peccatores, carnales præſertim,moralizant, Vndè ſtat documentum, quo docetur, quòd peccatis conſuetus ab eis exeundo ad ea redit. Vndè S. Anſelmus ad rem in epiſt. S. Pauli ad Rom. cap. 2. ſic ſcribens, *Iram ſibi reprobus theſaurizat*, inquit, *quia dum ad pænitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit, ipſum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ* : O malum mali peccatoris egreſſum! dum è delictorum, & cauea, & vinculis per pænitentiam exit, tunc conſuetudinis neceſſitate allectus, iam iam exeundo exiens redit.

Peccator criminibus aſſuetus ab eis exeundo ad ea redit.

Verſ. 6.7. 17 Quare poſt Coruum emiſſa fuit Columba? quia ſæpè,vbi ſtant mali homines, qui egreſſi per propria crimina ab arca gratiæ, & non reuertentes per pænitentiam,in ſceleribus permanent, mittendi ſunt correctores,qui charitatis zelo more columbino ſine felle ipſos corripiant, vt ad Deum per pænitentiam conuertantur. Hinc S. P. N. Auguſtinus in epiſt. 1. B. Ioannis,c.3.dicit *Fel columba non habet,tamē roſtro pugnat,tales eſtote, quia amor ſæuit, Charitas ſæuit, ſæuit quodammodo ſine felle more columbino*: En videte Zelantes, quomodo fit correctio facienda:hic modus, hæc regula, Charitas,& ipſa te moueat, vndè (Matth. cap. 18. verſ. 15.) *Vade*, ipſa te inſtruat,vndè *corripe eum* : ſed ipſa te doceat correctiorem peccatorem facere, non peiorem; vndè *Inter te,& ipſum ſolum*. Ergo, attende ad S. P. N. Auguſtini, Serm. 16. de verbis Domini, illationem, *Corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſtudens correptioni, parcens pudori. Fortè enim præ verecundia incipit defendere peccatum ſuum: & quem vis facere correctiorem, facis peiorem.*

Vbi mali homines in ſceleribus permanent, mittendi ſunt correctores, qui zelo charitatis more columbino corripiant ipſos, vt ad Deū conuertantur.

Correctio quomodo ſit facienda.

Sapè publica correctio non ſui ſceleris damnatorē, ſed defenſorē facit.

Verſ. 7. 18 Quare dicitur,quòd coruus egrediebatur, & non reuertebatur? Hic attende: quam alius ille coruus fuit,dum pullus opportunis indiguit alimentis ad vitam, & dum grandior cadaueribus exundabat ad voluptatis inſaniā: ibi totus clamor, vocalis totus opem implorabat; ſed alium ad ſtatum translatus (Noe vocante, vti ſupra ad mores dictum eſt) reſponſum *Nunc* reddere faſtidioſus nolebat; ſed ſolum *Cras*; Vt noueris creaturarum ingenium, & demireris ingratitudinis, ſi licet dicere, miraculum. Opportunè dat manum Oleaſter hic dicens *Præfeſert coruus iſte illos, qui domum frequentant alienius, quamdiù ea opus habent; cum verò,quæ ſibi ſunt neceſſaria acquirunt, neminem nouerunt*. Quid certius? O quot Domum amici frequenter viſitant, dum neceſſitate compulſi ope indigent; ſed iactu ſortis ſi pennas ponunt,vt aliqualiter in bonis fortunæ volent, nec domus illius recordantur, nec gratitudinis memores extant, dum beneficiorum immemores fiunt, quid (liceat hoc vti verbo) quid vſitatius,quid euidentius in mundo? At verò hoc tranſeat, quia tolerabile eſſet, ſi intolerabilius non vrgeret: audi. Peccatores Deum inuocant in neceſſitate deuoti; ſed poſt faſtidiunt ingrati; Proh rubor peccatores ingrati! Proh rubor!

Si quis rebus indigeat,ad faſtidiū vſquè domum frequentabit demotus ſi in indigentiis ambulabit oblitus.

Homo dum neceſſitate vrgetur ad domum amici humiliter currit ad poſtulādas opes; tum verò ſublimatur, beneficiorum immemor redditur.

Sic peccator erga Deum facit.

19 Quare ſcribendo Moyſes,quòd coruus egrediebatur, & non reuertebatur, videtur etiam innuere,quod ſimul exijt, & redijt? Quia ſic ille volitabat, inquit Delrio, ad cadauera ſtimulante guloſitate, reuolitabat ad Arcæ culmen ſuadente fatigatione, & labore, limoſitateque telluris illum abigente. Sic ad Noemum non redibat infidus explorator: forſan quòd vafrum, & verſutum animal nolebat iterum in caueam ſubire guſtata libertate natiua. Sunt plerique qui è cauea iniquitatis ad virtutem exire, & conuolare proponunt, ſed illicò deſiliunt, & ad carceres impietatis reducuntur, qui nunquam ad exitum reducuntur iuſtitiæ deſiderium, ſed tamen inſtar corui ſe habent, dum vel cras, & matutino volatu clamant, vel tandem exeunt iterum redeundo, quod neutiquam exire eſt, ſed exordiri, & exitum penſitare minimè deſerendo vitioſum extremum: Extrema igitur, & finis quæruntur in Chriſtianis, non initia; nihil ſeruit bene cæpiſſe, dum bene finiſſe non eſt. Hinc S. Bernardus ad Sororem in lib. de modo benè viuendi Serm. 20. de perſeu. lit. A, col. 1. pag. 306. ſcribens dicit. *Soror chariſſima audi beatum Hieronymum dicentem: non quæruntur in Chriſtianis initia, vel exordia, ſed finis, & perſeuerantia. Paulus Apoſtolus malè cæpit, ſed benè finiuit. Iudas verò Scariotb benè cæpit, ſed malè finiuit. Laudatur initium Iudæ, ſed finis vitæ illius condemnatur, Vndè beatus Gregorius: Virtus boni operis perſeuerantia eſt. Incaſſum bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur.De hoc etiam Beatus Iſidorus ait: Non iudicat Deus hominem de præterita vita, ſed de ſuo fine.*

Verſ. 7.

Exire á vitio laudabile: laudabilius tamen non redire.

In Chriſtianis non quæruntur initia, ſed finis.

Virtus boni operis eſt Perſeuerantia.

20 Quare tam particulariter ſcribitur quòd aquæ ibant, & decreſcebant vſquè ad decimum menſem: decimo enim menſe,prima die menſis apparuerunt cacumina montium? Oleaſter ibidem ſatisfacit dicens: *Centum quinquaginta dies diluuium durauit, paucioribus autem diebus aquæ defecerunt, vt oſtenderet Dominus, quod pronior ſit ad miſerendum, quam ad flagellandum*, & quod vix ferre poſſit continuare punitionem: hoc enim illi peculiare eſt, vt ad momentum affligat, & ad multos centenarios annorum conſoletur, id quod de eo pulchre Iſaias cap. 61. verſ. 2. *Prædicate annum placabilem, & diem vltionis Deo*, Verſ. 5

Quantumuis Deus moueatur adhuc miſericordia ſua ſentitur, & flagellans, & mitigat.

No-

243. *In ore quoque:* inquit *Non fruſtrà ramulus oleæ videtur eſſe delatus, eò quod virtus, & Sapientia in Sermone ſui habeat claritatem, & ipſa ſtatim ſpecie lumen eius effulgeat:* O quot videntur alienis vigilijs, & ſudoribus elucere, & ſtudijs coruſcare mutuatis! ò quam bene aptari poteſt Iſaiæ admiratio cap. 60. verſ. 8. *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & ſicut columba ad feneſtras ſuas?* Cum alienus ſit Verſiculi labor, ore autem proferentis eſt ſplendor, & honor. Hinc cæcinit Vates ille Profanus

Hos ego verſiculos feci tulit alter honores
Sic vos non vobis Vellera fertis oues, &c.

Verſ. 11 30 Quare columba cum ſit egreſſa ab Arca de primo manè ad veſperam vſquè protraxit regreſſionem ad ipſam cum ramo viridis oliuæ; non autem ſic in prima vice? facilis eſt ſolutio; quia columba celerius prius cogebatur redire non inueniens vbi requieſceret pes, nec quid ad paſcendum ſe opportunum, at verò in ſecunda vice fit à ſe ipſa diuerſa dum ſuum quærit, aut dum cunctis communia tractat. Dum quærit ſuum, celeriùs auolat, totoque paſcitur die; dum hominum, & animantium legationem tractat ad veſperam redit, vndè quantò celeriùs ſuum exquiſierat bonum tantò tardiùs commune curauerat: habes confirmationem in homil. 26. in 8. Geneſis lit. C, pag. mihi 136. S. Ioannis Chryſoſtomi ſcribentis *Non abſque ratione, nequè temere adiunxit, ad veſperum rediјt, ſed vt diſcamus, quod tota die fuerit paſta, & inuento ſibi conuenienti cibo ad veſperam redit, in ore ferens ſiccum folium oliuæ. Animal eſt mite, & noſtra familiaritate gaudens, & idcircò rediјt, & ſicco oliuæ folio multum ſolatij iuſto attulit:* O quam verum; quod nullus boni communis vrgetur deſiderio, propriæ inflammetur vtilitatis ſtudio!

Semper bonũ commune lentiori tardatur ſtudio, Proprium autem velociori, & efficaciori geritur deſiderio.

Verſ. 11 31 Quare poſtquam Noe vidit in ore columbæ geſtare ramum oliuæ virentibus folijs, intellexit quod ceſſaſſent aquæ, & non prius dum montium cacumina apparuerant? Quia cum aquæ diluuij propter peccatores immiſſæ eſſent videns oliuam ſimbolum pacis in ore pacificæ columbæ, tunc intellexit quod ceſſarunt aquæ à furore contrà impios, ceſſarunt ſiquidem à ſupplicio inferendo, quæ anteà in illos Dei honorem zelantes furebant: quod benè exprimit Symmachus transferens eo in loco: *Alleuata, & ſedata ſunt aquæ:* quæ prius deſæuiebant in impios ſicut diuinum oraculum peccatoribus pollicetur futurum (Sapientia cap. 5. verſ. 23.) *Excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter:* vbi S. Bonauentura aduertit aquam propriæ naturæ terminos tranſilijſſe, quaſi furore percita, vt acrius in impios inſurgeret.

Creatura quæ præſto adſunt, ad faciendam vindictam in peccatoribus, præſto etiam Deo iubente abeunt ad inferendum impijs.

Verſ. 12. 32 Quare Columba Tertio emiſſa non eſt reuerſa vltrà ad Noe? Audi Ruperti Abbatis (impreſſ. Col. Agripp. c. 23. in lib. 4. Gen: col. 1. pag. mihi 81.) acumen, & Myſterium noſce. *Tertio,* inquit Sapientiſſimus Abbas, *Nihilominus emiſſa iam non eſt reuerſa: quia profectò cum reſurrexerint à mortuis, quæ vt ſuprà iam dictum eſt, tertia erit effuſio Spiritus Sancti, nuſquam mittentur, vndè redeant: nec enim ad operandum; ſed ad regnandum immortaliter exibunt:* En columba clauſuræ amans, & clauſuram religiosè cuſtodiens ab ipſa arca petiuit Cælum, & æternum accepit immortalitatis brauium: Hinc intellige clauſurã pro morte eſſe: *A cella* (aiebat S. Bernardus) *In cælum,* & iure nam qui, vt decet ſe ſolitudini, & clauſuræ dicauit holocauſti ad inſtar Cœlum petiuit: Sunt enim Clauſtrum, & Sepulchrum germana: Vnde qui viuam mortem ſubſtinuit, Volans Reſurrectionis formam expreſſit.

Homo clauſuræ ſe dedicans, ſe in holocauſtum Domino obtulit.

Clauſura eſt veluti mors.

Clauſtrum, & ſepulchrũ ſunt germana.

33 Quare Columba primò egreſſa ſtatim redit in arcam, ſecundò tardius ingreditur, ſed oliuam portat, Tertiò verò emiſſa amplius non reuertitur? Quia voluit docere Pænitentes perfectionis tres gradus: Primus ergo eſt Incipientis, vbi volatus incipitur perfectionis, ſed non longè fit ab antiquo culparum nidulo. Secundus eſt Proficientis, vbi tardiùs recordatur pænitens de antiquo domicilio, hinc in ore geſtat oliuæ ramum in ſignum victoriæ de calcata vitij lutoſitate. Tertius eſt Perfecti, vbi totaliter auolatur longè ab antiquis imperfectionibus. Ergo diſce à columba ſi virtutis ambis celſiora, minimè reuerti ad antiqua. Verſ. 12.

Tres perfectionis gradus adumbrati in triplici emiſſione columbæ ab arca, & quomodo.

34 Quare Noe ad terram peruidendam, & explorandam non feneſtram aut ianuam aperit, quæ propiùs terræ vicinantur, & è quibus magis eſt peruius terræ proſpectus, ſed tectum aperuit, ex cuius aperitione cœlum potius aſpectabile redditur, quam infima terra, ſic enim in Hebræo texto legitur apud Lippomanum *Et abſtulit Noë operimentum arcæ, & vidit, & ecce ſiccata erant facies terræ?* O arcanam Dei erga ſuum Noe prouidentiam! ſcilicèt tametſi nimis ſudandum erat in auferendo vaſtiſſimo illo arcæ operimento, ethicè expediebat, vt noui Sæculi hominibus prius pateret ad cælum aſpectus, & poſteà *Facies terræ* deſpectarent; nam ſecurè videt terram, qui prius cæleſtia vidit. Exinde noui ſæculi aſpectus humanus, cęli prius quam terræ obtutu dedicandus erat, vt de oculorum auſpicio recens fęlicitas exordium ſumeret: vndè ad rem notauit Caietanus dicens. *Litera nullum effectum huius remotionis* (tecti inquam) *Narrat niſi viſionem; quod Noe, videlicet remoto operimento vidit terram eſſe aridam:* O ſi vna ſimplex viſio cęli terram aridam eſſe demonſtrat; Verſ. 13

Securè terrena aſpicit, qui priùs cæleſtia vidit.

Dum cælum aſpicitur terra vileſcit.

quantùm ſordeſcet ſi crebra fuerit meditatio!

Ver. 14. 35 Quare eodem tempore poſt reuolutum temporis annum, quo diluuium cæperat terra areſacta eſt, dum legitur *menſe ſecundo, ſeptimo, & vigeſimo die menſis areſacta eſt terra?* Vt cognoſceretur amor Dei erga homines ſceleſtos, quo tam citò oblitus ſcelerum, eius miſericordiæ ſit memor. Hinc S. Doctor Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 20. lit. C, col. mihi 246. ſcripſit. *Beneficij ſui Deus non immemor, immemor autem noſtræ iniquitatis, opus ſuum eiuſdem qua cœpit temporis quantitate reparauit.*

Deus non immemor ſui beneficij, ſit immemor noſtra iniquitatis.

Verſ. 15. & 16. 36 Quare (eleganter addubitat Rupertus) cùm iam vidiſſet Noe prima die menſis primi quòd exſiccata eſſet terra, vltra quinquaginta adhuc dies ad egreſſionem expectauerit? Quid adhuc præſtolatur Noe? Iuſto ampliùs eſſe cautum, ſpecies timiditatis eſt; niſi fortè in tenebricoſo illo arcæ ſtrictioris carcere diutiùs detineri Noe expeteret. Quare ergo auidè cupitum ex arca egreſſum tandiù moratur? Reſpondet ibi Rupertus Abbas lib. 4. comment. in Gen. cap. 24. pag. mihi 81. dicens; *Videlicet, vt commodius ſubiungeretur quod ſubiectum eſt.* Locutus eſt Deus ad Noe: Egredere de arca. *Tanquam diceret: Tot diebus priùs exſiccata fuerat terra, cùm tandem Deo iubente, egreſſus eſt Noe de arca. Ergo viri iuſti, atque Perfecti magna in hoc quoque iuſtitia, vel perfectio commendatur, laude digna, quòd tandiù carcere concluſus, non erupit ſolutus mox vt terram vidit; ſed ſicut præceptum ingrediendi fideliter accipit, ſic, & egrediendi licentiam obedienter ſuſtinuit.* En quomodo Noe licèt ſiccatam iam terram vidiſſet; quia tamen iuſſus in arcam intrauerat, non iuſſus egredi recuſat; Cœlum ſerenatum videbat, & areſactam terram, & quamuis ob grates referendas Numini victimarum holocauſta cupidine deuota præſtolaretur eius animus ad immolanda, tamenquia (1. Regum cap. 15. verſ. 22.) *Melior eſt obedientia quàm victima: & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum;* Egredi non vult ni priùs obedientiæ præceptum auſcultet. O verùm perfecti obedientis exemplum!

Veri obedientes vt perfectè obedĭant, proprias non curant arūnas.

Meliùs eſt obedire, quā ſacrificare.

37 Quare dicitur quòd locutus ſit Do-
Verſ. 15 minus ad Noe, & quid Noe hæc importauerit locutio? Quia ſicut Dei abſentia triſtitiam pijs affert hominibus, ſic eius præſentia maximum gaudium adducit: vndè cum Noe conturbatus eſſet, quia tandiù Deus ei locutus non fuerat, vt ipſe planctum ſuum in gaudium verteret locutus eſt ei Creator: Ad rem itaque Sacer cecinit Vates Pſal. 29. verſ. 8. & 12. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus,* & paulò poſt, *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi; conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.*

Præſentia Dei abſentia mærorem afficit.

Deus non ſuſtinet diu affligi ſuſtos, ſed conſolationem illis exhibet.

38 Quare Noe cum filijs, & pecoribus Verſ. 16. & 17.
in Arca ſeparati intrauerunt, & iuncti exierunt dicente Scriptura; *Egredere de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animalia quæ ſunt apud te ex omni carne .... educ tecum.* Et S. Iſidoro confirmante: *Egredere de Arca, &c. Iuncti exeunt, qui diſiunctè intrauerunt.* Quare hoc? O' nouitas myſteriorum grauida! Quia in Noe Arca pulchrè Deipara adumbratur. *Arca Noe,* inquit Mellifluus Doctor Serm. de B. MARIA: to. 2. *Significauit Arcam gratiæ, excellentiam ſcilicet MARIÆ: Sicut enim per illam omnes euaſerunt diluuium, ſic per iſtam peccati naufragium: Illam Noe, vt diluuium euaderet, fabricauit: Iſtam Chriſtus, qui eſt Pax noſtra, & requies;* &c. En vides, quare de arca iuncti exeunt, qui diſiuncti intrauerunt: nimirum typus antitypo reſpondet, quia Noe arca Arcam gratiæ adumbrabat, quàm Chriſtus, qui eſt pax noſtra, & requies fabricauit. Arca ipſa, arca gratiæ eſt, & concordiæ vnitatis, & pacis; Arca quam pax, & requies fabricauit: Arca quæ differentias procul abigit, & amicam inuicem concordiam facit. Eſt enim hæc Arca diſſidiorum naufragium, & pacificæ concordiæ portus.

MARIA eſt Noëtica Arca ex qua, ſeparate qui intrant, coniuncti exeunt.

39 Quare Deus ſpeciatim iubet Noe- Verſ. 16
mum, & filios, & vxores ex arca procedere? An forſan exeunte Noemo, filij eius & vxores in arcam reſtarent? minimè: quare ergo tàm particulariter iubet Deus vt exeant Noe, & vxor, filij, & vxores? Quia in re obedientiæ conſequentia non valet, vſus, aut rationis. Poterat nempè vtile eſſe, quòd exiret Noe; & reliqui cuncti, aut aliquis eorum remaneret in Arca. Si Laurentio verbi gratia datur exeundi è domo licentia, quare Petro negatur? expeditur venia Laurentio, ergo Petro impertienda? conſequentia non tenet. Superior enim ſcit Laurentium ſecurè apud ſæculares degere, Petrum haud ſinè periculo commorari. Ergo totus obedientiæ ſe reſignet conſequentia abdicata. *Religioſis,* vti dixit S. Bernardus Serm. 1. in die S. Andreæ lit. K, col. 4. pag. mihi 77. *Sufficiat obedire, quia vita eorum in voluntate ſuperioris eſt.* O verè quot curis Religioſus expediretur, ſi ſecutus obedientiæ præſcripta Superiori totam ſui diſpoſitionem relinquere ſtuderet!

In re obedientia conſequentia non valet.

Religioſus ſua abijciat ſolicitudinē, obedientia præceptum expectans.

40 Quare dicitur Noe ædificaſſe altare Verſ. 20
Domino, abſquè eò quòd ab ipſo Creatore fuerit admonitus, nam omnia quæcumque Noe faciebat Dei admonitione agebat? Ad dubium eleganter reſpondet S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 22. lit. K, col. mihi 247. *Sed vtique Dominus*

Qui beneficia elargitur gratesquaſi auarus non repoſcat.

non

Qui beneficia recipit gratitudinem rependere eurct, ne ingratus exiſtat.

non debuit quaſi auarus mercedem gratiæ poſtulare, & iuſtus eam intellexit veram actionem gratiarum eſſe, quæ non iuberetur, ſed deferretur itaque nec dilationem paſſus eſt. Diſce hinc homo, quando elargiris beneficia gratitudinem non repoſcere: Et tu qui gratias recipis, ſtatim grates rependere cura.

Verſ. 20 41 Quare Moſes in Hebræa ſcribens lingua dixit ædificauit autem Noe altare Deo, & non Domino? Vt Noe cognoſceretur ſpontanea gratitudo, non vi elicita, quia iſta potentem reſpicit Dominum, illa autem benignum Deum, hinc ſcripſit *Deo*, non *Domino*. Audi Diui Ambroſij verba vbi ſuprà lit. L. & nota acumen. *Quod autem ædificauit*: ſcribit S. Doctor

Æterno creatori gratias dum agimus, non coactè, ſed ſponte agere debemus.

Quod autem ædificauit inquit Deo, & non dixit Domino, ſed Deo: Secundum nominis interpretationem, non coacta videtur hac actio eſſe gratiarum quaſi Domino, ſed virtus iuſti morigera, & grata quaſi Deo. Quod imperiale eſt ſequeſtrauit: quod beneficij nominauit. Hinc ergo benè dixit Apoſtolus ad Epheſ. cap. 5. verſ. 20. monens nos, vt gratias agamus, Deo, & Patri; *Gratias agentes ſemper pro omnibus Deo, & Patri.* Vbi dicit Cornelius à Lapide explicans hæc ſuprad. Pauli Verba expendit ijs verbis voluiſſe Paulum nobis inculcare rationes, ob quas tenemur gratiarum actioni incumbere. Iubet, inquit à Lapide, vt gratias agamus Deo, & Patri, vt duos titulos innuat, quibus Deo ad gratiarũ actionem abſtricti ſumus. Primus eſt, quod ſit Deus noſter, à quo corpus, animam, gratiam, & bona omnia accepimus. Secundus quod ſit Pater, qui paterno affectu nos quaſi filios ſuos omnibus ſuis bonis paſcit, & inebriat. Sic ille oſtendit gratias libenter agendas Deo, & Patri; quod optimum in gratitudine obſeruat S. Ambroſius citatus; nam ſicut rectè ponderat Seneca lib. 3. de benef. cap. 7. *Cum res honeſtiſſima ſit referre gratiam, deſinit eſſe honeſta ſi neceſſaria eſt.*

Duobus titulis obſtricti ſumus Deo referre gratias, & quales ſint.

Gratiam referre quæ res eſt honeſtiſſima, tunc deſinit eſſe honeſta ſi neceſſaria eſt.

Verſ. 21 42 Quare Deus cum ſit ipſe purè ſpiritus, Noeticum odoratus eſſe dicitur Sacrificiũ *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis?* Ad innuendum reſpondet Thomas Anglicanus, *Quod Deus, virtutem ſacrificij Chriſti, in illis, ſicut in ſignis ſacramentalibus, contentam, vehementer acceptabat.* Ergo Noe de hac diuina probè doctus fuerat voluntate, noluitque vltrò differre (licet abſque vrgentia præcepti) vt agnos, immaculati agni in Crucis ara cruentandi typos, ſpontaneus immolaret.

Sacrificio cruento in antiqua lege, quia Chriſti paſſionem figurat, Deus maximè lætatur.

Verſ. 21. 43 Quare Moſes refert, in oblatione Sacrificij Noe, dixiſſe Deum ad cor ſuum, ſcilicet *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Hebraicè ſtat *& dixit ad cor ſuum*, quare ergo Noe vocatur à Deo, cor ſuum? Quia dum homo orationi ad Deum vacat, hominis cor ad Deum quodammodò migrat; & rurſùs cor Dei ad hominem commeat: at Deo cor hominis, homini verò cor diuinum velut implantatur: adeò vt cor Dei, & hominis vices reciprocare videatur, vndè Martinus Delrio ſic locum explicat *Dixit ad cor ſuum, ideſt, dixit ad Noe, qui erat corculum Dei.* O grande orantis prærogatiuum! qui diuinum cor in ſuo pectore, & ſuum in diuino pectore quaſi continet. Qua fiducia Deum homo precetur, ſcius velut corde precantis deprecationem diſpenſari? Quid auguſtius? hominis rogantis, & Dei Rogati corda reciprocantur. Oh! petite orantes, quia ſi in pectore cor Dei habetis, in manibus gratias quas petitis geſtatis.

In hominis oratione, homo, & Deus, corda reciprocant.

Nobile orantis hominis, & orationis Elogium.

44 Quare Deus dixit nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines? quia odoratus erat odorem ſuauitatis. En vide quomodo odor ſecuritas fuit Telluris, & quò plus cœlo approximabant odoramenta, tantò magis creaturarum ſalus, hominumque vitá ſecurior. At verò quid myſticè ſignatur per hunc fumum ſuauis odoris? vis ſcire? Aſcenſionem B. Virginis MARIÆ ad cœlum. Sic enim in Canticis cap. 3. verſ. 6. dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus Mirrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Vt ergo cæleſtes Spiritus MARIÆ ſuper ſydera aſcenſum creaturarum ſalutem oſtenderent, ſuauiſſimum odorem deprædicant, ſuauiſſimique pulueris odoriferam exhalationem acclamant. *Vt virgula fumi*, inquit S. Hyeronymus, Serm. de Aſſumptione B. V. M. *ex aromatibus nimirum, quia multis repleta erat virtutum odoribus, manans ex ea fragrabat ſuauiſſimus odor etiam ſpiritibus Angelicis.* Et S. Bonauentura in Speculo clarius dicit: *Detinet filium, ne peccatores perdat; ante MARIAM non fuit qui ſic detinere Dominum auderet.* Fragrantiſſimus odor Noetici Sacrificij Numinis furorem ſedauit, vt qui indignationis excandeſcentia ſtragem minitabatur iratus, terræ incolumitatem promiſerit iam ſerenus? O ſi tantus potuit fumus odoris Noe ſacrificij, quantus poterit fumus odoris virtutum MARIÆ? Aſcendat ergo Maria in cœlum luminum ſplendoribus cincta, pompis Angelicis aſſociata; quia dum aromatici fumi Virgula aſcendit excelſior, & vita hominum eſt ſecurior. Ver. 21.

Gloria aſſumptionis MARIÆ eſt humanæ ſalutis perenuis vena; & quolecumque eius magnitudinis incrementum, noſtra eſt velitati tributum.

Odoris fumus ſacrificij Noe furorem Dei ſedauit, ſed fumus odoris virtutum Mariæ hominum ſecuriorem reddit.

45 Quare ſi Deus diluuium immiſit ob hominum ſcelera, nunc diluuio terram non perditurum aſſerit, quia ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua? Quare ergo hominum malitia diluuium extorſit, & hominum Verſ. 21

Hominum malitia diluuium extorſit, & hominum perverſitas impedit.

minum

minum peruerſitas impedit? Audi: Dixerat enim Dominus ſuprà, & iuſſerat Noe filios procreare (*Creſcite, & multiplicamini*) quos per adoleſcentiæ, & iuuentutis gradus opus erat virilem ad ætatem peruenire: dum igitur adoleſcentes, & iuuenes præuidit, mundum iterum per ſcelera delere non decreuit. Nam vbi floret iuuentus copioſum eſt criminum ſeminarium; dum ergo adoleſcentes procreari vult Deus, & delicta eluuione non vlciſci, ſed patiēter ferrè neceſſarium fuit. Vndè S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca capit. 22. col. mihi 248. lit. I. K. ſcripſit ad rem noſtram: *Diligentia autem, & ſtudium peccandi incipit à iuuentute: vt puer quaſi infirmus peccet, iuuenis tanquam improbus, qui ſtudioſè cupiat peccata committere, & in criminibus glorietur. Apud plaroſque enim innocentia pro ignauia, & culpa pro laude habetur. Ita ſe luxuria, & delicijs, & adulteriorum affectibus iuuenes iactare conſuerunt. Creſcit ergo cum ætatibus culpa. Omne igitur genus hominum iam non conſumendum declarat.* O Prouidentiam Numinis immortalem! culpis clementer indulgere decreuit, cum fore adoleſcentes ſapienter præuidit: Studium peccandi incipit à iuuentute. Hinc exclamat S. Io. Chryſoſtomus de Anna & Samuele educ. dicens *Adoleſcentes à laſciuia reuocare difficile bellum.*

Iuuentus eſt delinquendi ſtudium.

Dei nimia Patientia in tolerãdos peccatores.

Verſ.21. 46 Quare poſtquam, vt ſupra dixit Deus ad cor ſuum, refert Moſes, pronunciauit *Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines?* Quia cum Deus promittit loquitur ad cor ſuum, ac ſi quod Deus Noemo promittit, non tam homini, quam ſibi polliceri dicatur, vt promiſſio Dei, & ad Deum ipſum facta ſanctior, magiſque firma, & inconcuſſa videatur, ſiquidem Deus ipſi Deo veluti fidem ſuam obligat; vt nefas quaſi magis profanum eſſet non ſtare promiſſis ſic enim per os Pſalmiſtæ Pſal. 88. verſ. 35. dixit Spiritus Sanctus *Neque profanabo teſtamentum meum* (hoc eſt pactum, ſeù promiſſionem) *Et quæ procedunt per labia mea non faciam irrita* Vbi Strabus ſcripſit *Profana eſſet promiſſio, ſi eſſet inexpleta.* Nempè ita ſe Deus ſponſioni factæ Noemo ſe adſtringit, & obligat, vt non tam homini, quam ſibi ipſi id promiſiſſe videatur.

Cum Deus promittit loquitur ad cor ſuum.

Profana eſt promiſſio ſi eſt inexpleta.

Verſ. 21. 47 Quare dictum eſt ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua? quia per cordis errantium inſtabilitatem de corde humano (S. Matth. cap. 15. verſ. 19.) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ & omnia alia ſcelera; nam dixit Sapiens cap. 4. verſ. 12. *Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum*; inconſtantia dicitur impetus cōcupiſcentiæ quo cor agitur, & rotatur ad voluptabilia; nam inconſtantiſſimè vni adhæret iniquitati, quin mox hianter profiliat in aliud crimen hinc Procopius in cap. 54. Iſaiæ dixit *Eſt errantium cor inſtabile, ebriorumque more cupiditatibus agitatur, & vacillat: quodlibet enim ſpiritus circumagitur, & quod eſt in Prouerbio, rapiuntur cupiditatum turbine.* Vide ergo quo prauorum affectuum turbine humani affectus variè agitentur vago ſenſuum lenocinio. Idcirco Saluianus lib. 1. de Prouid. moraliſſimè præcauet: *Non*, inquit *Vagi ſenſus per varia oblectamenta laſciuiant, ſola exultet anima corpore affecto, quaſi aduerſario ſubiugato.*

Inſtabilis eſt malitia, quia rapitur cupiditatum turbine.

Vagi ſunt ſenſus per varia oblectamenta.

48 Quare Deus cùm in ipſo cœlo armatus fuiſſet in homines nimbus ad mortalium terrorem, & commune excidium, eò quòd ſceleſtum hominum cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, modo iſtamet ratio eſt cauſa ſpei animoſius erigendæ? ait enim nequaquam vltrà maledicam.... quia ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. Tempeſtiuè pariter, & acutè occurrit S. Io: Chryſoſtomus homil. 27. lit. B, pag. mihi 141. dicens: *Quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuentute, non igitur adijciam vt maledicam terræ. O magnum beneficientiæ pondus, ò plurimam miſericordiæ magnitudinem, ò ineffabilem tolerantiæ excellentiam;* (& paulò antè præmiſerat huius rationem) *Vt conſolationem det iuſto, & fiduciam ei addat.* Scilicèt in priori loco pronitatem ad delinquendum, propoſuit velut rationem timoris: nunc autem eandem rationem timoris publicat tamquam ſpei illicium, vt ſperandi fiduciam addat. Sanè rara miſericordiæ ſpecies eſt, indè ſperare bonum, vndè timendi cauſa abundè ſuppetebat. Verſ. 21.

Timendi ratio refingitur in ſpei blandimentum.

Rara ſpecies diuinæ miſericordiæ.

49 Quare cùm ſenſus, & humani cordis cogitatio ad malum ſemper ſint prona, tamen bonum operantur? Quia ignis ſanctæ gratiæ humani noſtri cordis agellum malitiæ ſterilem reddit, & bonitatis fœcundum. Tempeſtiuè Diadochus, in lib. de Perfectione, ità fatur: *Ignis ſanctæ gratiæ ſenſus etiam corporis depaſcit, zizania humanæ terræ planè exurendo*; ſcilicet *cum ſenſus humani cordis in malum proni ſint ab adoleſcentia ſua* virtutum ſteriles, & vitiorum fertiles, *igne ſanctæ gratiæ, qui ſenſus corporis depaſcat*, opus eſt. Hinc S. Clemens Papa epiſt. 4. ſcripſit *Accenditur in nobis ignis*, inquit, *qui velut agro ſterili immiſſus, conſumptis, & decoctis radicibus peſſimæ voluntatis, bono ſemini verbi Dei fœcundiorem cordis præparet glebam.* En tibi ſenſus humani cordis in malum pronos, & vitiorum feraces; ſanctæ Gratiæ igne depaſtos, qui conſumptis, & decoctis radici- Verſ.21.

Ignis ſanctæ gratiæ ſenſus corporis depaſcit.

Gratia diuina efficacitate tollit impedimenta naturæ.

dici-

[illegible]

[illegible] enter vicere [illegible] & impugna- [illegible] alos carnitus, tu [illegible] armas, & po- [illegible] vino [illegible] ad il [illegible] Dei miſericor- [illegible] uptate, d[illegible]do [illegible] & [illegible] quòd tu [illegible] te eſſ[illegible]

Verſ. 21

[illegible] Vin [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ver. 18. 55 [illegible]

&c. [illegible]


[illegible] Ang[illegible] cap. 16. *Factum eſt* [illegible] *mendicus, & portaretur* [illegible] *Abraha*. Faxit De[illegible] vt mor[illegible] [illegible] dicet con[illegible]

Ver. 22. 56 Qu[illegible] nox, & [illegible] ficeret, [illegible] ergo [illegible] anni pa[illegible] ctor hom[illegible] 27. pag. 142. [illegible] *fuit confuſio quadam totiu*[illegible] *iuſtus ille in arca erat tot*[illegible] *continua nocte* [illegible] *neque nox neque die ſuum* [illegible] *um ſed* [illegible] *quę ſeculi* [illegible] *um illorum permanebit* [illegible] *dignam conſolationem* [illegible] [illegible]

57 [illegible]

[illegible]

re inceſſanter virtutum prouentu actuoſius fructificare nam *Virtus caret tempore*, indè *nec aliquandò* (ſcribit Ieremias cap. 17. verſ. 8.) *deſinet facere fructum*. Strenua virtus numquam otiatur, nec cunctanter ſpectat opportunitatem laboris: opportunè importunè ſeſe labori ingerit, nuſquam illum ſuffugit, expedita ſemper ad opus eſt, loci ex lege, temporum anguſtijs exempta, quippè quæ *caret tempore*. Sic eſt otij refuga, & ad virtutum facinora inuadenda incunctanter, & inceſſanter intrepida, pia feliciter temeritate, dum tempori non ſeruit (quià dum opus conſummatur in aliud recurrit) æternitati operoſius militat.



CAPVT IX.

GENESIS.

Verſ.1. BEnedixitque Deus Noe,& filijs eius. Et dixit ad eos: Creſcite,& multi-
plicamini, & replete terram.
2. Et terror veſter,ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper om-
nes volucres cæli, cum vniuerſis,quæ mouentur ſuper terram: omnes
piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.
3. Et omnes, quod mouetur,& viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera vi-
rentia tradidi vobis omnia.
4. Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis.
5. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de
manu hominis, de manu viri,& de manu fratris eius, requiram animam hominis.
6. Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem
quippe Dei factus eſt homo.
7. Vos autem creſcite,& multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam.
8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo.
9. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos.
10. Et ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus,quàm in iumen-
tis, & pecudibus terræ cunctis, quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis Beſtijs terræ.
11. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis di-
luuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans terram.
12. Dixitque Deus: Hoc eſt ſignum fœderis, quòd do inter me, & vos, & ad omnem animam
viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas.
13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me,& inter terram.
14. Cùmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus.
15. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi vobiſcum, & cum omni anima viuente,quæ carnem
vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendum vniuerſam carnem.
16. Eritque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni, quod
pactum eſt inter Deum,& omnem animam viuentem vniuerſæ carnis, quæ eſt ſuper
terram.
17. Dixitque Deus ad Noe. Hoc erit ſignum fœderis, quod conſtitui inter me,& omnem car-
nem ſuper terram.
18. Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe
eſt pater Chanaan.
19. Tres iſti filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam
terram.
20. Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.
21. Bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus iacuit in tabernaculo ſuo.
22. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntia-
uit duobus fratribus ſuis foras.
23. At verò Sem,& Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum,oper-
uerunt verenda patris ſui: facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non vide-
runt.
24. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didiciſſet,quæ fecerat ei filius ſuus minor.
25. Ait: Maledictus Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.
26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius.
27. Dilatet Deus Iapheth,& habitet in tabernaculis Sem, ſitque Chanaam ſeruus eius.
28. Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis.
29. Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.

LITERALIS EXPOSITIO

Verſ.1 Num. 1 **B**Enedixitque Deus Noe, & filijs eius.

☞ Hic antequam ad expoſitionem ingrediamur literæ, ſciendum eſt Noemum inſtauratorem, & inſtructorem generis fuiſſe humani: de quo ſcriptum eſt Eccleſiaſt. cap. 44. verſ. 19. *Teſtamenta ſæculi diſpoſita ſunt apud illum ne deleri poſſit diluuio omnis caro*: Quod nimirum tanquam cum altero humani generis capite pepigiſſet fœdus æternum, & nunquam violandum Deus de hominibus nunquam iterum diluuio extinguendis. Sicut verò Adam, qui mundi huius incunabula vidit ſuo iure omnium hominum doctor fuit, qui cœteros vera rerum philoſophia, & ſupremi opificis Theologia inſtruit; ità ſanè Noe ſummus illius ſæculi Sophus, & Theologus, qui (vt Hebræi diſtinguunt) tres vidit, & expertus eſt mundos.

Noe inſtaurator, & inſtructor Generis humani.

Noe expertus tres mundos, & quales.

Primus mundus fuit antè diluuium, ſed corruptiſſimum, vndè dictum fuit *omnis quippè caro corruperat viam ſuam*

Secundus mundus, in ipſo diluuio potiùs in Arca, deſertus, & in quo *pauci ideſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt* 1. S. Petri cap.3. verſ.20.

Tertius poſt diluuium renaſcens, & refloreſcens: vndè accepit ſimilem benedictionem ſicut Adam *Creſcite, & multiplicamini*.

2 Ad hanc benedictionem explicandam notandum eſt, quòd hoc verbum benedicendi in Sacro Sermone affert inclinationem alicuius erga aliquem, cum debito animi affectu, ſiuè inferioris erga ſuperiorem, ſiuè è contrario; nam aliter benedicit homo Deo; aliter Deus homini; aliter homo homini; & eſt benedictio res ipſa, & beneficio aliquo præſtita. Vnde dicendum.

Benedicere quid.

3 *Benedixitque Deus Noe, & dixit ad eos creſcite, & multiplicamini, & replete terram*: ideſt, non contentus Deus promiſiſſe hominibus futuris nequaquam vlterius maledicere terram, ipſos homines ſuos etiam nominatim benedicit, tam ... lia gratiæ dona multiplicans, ... copioſam fœcunditatem, ad humanum multiplicandum genus indulgens.

☞ Immò obſ... quod Deus nunquam ... o... uit ab hominibus caſtitatis ... & ... nentiæ priuilegia violari, ideo n... n ... at ... p... at... ni dare ... peram, ...

... caſtitatis, & continentia

futuram multiplicationem prædicit. Et ſicut olim poſt prædictam Adamo fœcunditatem, dedit illi dominium in animantia, ita illud hoc loco dat Noemo

ſecunda pertinuitas.

Verſ.2. 4 *Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram*, &c. adeò vt S.Ioannes Chryſoſtomus homil.27. pag. mihi 142. tom.5. dicat. *Iuſtum Noe eamdem benedictionem conſequi & quam olim Adam, & ereptum recuperaſſe principatum virtute ſua*. Immò ineffabili Dei clementia.

5 *Et omne quòd mouetur, & viuit, erit vobis in Cibum. Hic eſt initium* (☞ ideſt initium permiſſionis apertæ edendarum carnium, nam iam erat anteà Tacita, Inſuper Nota, quòd non præcipit ſed, erit, ideſt permitto vobis) ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus, *edendarum carnium: non vt nos ad ventris ingluuiem paret, & inſtruat, ſed quia ex ipſis erat Noe ſacrificaturus, & Deo gratias acturus, vt ne videamur quaſi ab execratis abſtinere idcircò edendi facultatem concedit, & valdè ſecuros reddit*.

☞ Hic aduerte, quòd licèt antè diluuium hominibus in Adæ perſona dictum fuiſſet, Gen. cap. 1. verſ.29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam*. Et etiam antè diluuium nec fuiſſet vſus vini, nec carnium, nec piſcium; ſed ſolis fructibus, & ſegetibus veſcerentur ſponte natis, vti ſcribit Boetius de Conſol. lib.2. Metro. 5.& ex hoc Ouidius lib. 1. Metam. circa principium: tamen non eſt credibile, quòd homines ſiuè iuſti, ſiuè exleges à carnibus ante diluuium abſtinuiſſent, & rationibus id conuincitur euidentiſſimis.

Prima: quia etſi Dominus aſſignauit in cibum omnibus anima-viuentibus olera, & arborum fructus, ea tamen aſſignatio carnium prohibitio non eſt.

Quod homines ante diluuium à carnibus non abſtinuiſſent, rationes efficaces.

Secunda: quia in Sacra Scriptura nunquam ante diluuium legitur hoc apertè prohibuiſſe Deum.

Tertia ratio eſt. quia cum homines ... li ... neceſſa... ...es auidiùs mè ... rentur, & quomodo negligerent n... n ga..., e... præſertim, quæ ... d... am per... ent, & ventri ac libidini ... nt, in quibu ... ito ... erunt ... S... m ſcribit S. Matthæus cap. 24. verſ. 38. *Erant in*

diebus ante diluuium comedentes, & biben-tes, &c.

Verſ. 4 6 *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia:* hoc bellè explicat S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 25. lit. L. col. mihi 252. dicens *Non olera omnia dedi vobis ad eſcam. Vtantur igitur qui vtuntur carnem, tamquam oleribus, non ad diſtentionem, nec ad ruinam corporis, quam epulæ carnis facere conſue-runt. Sed quemadmodum, & olera non om nia ad eſcæ vſum habilia ſunt: ita etiam non omne vi-um reptile accommodum ad vſum epulandi.*

Anima pro ſanguine late modo ſumpta.

Sanguis eſt de integritate humanæ naturæ.

7 *Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis:* Sanctes Pagninus ca[illegible] cum anima ſua, quæ eſt ſangui[illegible] to modo ſumpta, nam dicit D. Thomas 1. par. quæſt. 119. artic. 1. & in 4. diſt. 44. quæſt. 1. artic. 2. quòd ſanguis eſt de inte-gritate humanæ naturæ [illegible] comedetis: quia Hebraicè ſic legitur, דמו לא תאכלו אך בשר בנפשו, ideſt non edetis carnem cum anima ſua, quæ anima conſiſtit in ſanguine ipſius animalis. Vel dic: Excepto carnem humanam.

Verſ. 5 8 *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis:* ideſt nè fortè li[illegible]tum putetis effundere ſanguinem animarum veſtrarum, ideſt animatorum veſt[illegible]rum, ſcilicèt corporum, vel clarius, ſang[illegible]inem humanum, ſicut, & bellu[illegible]num: itaque ſanguinem veſtrum tanq[illegible] rem iu[illegible] mei (quia *ad imaginem quippe Dei factus eſt homo*) requiram de manu [illegible] rum: Quaſi ſit argumẽtum à for[illegible], ſi requiram ſanguinem ab an[illegible], quæ hominem necarint, vti E[illegible] cap. 21. verſ. 28. habetur. *Si bos cornu percu[illegible]e rit virum, aut mulierem, & mortui f[illegible]erint lapidibus obruetur*, quantò magis ſanguinem humanum ſi effuderitis, à vob[illegible]s, qui homines eſtis, inquiſiturus ſum?

Homicidium vetitum cum præcepto, & pœna in initio ſecundæ ætatis.

9 *De manu hominis, de manu viri, & Fratris eius requiram animam hominis* [illegible] P[illegible] rerius lib. 14. in Gen. tom. 2 [illegible] 9. [illegible] 34. pag. mihi 128. col. 2 [illegible] *Ita* [illegible] *erit: De manu cuiuslibet pro[illegible]* [illegible] *ſanguinem, quem ille fuderit* · Se[illegible] dum n[illegible] 10 [illegible] n[illegible] *Hominis, viri, & fra*[illegible] c[illegible] pr[illegible], [illegible] conſi[illegible]n

☞ 10 [illegible] Thomas [illegible] lect. 2. [illegible] omni homo & [illegible] tem Dæ[illegible] quir[illegible] de m[illegible] tota [illegible] ne [illegible]

Proximus [illegible] ter eſt omnis homo, & Angeli [illegible] autem Dæmones.

Deus Angelis ſuis mandauit (Pſal. 90. verſ. 11. & 12.) vt cuſtodiant homines in omnibus viis eorum, & in manibus portent ipſos, ne fortè offendant ad lapidem pedes ſuos.

11 Secundùm, notandum eſt ex Angelico Doctore 3. p. quæſt. 28. artic. 3. ad 5. quod Frater in Sacra Scriptura dicitur quadrupliciter, ſcilicèt natura, gente, cognatione, & affectu: Vnde ſi ſcriptura diſtinguit, *De manu hominis, viri, & fratris*, diſtinguendum eſt etiam in expoſitione hoc nomen *Fratris* à nomine *viri, & hominis*. Hinc dicendum[illegible]: *De manu hominis, de manu viri, & fratris eius requiram animam eius* · ideſt ſ[illegible]ng[illegible]inem h[illegible], effuſum ex m[illegible] ho[illegible], r[illegible]ram de [illegible] viri i[illegible]s, & d[illegible] nu[illegible] t[illegible] ſeiu[illegible] dicit Vgo Cardinalis in cap. 9. Gen. [illegible] 1. pag. mihi 13.) *Scilicet occiſi quaſi dicat de manu omnium requiram etiam fratris eius qui occiſus eſt*. Hinc Dixit Dominus cum a[illegible] tentiandum, & puniendum Ca[illegible] veneret Gen cap. 4. verſ. 9. *Vbi eſt Abel frater tuus?* & poſteà ſubiunxit *Vox ſanguinis fratri[illegible] clamat ad me de terra*. Vbi [illegible] it[illegible] quod D[illegible]min[illegible] de amborum manu [illegible] requiſierat De manu [illegible] occiſi ob eius vindicandam [illegible] de manu interf[illegible]oris [illegible] homicidium

Frater quadrupliciter dicitur natura, gente, cognatione, & affectu.

Quomodo in [illegible] fraternitate de manu hominis, viri, & fratris.

12 [illegible] *effuderit humanum ſanguinem, fun[illegible]r ſang[illegible]is illius* [illegible] eſt per ſe [illegible] & [illegible] p[illegible] [illegible] io [illegible] L[illegible] & r[illegible] a C[illegible] D[illegible] Noſtro [illegible] q[illegible] Sacerdotum S[illegible] Matth. cap. 26. verſ. 52 *Conuerte [illegible]adium tuum in locum ſuum omnes e[illegible] qui acceperint gladium gladio peribunt* Verſ. 6

13 *Ad imaginem quippè Dei factu[illegible] eſt homo* Hæc ratio & motiuum an[illegible] [illegible] deſt qui *Homo ad im[illegible]mem Dei fact*[illegible] leo non d[illegible]o [illegible] u humanus: n[illegible] ipſ[illegible] cidit.

[illegible] homo [illegible] imaginem [illegible] non debet [illegible]

☞ 14 [illegible] a[illegible]uerte cum [illegible] D[illegible] 2 [illegible] ſt. 100. artic 6. [illegible] & [illegible] 8. [illegible] 3. quod H[illegible] m ten[illegible] [illegible] in pæ[illegible] & [illegible] [illegible], & [illegible] eſt [illegible]

15 [illegible] 64. [illegible]

15 [illegible]

Occidere [illegible] exleges ad bonum communitatis eſt licitum, & quomodo.

16 Idem ibidem artic. 3. Nulli licet occidere peccatores niſi au[illegible]oritate principis. & ipſos exleges occid[illegible] ad bonum communitati eſt [illegible], qu[illegible]do poteſt fieri ſinè pericul[illegible] bonorum idem in par. 2. quæſt. 100. ar[illegible]c. 8 [illegible]d 3.

Miniſter in [illegible] condemnatum occ[illegible] latronẽ non peccat [illegible] ipſos [illegible] quacumque de cauſa peccamin[illegible] eſt mortaliter, ſicut ſi Dei inſpiratione [illegible].

17 [illegible] occidens latronem condem[illegible]tum ad m[illegible]rtem non peccat. [illegible] 4. [illegible]ſtin. 37. quæſt 2. artic. [illegible] 2.

18 Occidere ſe q[illegible]acumque de c[illegible]ſa, ſemper eſt peccatum mortale, n[illegible] hoc fiat ex inſpiratione, ſicut Samſ[illegible]n per q[illegible]em Deu[illegible] m[illegible]acula faciebat, & ſi[illegible] quæd[illegible]m Sa[illegible]tæ [illegible]s, q[illegible]m memoria in Ec[illegible]cleſia c[illegible]r. Idem 2. 2. q. 59. arti[illegible]. 3. ad 2. & quæſt. 64. artic. 5.

Occidens aliquem ob ſe defendendum non peccat & quomodo.

Participans in cauſa ſanguinis eſt irregularis, Secus verò ſi occidit aliquem à caſu dum dat operam rei licitæ: neque hic dicitur homicida.

19 Oc[illegible]n[illegible] [illegible]uadentem ſe, defendendo ſ[illegible] cu[illegible] mod[illegible]amin[illegible] [illegible] p. tæ tute[illegible]æ, nec intend[illegible]s mortem eiu[illegible], non peccat, & hic non ſolum, ſed etiam qu[illegible]libet participans in cauſa ſangui[illegible]is eſt irregularis: Secus ve[illegible] hominem occi[illegible]ens [illegible] caſu, [illegible]dabat [illegible]p[illegible]m rei licitæ, & a[illegible]hib[illegible] debi[illegible]m d[illegible]ntia[illegible] neque eſt homic[illegible], neque eſt irre[illegible]l[illegible]ris idem 2. 2. quæſ[illegible]. 64. artic. 7. ibidem [illegible]æſt. 40. artic. 2. c[illegible]a finc[illegible] ibidem e[illegible]m quæſt. 64. artic. 8.

Voluntarij homicidæ nunquam ordinandi, etiam procurantes animantis ſui abortum.

20 Ad[illegible] Sacroſancti Oecumenici Tridentini Concilij decretum, qu[illegible] in [illegible]. 14. de Reformatione cap. 7. d[illegible]t ſic. *Cum etiam qui per [illegible] induſtriam occide[illegible] proximum ſuum, [illegible], a [illegible] debeat qui ſua voluntate [illegible] petrauerit, etiam [illegible] ſi crimen id nec o[illegible] iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit; nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia; etiam ſi curam non habeant a[illegible]rum, conferri liceat· ſed omni Ordine, a[illegible]o, & offi[illegible]o eccleſiaſtico perpetuo care[illegible], [illegible] verò homicidium non ex propoſito, ſe[illegible] [illegible], ve[illegible]m vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fu[illegible] commiſſum narretur, quam ob ca[illegible]am et[illegible]m ad ſacrorum ordinum, & altaris min[illegible]ſteri[illegible], & beneficia quæcumque, ac dignitate[illegible] [illegible] dammodo diſpenſatio debeatur; comm[illegible]ur loci ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narrat[illegible]s, nec aliter, diſpenſare poſſit.*

Caſuales homicidæ quomodo ſint ordinandi.

A. E[illegible]od. cap. 21. ver. 12.

B [illegible]it illud in abortum proc[illegible]an[illegible] Vid Bulla Sixti V. *Effrenatam* [illegible] 5 S. [illegible]m ad fætum animatu[illegible] r[illegible]xi [illegible]rgor. XIV. per bullam *Sede Apoſt[illegible]ca* 1591.

C c[illegible]p. [illegible]ionis de accuſ. &c. c. cum n[illegible] de iud.

D. c[illegible] 50. diſt. &c. cap. Sig[illegible] homic.

Vers. 7 2[illegible] *Vos autem creſcite, & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam*: Ex ſupradictis iam explicatum manet.

22 *Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo. Hic deſcribitur beneficium Dei erga Noe, & poſteros eius*, dicit Lyranus, *quantum ad amotionem mali*. Sed quia homines timebant illi filij Noe, & vxores eorum, ne Dominus eos peccantes repetito perderet diluuio, licèt iam de vltrà amplius non maledicenda terra promiſiſſet, tamen dixit. Verſ. 8.

Licet [Deus promiſiſſet, ſe ampliùs non immiſſurum diluuium, tamen poſt filij Noe diluuia timebant, donec Deus pactum confirmauit.

23 *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: ſtatuam* hoc [illegible]bum l[illegible] et ſit de futuro, accipiend[illegible]n t[illegible]m[illegible]n e[illegible] d[illegible] præſenti, ideſt *Ecce ego ſtatuo pactum meum*, ſcilicèt promiſſionem, q[illegible] ec[illegible] v[illegible]b[illegible] de vltrà non immittendo diluuio, confirmo ad ſecuritatem veſtram, & omnium futurorum hominum. Verſ. 9.

24 *Et ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum, tàm in volucribus, quàm in iumentis*, &c. & omnium animantium de omni ſpecie, quia in diluuio, dicit Abulenſis, vel qualibet alia generali conſu[illegible]tione eorum periculum verteba[illegible]. Verſ. 10.

De pacto non immittendi diluuium, etiam animantia gauſa ſunt propter hominem.

25 *Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans terram*: ideſt iterum promiſſionem meam vo[illegible] confirmo, me nunquam interfectu[illegible] vni[illegible] [illegible] viuentes aquis diluuij, [illegible]urum è cœlo plu[illegible], & [illegible] cataractas cœli, & ab[illegible]m[illegible]gnæ fontes ad vniuerſaliter obruend[illegible] homines, terram, animantia, & montes, vniuerſaque quæ in orbe ſunt Verſ. 11

Pactum de non immitte[ndo] diluuio vniuerſaliter ſuper terram ſicut antea fuerat.

26 Poſui verbum *Vniuerſaliter* Deum non imm[illegible]urum diluuium; quia duo aliqu[illegible] diluuia, poſt vniuerſale, particular[illegible] annotantur [illegible]ſe in mundo à Paulo Oroſio lib. 1. de ormeſta mundi; Solino in P[illegible]iſtor. cap. de Thios inſula; Iſidoro Et[illegible]hi[illegible], c[illegible]p. 22. lib. 13., Euſebio in Chron., & ali[illegible]s.

Pri[illegible] diluuium fuit in Græcia tempore [illegible]cob Patriarchæ, & Ogygij R[illegible]is; de cu[illegible]us tempore a[illegible]r ſent[illegible]t Vaero, [illegible]ter Euſeb[illegible]us, & [illegible]r S. Hieronymus. Vbi n[illegible]ta [illegible]od ſi V[illegible]ro po[illegible]t diluuium Og[illegible]g[illegible]t[illegible] [illegible]qu[illegible]n ponatur [illegible], [illegible]r quod illud dilu[illegible] [illegible] Varronem fuit Tempore Ni[illegible] Reg[illegible] Aſſyriorum· ponitur enim hoc di[illegible]u[illegible]um Secundùm Euſ[illegible]bi[illegible]m fuiſſe [illegible]uadrageſimo [illegible] Phoronei Re[illegible]is Argiuorum [illegible] ducente[illegible]ſimus Se[illegible]age[illegible] tertiæ ætatis

Primum diluuium Ogygij ſecundùm Varronẽ fuit Tempore Nini regis Aſſyriorum, & ſecundùm Euſebium fuit tempore Phoronei Regis Argiuorum.

27 Se[illegible]nd[illegible] d[illegible] f[illegible]t t[illegible]mpore Deu[illegible] c[illegible] [illegible] vi[illegible] te M[illegible]um fi[illegible] [illegible]rae[illegible] per [illegible]ert[illegible] incedebant. De his [illegible]bus d[illegible]uuij [illegible] iam fit mentio à S. P.

Secundum diluuium fuit tempore Deucalionis in Theſalia viuentis M[illegible]yſe.

N. Au

N. Auguſtino lib. 18 de Ciuitate Dei cap. 8. col. 2. pag. mihi 222.

In ſignum fœderis Arcus iridis in cœlo primò apparuit in incunabulis ſecundæ ætatis.

Verſ. 12 28 *Dixitque Deus: Hoc ſignum fœderis quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem, & quæ eſt vobiſcum:* hic dicendum quod tunc Deus apparere feciſſet iridem, vt poſtea à Noe, & poſteris ſignum cognoſceretur quale eſſet promiſſionis diuinæ.

Iris quomodo cauſetur.

Iris quandoque ſignificat ſerenitatem, & quomodo, quandoque pluuias.

29 Hic nota cum Angelico Doctore quod Iris cauſatur ex vaporibus, non omninò ſiccis, nec omninò humidis, quandoque ſignificat ſerenitatem inquantum cauſa eius eſt cauſa ſerenitatis; quandoque ſignificat plu[illegible]s non ſuperabundante ſole ſiccante e[illegible]s non totaliter. Quodlibet. 3. quæſt. 14 artic. 1. idem 2. 2. quæſt. 95. artic. 5. i[illegible]em quodlib. 3. quæſt. 14. artic. 1.

Iris ſignum naturale pluuiæ iris quomodo fiat.

30 Sciendum eti[illegible] eſt: quod iſte Arcus eſt ſignum naturale pluuiæ, mediocris tamen, quia fit in nube rorante, ideſt in minimas ſtillas ſeſe reſol[illegible], quæ eſt indicium pluuiæ benignæ, & remittentis. Inſuper ſciendum Arcum iſtum fuiſſe ante diluuium, tunc enim extabant eiu[s] cauſæ, ſcilicèt ſol, & nube[s] rorida; Attamen poſt diluuium ex beneplacito Dei, conſtitutus eſt in ſignum fœderis inter cœlum, & terram, quæ non amplius ſubruenda eſt generali diluuio.

Iris quomodo epithetice nominetur.

31 Iris ab Ariſtotele (vide D. Thomam ſuprà Ariſtotelem cap. de Iride) vocatur *Tricolor*, à Ptolomæo *Septicolor*, ſed *Multicolor* vocandus, immò *Millecolor*: iuxtà Poetam Virgilium in lib. 4. Æneid.

Mille trahens varios aduerſus ſole colores
Inſigni decorat curuamine Cœlum

Signum fœderis durabit, vſquè dum mundus erit.

32 *In generationes ſempiternas*: ideſt vſquè dum durabit hoc ſæculum, ſeu h[ic] mundus; nam hebraice legitur עילם לדרות *Ledorot olam* quod verti poteſt quamdiù hæc vita in terris durabit: vel in Peregrinatione.

33 Hic inſero, neque damnando, neque affirmando, opinione[m], quam [illegible]t Auctor Scholaſticæ hiſtoriæ in [illegible]. Gen. cap. 35. qui dicit *Tradunt Sancti quod quadraginta annis ante Iudicium non videbitur Arcus cæleſtis. id quod etiam naturaliter oſtendet deficcationem aeris iam eſſe inceptam*: quo fundamento iſte Au[ct]or hoc d[ic]it, neſcio qualeſ ſint iſti [illegible], q[illegible]ment, minime reperi. Vnde m[illegible] veleri h[an]c opinionem refutand[a]m p[illegible] [d]icerem, quam affi[r]mandam, ex ſupra[illegible]

Verſ. 13 34 *Arcum meum ponam in nu[bibus]* di[ci]tur Arcus in [illegible] ſt ar[c]u[s] Dei, q[ui] a Deo datus eſt i[n] S[ign]um non [fut]uri [dil]uuij.

Ponã: in H[ebr]æ[o] [ha]ter. נתתי *Natatti poſui*

Et erit Signum fœderis inter me, & inter terrã: non [illegible] terram quia [illegible]m di[l]uu[ij] p[r]incipaliter era[t] offen[so]rum

terram ſicu[t] fecerat. *Ideo* dicit hic Abulenſis *pactum Dei de non mittendo diluuio ad totam terram dirigebatur.*

Quid ſit nubes rorida.

35 *Cumque obduxero nubibus cœlum apparebit arcus meus in nubibus*: Quia vti d[ici]mus in nube rorida, & pluuioſa pingitur naturaliter iris, ſeù arcus cœleſtis à So[l]e. Nubem autem *roridam* voco, quæ purus vapor non eſt, ſed incipit diſtillare in guttulas adhuc in ae[r]e pendulas, in quibus, vt in quodam ſpeculo ſuis radijs hunc mirabilem arcum Sol efformat. Verſ. 14

36 *Et recordabor fœderis mei vobiſcum. & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat*, &c. i[d]eſt recordari vos faciam me [nun]quam immiſſurum aqu[a]s d[iluuij] ad delendam vniuerſaliter omnem carn[em]. Vnde S. Ioannes Ch[r]yſoſtom[us] hom[il]. 28. in Gen. lit. C, pag. [mihi] 148. d[icit] *Recordabor .... non quia ipſe opus habeat recordatione, ſed vt nos ad illud ſignum reſpicientes, nihil durum ſuſpicemur: ſed ſtatim recordemur diuinæ promiſſionis, & roboremur, & confidamus, vtpote nihil tale paſſuri.* Verſ. 15.

Recordari in Deo eſt miſereri.

37 *Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt*, &c. ideſt *recordabor*, vel vt paulò ante [d]iximu[s], v[e]l vt ſuperiùs explica uimus in [illegible] literali cap. 8. verſ. 1. num. 1. nempe [i]dem videndo miſericordia m[ea], [illegible] m[e]um, non recedet ab homine, & ab omne animanti viuente vniuerſæ carnis, quæ eſt ſuper terram: Ad confirmandum hoc, ſeù ad magis explicandum occurrit ore prophetico Iſaias cap. 54. verſ. 8. 9. & 10. qui dicit. *In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui ..... Sicut in diebus Noe, iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas vltrà ſuper terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur.* Verſ. 16.

Arcus cæleſtis ſignum rememoratiuũ diluuij præteriti.

38 *Dixitque Deus ad Noe: hoc erit ſignum fœderis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram*: ideſt hoc e[rit] ſi[gnu]m f[œderis] [ſ]cilicet iſte ar[cu]s e[ri]t ſ[ignu]m rem[emo]r[ati]uum diluuij præ[teriti], non co[ntin]uum diluuij, & in ſ[ignum] promotionis, ſeù gratiæ, vel *diuinæ pollicitationis*. Vt dicit S. Io: Chry[ſoſtomus], vbi [ſu]prà. Verſ. 17.

Sem profeſſor ſapientia.

39 *Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de Arca Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan* Verſ. 18.

Hic ſcien[du]m [e]ſt, quod Sem gymna[ſi]um aperuit, [illegible]e ve[ru]m ſ[a]pien[ti]am profeſſus, quod [illegible], & ſanæ d[oct]rinæ ſectatores frequentarent Non quidem [i]le prærogatiua primogenituræ, ſed pietat[i]s, in paternum magiſterium ſucce[d]ens:

n[o]m

Quis primogenitus Noe.

mum primogenitura inter filios Noe, valdè dubia, & controuerſa eſt. Hebræi enim, quos quidam ex noſtris ſequuntur, cum recenſentur Sem, Cham, & Iapheth, dicunt ordinem eſſe à minimo ad maximum. Alij Sem ſecundo natum, Cham minimum, Iaphet maximum. Alij deoique ordine generationis numerari Sem primogenitum; Cham verò, quem conſtat minimum fuiſſe, ignota ratione præponi Iapheth ſecundo. Vtcunque ſit, Sem, vt qui fuerit poſteritatis piorum veram Fidem, & Religionem colentium, fuit quoque veræ doctrinæ magiſter; quo docente Iacob erat *Miniſter Domus Doctrinæ*, vt ex Onkelo, & Hebræis habetur. Tamen multi ex Hebræis dicunt Iacobum Theologiæ Scholas frequentaſſe, docentibus Sem, & Heber, aut ſecundum alios, Melchiſedech.

Sem docente Iacob erat miniſter domus doctrinæ.

Cham ... primus ... ars ... inuentor quod ſit Chimia.

40 Cham verò fuit nobillimus Magus, & Chimiæ artem (à quo nomen accepit, quaſi Chamiæ) primus inuenit, docuit, & exercuit. Vide in fine §. huius cap. §. 60.

Quamuis enim ars ſit verum aurum, verumue argentum, ex alijs metallis per artem igniariam conficiendi; tamen vt eſt magorum, præſtigiatorum, atque etiam Dæmonum ingenium, potuit nobiliſſimus Magus Cham, hanc Magiæ naturalis artem, & partem alteri ſuperſtitioſæ præſtigiatrici, & Dæmoniacæ admiſcere; illum enim fuiſſe magum, & ſacrilegis, addictum artibus pluribus oſtendit Serenus Abbas, apud Caſſianum collatione 8. & fuiſſe eundem cum Zoroaſte aſſerunt Ioannes Annius ſuper Beroſ. lib. 3. & 5. deflorationis Chaldaicæ. Genebrardus lib. 1. Chronolog. Petrus Comeſtor in Hiſtoria Gen. 39. fuiſſe autem non ipſum Zoroaſtem, ſed Patrem Zoroaſtis, id eſt, Mizrraim, aſſerit Clemen. lib. 4. Recognit. atque Ægyptijs Babylonijs, & Perſis Magicam diſciplinam tradidiſſe, acceptam fortè à Parente Cham: cæterum Zoroaſtem fuiſſe Magiæ præſtigiatricis, atque Demoniacæ profeſſorem, conſenſus eſt, tam profanorum, quàm ſacrorum ſcriptorum, apud Martinum del Rio, lib. 1. de Magia cap. 3. & Maluendam de Antichriſto lib. 6. cap. 6.

An Cham fuerit Zoroaſtes.

Zoroaſtes quis, & magus.

41 Ad rem hìc nota, Diocletianum veterum ſcripta de fuſione argenti, atque auri per totam Ægyptum concremari iuſſiſſe, ne ex illa arte ditati Ægyptij, ad bellum Romanis inferrendum potentiores eſſent. Sic habent Guillandinus in ſuo de Papyro commentario. Et Suidas in Hiſtoria.

Diocletiani decretum de tollenda Alchimia.

42 A Iapheth verò omnes gentiles originem duxere, vti infrà in ſequenti dicendi capitulo locus erit.

Iapheth omnium gentilium pater.

Verſ. 19

43 *Tres iſti filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram:* ideſt, ſuper vniuerſam terram, qua habitari potuerat, nam non omnes loci in mundi partibus ſunt habitabiles propter aeris intemperiem, & ciborum carentiam.

44 *Cæpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam:* ideſt non recens à Deo conditam; ſed quæ vites ſparſim plantatæ vuas tantum ad eſum miniſtrabant, ſolertià Noe in vnum locum reductæ diligenter, nec non cultæ fuerunt, etiam potum, vino indè expreſſo præbuerunt; vt ad vitæ humanæ delicias, eſui carnium, etiam vini potus iungeretur. Vnde dicit S. Ioannes Chryſoſtomus hom. 29. lit. D, pag. mihi 154. *Præterea quoniam carnis eſus in vitam hanc introductus fuit, poſted, & vini potus acceſſit.* Conſimile habet S. Hieronymus. Vide in lib. 1. contrà Iouinianum. Ver. 20.

Noe poſt diluuium primus vineæ cultor.

45 Vel dic, quod Noe cæpit eſſe vir terræ; nam Hebraice eſt נוח איש ארמה *Ideſt Noachis hadama*, ſcilicet cæpit diligentius poſt diluuium ſiccatam iam terram arare, & colere; nam omnes homines ante diluuium vſi erant agricultura, ſic etiam Noe, vndè ad priſtinum exercitium redijt: ideòque dicere poterat illud Zachariæ prophetæ cap. 13. verſ. 5. *Homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.*

46 Pererius lib. 14. cap. 9. verſ. 20. nu. 123. col. 1. pag. mihi 141. dicit (non ex ſe, ſed ex alijs) Vide Theatrum vitæ humanæ Verbo *Aratrum*. Noe inueniſſe aratra, & ijs per animalia laboribus apta attractis vomere glebas terræ proſcidiſſe, cum antea homines ſuis manibus, & ligonibus terram foderent.

Noe primus aratri inuentor.

47 Hic aduerte cum Angelico doctore 1. p. quæſt. 102. artic. 3. & S. P. N. Auguſtinus à quo didicit 1. Thom. lib. 8. de Gen. ad lit. cap. 10. pag. mihi 637. quod Agricultura in ſtatu innocentiæ etiam fuiſſet, ſed delectabilis, propter experientiam virtutis naturarum, & non laborioſa: inſupèr, quod Agricultura habebatur inter res ſacras ab Ægyptijs, & paganis. Idem in p. 2. quæſt. 102. artic. 3. ad 2.

Agricultura in ſtatu Innocentia fuiſſet delectabilis non laborioſa.

Ægyptij, & Pagani Agriculturam vt rem ſacram venerabantur.

48 Inſtrumenta Agriculturæ ſunt ſequentia videlicet Vomer, aratrum, buris, dentale, currus, abſis rotarum, falx, ligo, ſarculum, bidens, tridens, cylindrus, & harpax.

Agriculturæ inſtrumenta quæ ſint.

49 Sciendum etiam eſt Agriculturæ exercitium, Primo eſſe à natura, & à Deo inſtitutum. Vnde S. P. N. Auguſtinus parte 5. de Gen. ad lit. lib. 8. cap. 9. nota 1. dicit, quod Agricolarum officium eſt digniſſimum, quià in ſtatu digniſſimo hominis inſtitutum.

Agricultura exercitium nobiliſſimum, & quando inſtitutum.

50 Vn-

Primi patriar. cha Agricultores.

50 Vnde videmus, & legimus, quod Agriculturæ vacauerunt Adam, & cæteri vſque ad finem Primæ ætatis, & exindè Noe, Sem, Iapheth, Iſaac, Iacob, Eſau, Moyſes, Booz, Gedeon, Eliſæus, & quamplurimi in Sacra Scriptura.

Pontifices maximi Agricolarum filij.

51 In hiſtorijs de Pontificibus ſummis Chriſti D. N. Vicarijs, & Principis Apoſtolorum ſucceſſoribus legimus Siluerium, Adrianum, Silueſtrum, & alios, agricolarum filios. Vide Platinam, & Theatrum vitæ humanæ Verb. Agricola, & Agricultura.

Imperatores Agricolæ.

52 Arcades, Fabij, Piſones, Lentuli, Cicerones, Vitellij, Porci, Seruij, Appij, Scrophæ, Romulus, & Remus, Diocletianus, Iuſtinus, Perſarum Rex Cyrus, & priſci omnes Romani Imperatores agricolæ fuerunt; Vndè dixit Valerius Max: *Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accerſebantur, vt Conſules fierent* Sic enim Curius à villa in Senatum vocatus eſt. Attilium vocantes ad Imperium Romanum eum ſemen ſpargentem inuenerunt) *voluptatis cauſa ſterile, atque æſtuoſiſſimum Pupiniæ ſolum verſabant, deliciarumque ignari, vaſtiſſimas glebas plurimò cum ſudore diſſipabant, Immò verò quos pericula Reip. Imperatores aſſerebant, anguſtia rei familiaris bubulcos fieri coegit.*

Verſ. 21 53 *Bibenſque vinum inebriatus eſt:* ideſt ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 29. lit. D, pag. 154. *ignarus, qua menſura vti debebat per ignorantiam in ebrietatem incidit.* Sic etiam habet Theodoretus quæſt. 65. in Geneſim.

Noe vini inexpertus inebriatur.

☞ 54 Hic nota cum D. Thoma Aquinate 2. 2. quæſt. 150. artic. 1. quòd Ebrietas dicitur dupliciter, ſcilicet defectus rationis ex nimio potu vini, & actus cauſans eum. Secunda eſt peccatum, non autem prima.

Ebrietas duplex, & quæ ſit peccaminoſa.

Ebrietas neſcientis potentiam vini non eſt peccatum. Scienti autem, ſed non credentis inebriari, eſt peccatum veniale: aliter verò eſt peccatum mortale, idem in p. 2. quæſt. 88. art. 5. ad 1. & in 2. 2. q. 150. art. 1. 2.

Ebrietas neſcientis potentiam vini nõ eſt peccatum, & quando ſit peccaminoſa mortaliter.

Dans vinum prono ad ebrietatem ſcienter peccat, idem in 2. 2. ibidem.

Dans vinum prono ad ebrietatem ſcienter peccat.

Ebrioſus poteſt baptizari, non autem ebrius, idem 4. diſt. 6. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 1. ad 3.

Ebrioſus poteſt baptizari non autem ebrius.

55 Et S. P. N. Auguſtinus tom. 10. in lib. ad Sacras Virgines cap. 1. lit. B, col. 1. pag. mihi 224. ſcribit de ebrietate: *Ebrietas ab anima iniuria incipit, & flagitiorum omnium mater eſt: culparum materia, radix criminum, origo omnium vitiorum: turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis. Ebrietas temporis amiſſio eſt, inſania voluntaria, ignominioſus languor, mentis ſana debilitatio, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela:*

Ebrietatis deſcriptio, & Conditiones.

56 Et inibi exponens idem S. P. Eccleſiæ S. Doctor vini vtilitates, dicit: *Eſt quidem in multis vitæ mortalium vinum neceſſarium. Debilem ſtomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigorem calefacit, vulneribus infuſum medetur, antidotis etiam, diuerſiſque medicaminibus adiunctum ſalutem operatur, triſtitiam remouet, languores animi delet, lætitiam infundit, conuiuas honeſta miſcere colloquia facit: paulò ampliùs verò ſumptum potanti quodammodo conuertitur in venenum.*

Vini vtilitas & conditiones.

57 *Nudatus eſt in Tabernaculo ſuo:* ideſt non quidem ſponte nudatur, vt Caluinus temerè dixit, quem facilè confutauerunt S. Cyrillus lib. 4. in Gen. Theodoretus, qu. 56. in Gen. & Ioſephus Hebræus lib. 1. Antiq. cap. 6. dicentes ſomnum anteceſſiſſe illam nuditatem; ſed caſu, & dormientibus, & præſertim mero æſtuantibus contingit. Iacobus Salianus in annalibus Vet. Teſtam. Anno mundi 1671. pagina 72. num. 3.

Noe ſomnolentus, & mero æſtuans caſu nudatur non ſponte, vti temerè dicit Caluinus.

Homines antiquis temporibus femoralibus non vtebantur: quæ poſteà adinuenta ſunt a Semiramide Regina.

Hinc collige viros tunc vſos non fuiſſe femoralibus, quibus ea nuditas impedita fuiſſet: Quæ femoralia poſteà per Semiramidem Reginam Niniue adinuenta ſunt, dicit Toſtatus in Gen. ibidem. Ver. 22.

58 *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata nunciauit duobus fratribus ſuis foras:* ideſt dicitur Pater Chanaan Cham, quià Noe maledicturus erat Chanaan pro patre ſuo Cham, ideò nominauit hic eum, vt ordo, & origo videretur maledictionis; vnde cum vidiſſet, ideſt aſpexiſſet, verenda, ideſt partes genitales Patris ſui (dicuntur verenda quià de his magis quàm de alijs partibus erubeſcimus) poſt curioſam taxabilem aſpectionem fratribus ſuis aperuit, taxabilior, vt eos ad irridendum prouocaret.

Verenda à qua cauſa dicantur.

59 *At vero Sem, & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis; & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui: facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt:* Litera ſcribit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 31. lit. H, col. mihi 260. *Euidentem pietatis expreſſit affectum, quod nudatum amictu patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia, vel ipſo minueretur aſpectu.* Et addit ex M. Tullio Cicerone lib. 1. officiorum. *Vndè etiam Romæ vetus fuiſſe vſus dicitur, ne filij cum parentibus, & maximè puberes intrarent lauacrum.* Verſ. 23

Filij nunquã perdere debẽt Patris reuerentiam.

Antiquorum Romanorum cautela ne nudi viderentur á filijs.

60 *Euigilans autem Noe ex vino:* ideſt ex ſomno cauſato à mero, & non ſomno naturali, ſed innaturali, ideò dicitur euigilans. Verſ. 24.

Somnus vini innaturalis eſt.

Cum didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor: ideſt ſciens, quid ſibi contigiſſet, cæteris

teris eius filijs Sem, & Iapheth rem vltrò ſignificantibus; vel potiùs quòd ſe alieno pallio tectum animaduertens cauſa inquiſita didicit ordine rem totam.

Verſ.25. 61 *Ait: Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*: Exiſtimant Hebræi, Chanaan primum vidiſſe aui nuditatem, & parenti Chamo nunciauiſſe; vndè in eum maledictio lata, non quidem odio perſonæ, ſed profetico ſpiritu, quid futurum eſſet pronunciante, maledictus ergo Chanaan, ſeruus erit infimus (dicit Eſcobar) & viliſſimus. Vt Cham, & Chanam puniantur in poſteris Chananæis odio ab Iſraelitis nunquam non proſequendis, quia maiorum ſuorum impietatis erunt imitatores.

Noe prophetauit in benedictionibus, & maledictione.

62 Alij autem dicunt Cham filium Noe primum verenda patris ſui nudata vidiſſe, ad quam ſententiam pronus accedo, vndè poſtquam Noe ſciuit Cham cachinno eum deriſiſſe, dixit, maledictus Chanaan; ideſt maledictionem in filium Cham vertit, quia ipſe benedictus à Deo in arcæ egreſſu maledici non debebat; hinc ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 29. lit. B. pag. mihi 157. *Benedixit enim*, inquit, *Deus Noe, quando exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne videatur maledicere, quem Deus ſemel benedixerat, præterito illo qui ſe contumelia affecerat, filio maledictum intulit*.

Quod à Deo benedicitur male dici non debet.

Verſ. 26 63 *Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem*: ideſt Benedictus ſit Deus, qui ſemper eſt Deus, Dominus, pater, ac prouiſor Sem, eiuſque poſterorum, qui ſemper ſuis beneficijs oſtendat, quod ſit Deus tutor, ac curator Sem, & ſuorum; ſic ait Lippomanus, & Cornelius à Lapidè ex ipſo.

Verſ. 27 64 *Dilatet Deus Iapheth*: Hoc verbum *dilatet*, dicit Pererius in lib. 14. in Gen. tom. 2. num. 187. col. 2. pag. mihi 151. & ex hoc Cornelius à Lapide in Gen. cap. 9. verſ. 27. confirmat. Quod S. P. N. Auguſtinus, verba ſunt Pererij, *Legit quodam loco latificet*: Sed hanc verſionem habet S. P. N. Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 1. lit. B. col. 2. pag. mihi 197. Vndè ex Hebræa voce *Iaphet*; ideſt יפת, ſignificans latitudinem, videtur literaliter importare dilatet Deus latitudinem, vel dilatatum.

Filius ſapiens eſt bonus Latificat Patrē, ex Prouerbijs.

Iapheth, quid ſignificet.

65 *Et habitet in Tabernaculis Sem*: ideſt in parte poſſeſſionis eius, Aſiæ videlicet, quæ tota videbatur Semo aſſignanda, ſicut Chamo attributa fuit Africa, & Iapheto Europa, cui magna etiam obtigit Aſiæ pars ità Salianus Ann. mundi 1788. num. 8.

66 Sed fortè hæc verba vt pote prophetica ſublimiorem redolent ſenſum, & myſtico ſimilem. Nempè Iaphetus (à quo Romani) habitauit in Tabernaculis Sem (à quo Hebræi oriundi ſunt) non ſolum, quia Romani Iudæos ſæpè debellarunt, & Paleſtinæ dominati ſunt; ſed quia ad Tabernacula Sem, seù ad Chriſti Eccleſiam inchoatam in Iudæis, venit Chriſtianæ Eccleſiæ ſumma, & Pontificia Poteſtas Romæ reſidens, & longè latèque per orbem diffuſa occupauit omnes fines seù tabernacula Sem: dum Romanus Pontifex è tabernaculis Iapheti, Roma inquam, Semi occupat Tabernacula. Ecce tibi Iapheti poſteritas, vſque adeò dilatata, vt habitauerit terminos, & Tabernacula Sem. S. Hieronymus in traditionibus hebræis ſcripſit. *De Sem hebræi: de Iaphet populus gentium naſcitur: quia igitur lata eſt multitudo credentium, à latitudine, quæ Iaphet dicitur nomen inuenit*.

A Iapheto initium habuerunt Romani.

Vaticinium noctium de Roma, Eccleſia, & Pontificia Poteſtate.

67 *Sitque Chanaan ſeruus eius*: ideſt Chanaan, ſcilicet Chananæi ſint ſerui Iaphet, & eius poſteritati; ſicut quando Dominium orbis vniuerſi ad Europæos tranſlatum fuit Imperatores ſeruierunt politico obſequio Chananæi tributa pendentes, ſicut cæteræ debellatæ regiones. Legitur etiam, quod Chananæi ſeruierunt Alexandro Magno, qui fuit Iapheti Soboles.

Chananæi Iapheti poſteritati ſeruierunt, & quomodo.

68 *Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis*: ideſt ab abſoluto diluuio vixit Noe tercentos quinquaginta annos: quos annos completos ſcriptura non aſſerit; vndè ad verſiculum ſequentem. Verſ.28.

69 *Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt*: dicendum quod ſi iſti anni trecenti quinquaginta computentur completi, cum ſupra expoſuimus abſoluto diluuio, Noe eſſe ætatis 601. ipſe obijſſet 951. ſed cum ſcriptura aſſerit è viuis diſceſſiſſe Annorum vitæ eius nongentorum quinquaginta, dicere neceſſe, & quinquageſimum ſupra tercentos annos inchoaſſe & ſic, vltimum clauſit diem Noe anno 950. Verſ.29.

Noe moritur anno 950. vitæ ſuæ Mundi 2006. Thare 98. Nini 10 Imperij Aſſyriorū 75. & ante Chriſtū 3011. Hoc ex Saliano in Annalibus Vet. Teſtam. pag. mihi 83. ☞

70 Hic notanda ſunt Noe vidiſſe regnum Aſſiyriorum inceptum à Chus (qui, & Saturnus filio Chus altero, qui fuit primogenitus Cham, Monarchia etiam Aſſyrirorum inceptam à Nemrod, qui & Belus, & Iupiter filio ſupradicti Chus. Cuius Monarchiæ, seù Dominatus ſupra alias vicinas gentes anno quadrageſimo tertio inchoante natus eſt Abraam. Vide Euſebium in Chronico.

Regnum Aſſyriorum inceptum Anno Noe 745. & Mundi 1862. poſt diluuium 206. Monarchia Aſſyr. incepta anno Noe 815. mūdi 1932. diluuij 276.

71 Vidit etiam Noe Turrem Babel, auctore Nemrod, seù Ioue; cæpta fuit Turris Babel initio regni eius, quod totis 14. annis prius fuit Monarchia eiuſdem. Porrò in turre conſtruenda dicit Cedrenus occupatos fuiſſe annos 43. vt ad altitudinem vnius Leucæ illam eueherent. Igitur diſſipatio operarum, & diuiſio lingua-

rum contigit 14. annis ante ortum Abrahę.

73 Non ſine doloris ſenſu ante ſuum obitum vidit ſuos poſteros ad idololatriam (teſte Epiphanio) deflectere; ſuoſque nepotes iam diù moribus corruptos ingemiſcens ad vltimam peruentus horam, mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona, & appoſitus ad patres ſuos. Eius funus, dicit Salianus, filiorum optimi Religioſè curarunt: & ſepulchro carmen, quod vitæ epitomen contineret, inſcripſerunt.

ANNOTATIO MORALIS.

Verſ. 1

Bonus Prælatus, & ſubditi virtuoſi à Deo benedictionem habent proficiendi in ſpiritualibus, & temporalibus.

74. B*Enedixitque Deus Noe, & filijs eius: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram:* per Noemum ſignificatur bonus Prælatus, & per filios eius ſubditi virtuoſi, qui habent à Deo benedictionem, ideſt gratiam ſpecialem proficiendi, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. *Quia* dicit Lyranus in Gloſſa ordin. Col. mihi 165. lit. C. *non ſolum ſaluat eos à vitijs; ſed, & multiplicat in ſpiritualibus bonis.*

Verſ. 2.

Superior debet pollere zelo magno, & Charitate.

75 *Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cęli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram:* ideſt ſuperior debet oſtendere magnum zelum in ſubditos, & charitatem; debet conſolari puſillanimes ſignificatos per *animalia quæ mouentur ſuper terram*, Corrigere inquietos, adumbratos per *volucres cęli*, & ſuſcipere infirmos, intellectos per *cuncta animalia terræ*: Hinc S.P.N. Auguſtinus in Noſtra Regula circa finem dixit de Superiore. *Circa omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exemplum; Corrigat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes. Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamuis vtrumque ſit neceſſarium*, tamen attende ad verba quæ ſubdit, *tamen plus amari à vobis appetat, quàm timeri.*

Debet Prælatus procurare à ſuos ſubditos plus amari, quam timeri.

Prædicatores debent procurare in concionando animarum lucrum, non proprium gloriam.

76 *Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt:* Prædicatores in concionando procurare debent animarum lucrum, & non propriam gloriam; nam tali officio eliguntur vt piſcatores animarum; vt dixit Hieremias cap. 16. verſ. 16. ore Dei: *Ecce mittam piſcatores multos dicit Dominus, & piſcabuntur eos:* ideſt homines peccatores; ſicut dixit Habacuc cap. 1. verſ. 14. *facies homines, quaſi piſces maris;* vndè cum tale Apoſtolicum miniſterium magni ſit momenti, Sacroſanctum Æcumenicum Tridentinum Concilium, Seſſ. 5. de Iuſtific. cap. 2. prædicatoribus hoc euulgatum decretum dicit. *Plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiandoque eis cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat; vt pœnam æternam euadere, & cęleſtem gloriam conſequi valeant.* Vidè exijt 5. habetur etiam de ver. ſig. in 6. Conc. Later. vltimum ſeſſ. 4.

Prædicatores ſunt piſcatores.

Peccatores homines piſcibus comparati.

77 *Et omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia;* Per hoc ſignificatur, quòd boni, qui mouentur operando per Charitatem, & viuunt fide, ſunt Prædicatoribus in cibum (ſicut ænigmaticè demonſtrauit Saluator in monte Samariæ Apoſtolis, tunc quando dixit Ioann. cap. 4. verſ. 32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*) quia tales comedunt Concionatores, & incorporant magis, & magis corpori Eccleſiæ. Malos verò prius occidere opportet, & poſteà comedere; Vndè Apoſtolorum Principi in mentis exceſſu ſpiritualiter abſorpto. Act. Apoſtol. cap. 10. verſ. 13. *facta eſt vox: Surge Petre, occide, & manduca:* & de alijs Prædicantibus Apoſtolis dicitur Lucæ cap. 6. verſic. 1. *Cum tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus.* Ver. 3.

Boni qui mouentur operando per charitatem, & viuunt fide ſunt Prædicatoribus in cibum.

78 *Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis:* Abſtinere opportet à licitis ex mortificationis exercitio; præcipuè ab eis, quæ aliquam cum illicitis habent propinquitatem. A curioſo (V. G.) fęminarũ abſtine aſpectu, nè ad concupiſcentiam alliciaris. Vndè S.P.N. Auguſtinus in Regula iubet. *Oculi veſtri, & ſi iaciantur in aliquam fęminarum, in nullam figantur..... Illius namque, & in hac cauſa commendatus eſt timor; vbi ſcriptum eſt: Abominatio eſt Domino defigens oculum.* Verſ. 4

A licitis quæ cum illicitis aliquam habent propinquitatem abſtinendum ne ad illicita prolabatur. Abſtinendum eſt à curioſo fæminarum aſpectu ne ad concupiſcentiam alliciamur.

79 *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum:* Sanguis animæ, lachrymæ ſunt, vt dicit S.P. N. Auguſtinus cit. ab Hugone Card. ibidem lit. F, pag. mihi 13. quas Dominus Verſ. 5

Sanguis animæ ſunt lachrymæ.

vindi-

vindicat in oppreſſores pauperũ,& viduarum: Vndè Eccleſiaſticus dixit; cap. 35. verſic. 17. 18. & 19. *Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus. Nonnè lachryma viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper ducentem eas?* à maxilla enim aſcendunt vſquè ad cęlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

Vt homines ab homicidio abſtinerent Deus puniturus ſeuerè oſtenditur.

80 Vel dic: *Sanguinem enim animarum veſtrarum, &c. requiram de manu hominis:* Quià Deus prohibito homicidio, quod ei multùm diſplicet, ad hoc, vt homines viros occidere timeant, pęnam minatur occiſoribus. Sic ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 27. lit. D, pag. mihi 142. *Hoc autem facit ideò, vt primis illis temporibus comprimat illorum impetum, & propenſionem ad homicidia.*

Verſ. 6

Qui gladio occidit, gladio perit, de hoc biblica exempla.

81 *Quicumque effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius:* Hæc eſt pęna, quam Deus minatur, immò executa cognoſcitur in Abimelecho filio Hieroboal occiſo, quia ipſe necarat ſeptuaginta fratres ſuos, in Saule, Abſalone, Hieroboam, Holopherne, Antiocho, Epiphane: Inſuper in Zebee, & Salmana Iudic. cap. 8. Ioab 3. Reg. cap. 2. Iezabel, & Achab 4. Reg. cap. 9. in Rege Iuda Ioas 1. Paralip. cap. 24. & paſſim exempla habes in tota Sacra Scriptura. Tantuſque eſt horror (& Deo diſplicet) effundendi humanum ſanguinem, quòd licèt aliàs Dauid eſſet optimus, tamen propter hoc noluit Dominus, vt ædificaret ei templum, ſed Salomon filius. Vndè 1. Paralip. cap. 28. verſ. 13. dixit ei Dominus: *Non ædificabis Domum nomini meo, eo quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis:* ideſt fudiſti.

Quare Deus noluit, vt Dauid ædificaret ei Templum.

Verſ. 7

Homo pacificus magnificatur à Domino.

82 *Vos autem creſcite, & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam:* Homo Pacificus, & pacem diligens magnificatur à Domino benedictionibus ſpiritualibus, & temporalihus, vndè cecinit Regius Vates: Pſal. 121. verſ. 1. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis:* Pacifico enim datur in abundantia Terram poſſidere.

Verſ. 8

Vbi ſunt duo vel tres in nomine Domini congregati in medio eorum ſtat Deus.

83 *Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo:* Vide quantum præſtat vnio, & charitas; Noe, & filij eius vniti magis charitatis, & pacis vinculo in nomine Domini congregati, quam ſanguine iuncti, Deum in medio eorum loquentem audire, & habere meruerunt; nam æterna dixit Veritas per Matthæum cap. 18. verſ. 20. *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.*

Verſ. 9.

Qui legis præcepta adimplet, pacis teſtamentum conſequitur.

84 *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos:* Qui benè viuit, & legis præcepta adimplet, Dei promiſſionem aſſequitur, & hæreditatem ſtatutam in pacto, ſeu teſtamento pacis; ideò dicit Eccleſiaſticus, cap. 45. verſ. 30. & 31. *Statuit illi teſtamentum pacis .... hæreditas ipſi, & ſemini eius; vt daret Sapientiam in cor noſtrum.*

Verſ. 10.

Gloria hæreditas, eſt pro omnibus peccatoribus pænitentibus, & iuſtis.

85 *Et ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum, tàm in volucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ, cunctis, quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtijs terræ:* ideſt Teſtamentum pacis; nempè gloriam æternam, omnis quippè homo, tàm *Anima viuens*, ideſt ſpiritualis, tàm *Volucres*, ideſt contemplatiui, tàm *iumenta*, ideſt peccatores, tàm *pecudes*, ideſt in Chriſti ouile ſcilicet Eccleſia, manentes, tàm *quæ egreſſa ſunt de arca*, ideſt Apoſtatæ egreſſi ex Arca Eccleſiæ, quàm *vniuerſa beſtia terra*, ideſt omnes Hæretici Sciſmatici, Turcæ, Tartari, & cæteri exleges, dum fidem Dei amplectentes, præcepta legis ad implendo peccatorum pænitentiam agent conſequentur; quià apud Deum perſonarum acceptio non datur. Vnde 2. Paralipomenon cap. 19. Verſ. 7. dicitur *Sit timor Domini Vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite: non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.*

Apud Dominum Perſonarum acceptio non datur.

Verſ. 11.

Totius communitatis moleſtia à Superiore vitanda Supplicium ſoli infligendum delinquenti.

86 *Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans terram:* ſtando expoſitioni literæ ſuperius datæ dicendum: diluuium punitio, flagellum, vel pænitentia vniuerſalis, quæ toti communitati, seù Monaſterio, vbi multi aderunt probi, moleſtiam afferat, nunquam à ſuperiore immittendum. Solus puniatur delinquens, innocentes ne grauentur: Deus ipſe ſemel id præſtitit cum omnis communitas ſuam corruperat viam, & tunc proborum familiam reſeruauit in Arca. Habes de hoc exempla in Exodo de ſceleſtis Ægyptijs toties percuſſis, innocens reſeruatur tamen Iſrael.

Verſ. 12.

Vita noſtra eſt peregrinatio ſuper terram.

87 *Dixitque Deus: hoc ſignum fęderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas:* iam in litera ſicut ex Hebræo legitur pro ly *Generationes*, diximus *Peregrinationes*. Pulchrum morale! Vita noſtra quid, niſi ſuper terram peregrinatio? ſic enim interroganti (*Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ*) Regi Ægyptio Iacob patriarcha reſpondit Gen. cap. 47. verſ. 8. & 9. *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum, ſunt parui, & mali, & non peruenerunt vſquè ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt.* Vt moneantur innouati homines; ideſt peccatores conuerſi tunc ex corrupta olim via ad rectum iter proceſſuros, cum peregrinorum inſtar, rei nulli hæſerint ſæculari. *Quid* dixit Eccleſiaſtes cap. 7. verſ. 1. *Neceſſe eſt homini*

Via olim corrupta reformatur ſi peregrinus in more nulli ſæculari rei firmatur.

maiora ſe quarere; cum ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua: numero dierum peregrinationis ſua, & tempore, quòd velut vmbra prateriÿt?

Verſ. 13
88 *Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram:* Arcus, iam ſuprà diximus, fit ex repercuſſione radiorum Solis in nube rorida. vndè: Nubes eſt quilibet iniuſtus, & ſceleſtus homo; dicit S. Bernardus ſuper Cantic. Serm. 58. criminum multitudine denſa, per contritionem, seù peccatorum dolorem fit rorida, tunc radijs Solis æterni repercuſsa, ideſt gratia Dei reſperſa, fit arcus tricolor: rubeus per repercuſſionem gratiæ; albus per effuſionem lacrymarum, qua maculæ abluuntur criminum; Viridis, propter ſpem æternæ poſſidendæ gloriæ; vel non ſolum fit tricolor, ſed millecolor propter virtutum opera, & propter merita, ſic poſtea ponitur in nubibus Cœli, ideſt inter Electos. Sapientia cap. 5. verſ. 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt)* Vt ſit fœdus inter nos, & Deum.

Peccator, & eius pænitentia in Arco fœderis moraliter adumbrantur.

Peccator eſt nubes.

Peccator per pænitentiam fit arcus fœderis tricolor, & quomodo.

Verſ. 14
89 *Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit Arcus meus in nubibus:* Quia quilibet peccatorum pœnitens ſuorum dicitur eſſe Dei, nàm dum iniuſtum ſuì non pœnitet, Dęmonis, carnis, & mundi eſt. Arcus enim quia eſt lucidus, & à ſolis repercuſſione formatur, ſolis eſſe dicitur; ſic peccator tunc, quando Dęmonis eſt tenebra dicitur, ſed quando per pęnitentiam à gratia cęleſtis ſolis repercuſſus eſt, quia lucidus per ipſam, Dei dicitur. Hinc pro confirmatione placet ſubnotare, quæ ad Epheſios cap. 5. verſ. 8.9.10. & 11. ſcripſit Apoſtolus. *Eratis*, inquit, *aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino, vt filÿ lucis ambulate: Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate* (eccè Arcus tricolor) *Probantes quid ſit beneplacitum Deo: Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite.*

Pænitens dicitur eſſe Dei, & quomodo.

Peccator dæmonis, & quomodo.

Verſ. 15.
90 *Et recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente, qua carnem vegetat:* Hìc S. Ioannes Chryſoſtomus prædicat, homil. 28. lit. C, pag. mihi 148. dicens *Vidiſtis quantum Deus verbis ſe propter noſtram infirmitatem humiliet, quantam curam gerat noſtri generis, quantā miſericordia magnitudinē declaret: non quia hominum conuerſionem vidit, ſed vt per omnia nos doceat excellentem ſuam bonitatem?* Morale adhuc neſcis, quod hinc naſcitur? Vide, ad tantam Dei pietatem, & tàm ad eximium amorem ſi ipſe propter noſtram ſe humiliat infirmitatem, nos ſecus ad eius inenarrabilem miſericordiam gratiam beneficiorum agentes in profundo inclinemus humilitatis. Sic enim omnibus nobis præcipit Apoſtolorum Princeps 1. epiſt. cap. 5. verſ. 6. dicens *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.*

Quilibet homo debet pietatem Dei cognoſcere, & gratias agens profunde humiliari eius diuino miſericordia.

91 *Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni:* Videre, & recordari vnitim ponuntur: Ergo videns tu locum in quo Deum offendiſti, & recordare pęnitentiam agere, & crimen luge: ſic etiam efformato Iride, ſi in cęlum aſpicis, & diluuij recordare, & te de piaculis cauſam diluuio exhibente pœnitere. Vndè Ezechiel cap. 16. ver. 60. & 61. dicit Prophetico ore. *Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adoleſcentia tua: & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis.* Verſ. 16.

Videns locum in quo peccauit homo, recordetur diuina offenſionis, & peccatum lugeat.

Videns iridē, recordare diluuij, & peccatorum.

92 *Dixitque Deus ad Noe; Hoc erit ſignum fœderis; quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram:* Obſerua quòd toto hìc in capitulo tripliciter ponitur hoc nomen *ſignum fœderis*, in verſic. 12. *Dixitque Deus: hoc ſignum fœderis, quod do*, &c. in verſ. 13. *Et erit Signum fœderis inter me, & inter terram*: & verſic. 17. *dixitque Deus ad Noe hoc erit Signum fœderis, quod conſtitui*, &c. Ego moraliter triplex eſt ſignum. Dei viui, eſt ſignum iuſti, & eſt ſignum ſigni viuifici. Primum eſt exhibitio miraculi; Secundum, exterior diſciplina Religioſi; Tertium inſtrumentum patiendi, hoc eſt ſignum probationis. Primum, datur omni animæ viuenti vſque dum durat hic mundus. Secundum, datur a Deo miſericorditer ſuper terram, ideſt hominibus Religioni vocatis. Tertium, datur omni carni, ideſt omni homini, qui probatus per multa, erraſſe, non inuenitur. Verſ. 17

Triplex eſt ſignum, ſignum Dei viui ſignum, iuſti, & ſignum ſigni viuifici.

93 In primo, Chriſtus probatur Deus, in ſecundo, homo intus, in tertio vir fortis. In figura primi, ait Ioannes Apoc. cap. 7. verſ. 2. *Vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui.* D. Marcus cap. 16. verſic. 17. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur, in nomine meo Dæmonia eÿcient*, &c. Et Nicodemus: *Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* S. Ioannes cap. 3. verſ. 2.

94 De ſecundo dicitur Apocal. cap. 7 verſ. 4.5. *Ex omni tribu filiorum Iſrael .... duodecim millia ſignati*: ſcilicet ſigno Religionis, & Pſalmiſta Pſal. 4. verſ. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, ideſt, claritas Religionis Chriſti, qui eſt vultus Dei. Hinc Eſaias cap. 8. verſic. 16. dixit, *Liga teſtimonium, ſigna legem in Diſcipulis meis.*

95 De Tertio dicitur Ezechielis cap. 9. verſ. 4. *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem; & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cun-*

ctis

ctis abominationibus ; quæ fiunt in medio eius .

Verſ.18. 96 *Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth* : porrò *Cham, ipſe eſt Pater Chanaan* : inibi moralitatem ponit S. Ambroſius lib.de Noe ; & Arca cap.28. lit. A, col. mihi 257. *Cham enim calor eſt, Chanaan turbatio eorum* (ſic interpretantur .) *Qui enim calet, continuò mouetur, & perturbatur : ideòque euidentiſſimè declaratur, non tàm hominem patrem hominum fuiſſe, ſed paſſionem malam improbæ paſſionis generatricem, quæ eſſet à patris moribus, hoc eſt ab vſu virtutis aliena* .

Qui calet continuò mouetur, & perturbatur ; perturbat omnia, & confringit.

Verſ.19. 97 *Tres iſti filij ſunt Noe, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram* : Virtutes quando à vera iuſtitia deriuantur facilitèr diſſeminantur . Vel dic, quidquid cum cęleſti operatur benedictione continuò augetur .

Virtutes quādo à vera iuſtitia deriuādur facilitèr diſſeminantur quidquid cum cæleſti operatur benedictione cōtinuò augetur

Ver. 20. 98 *Cæpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam* : Moraliter ſciendum eſt tres eſſe vineas in perituris gaudijs reproborum .

Tres, vinea in perituris gaudijs reproborum .

Prima eſt Religioſæ conuerſationis, quam Achab concupiuit, pro qua moritur Naboth, ne ipſi ab Achab auferatur 3. Regum cap. 21. verſ. 2. & 13.

Prima eſt Religioſæ conuerſationis .

Secunda eſt Vinea Eccleſiæ, de qua Saluator inebriatur; quando factus eſt, inquit, Pſalmiſta, Dormiens Dominus, tamquàm potens crapulatus à vino ; vt pro ea moriatur Pſal. 77. verſ. 65.

Secunda eſt vinea Eccleſiæ .
Tertia eſt in conſcientijs bonis .

Tertia eſt in conſcientijs bonis, quam plantauit Noe, & inebriatus in tabernaculo ſuo nudatus eſt, & à filio ſuo illuſus .

99 Aduertendum etiam eſt quod ad culturam vineæ quatuor præcipuè neceſſaria ſunt : ſcilicet oblaqueatio, putatio, propagatio, & foſſio.

Quatuor neceſſaria ad vineæ culturam moraliter exponuntur, & quæ ſint .

Oblaqueare eſt terram circa radicem vitis aperire, & quaſi lacus facere, per quos aqua ne ſui nimietate noceat, poſſit effluere . Sic in oblaqueatione remedia confeſſionis accipimus, vndè, dicitur. Ioelis cap. 2. verſ. 13. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra* .

100 Putare eſt inutilia ſarmenta abſcindere : ſic per pænitentiam, & vitæ mutationem peccatorum fit abſciſſio, vndè dicitur Cantic. cap. 2. verſ. 12. *Tempus putationis aduenit &c. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis* S. Paulus 2. ad Corinth. cap. 6. verſ. 2.

101 Propagare eſt flagellum in terra in longum protendere, quaſi pronum tegere . Sic eſt virtutum conſtantia, quæ humilitate, quaſi vili terræ tegitur ceſpite : vndè dicitur ad Galatas cap. 6. verſ. 9. *Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim ſuo metemus non deficientes* .

102 Fodere eſt, circa radicem in terram aperiendo vitium exquirere . Sic per foſſionem accipimus quotidianam cordis noſtri diſcuſſionem : Vbi nos oportet primum habere circumſpectionem, in qua comprehenditur peccatum præteritum, & futurum : vndè dicitur Prouerb. cap.4. verſ. 23. *omni cuſtodia ſerua cor tuum*. Secundo oportet habere diſcretionem, in qua iudicatur deprehenſum; vndè dicitur Eccleſiaſtic. cap. 2. verſ. 1. & 2. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem . Deprime cor tuum, & ſuſtine* .

Tertiò deliberationem, per quam ordinatur quid ſit agendum, vel non agendum; de quo dicitur *doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu* . Pſal. 142. verſ. 10.

103 *Bibenſque vinum inebriatus eſt* : Si Verſ. 21
Noe vineam non plantauiſſet, inebriatus non eſſet, vndè amputandæ, & fugiendæ ſunt occaſiones, ne in ſcelera incidamus, Vndè Sanctus Bernardus ad ſororem in lib. de modo bene Viuendi Serm. 58. lit. H col. 3. pag. mihi 308. hanc veritatem ſorori ſcribens explanauit, dicens : *Sæpe familiaritas vincit, quos vitium ſuperare non potuit. Sæpe occaſio peccandi voluntatem fecit, & facit . Quos voluptas ſuperare non potuit, aſſiduitas ſuperat* .

Occaſiones in quibus Deus offendi poteſt, fugiendæ quæ faciunt peccatum .

104 Notandum eſt ſuper verba illa *bibenſque Vinum*, quòd vini tres ſunt ſpecies, tres habentes proprietates . Eſt enim vinum purum, quod ſimpliciter dicitur vinum : hoc cor hominis lætificat, quod propinauit nobis Chriſtus . *Amici bibite, &c.* Cantic. cap. 5. verſ. 1. Eſt vinum melle infuſum, quod eſt mulſum, hoc dulcorat, quod nobis dat Spiritus Sanctus *Et bibite mulſum* 2. Eſdræ cap. 8. verſ. 10.

Tres Vini ſpecies, tres habentes proprietates .

Eſt vinum ſpeciebus aromatum conditum, quòd dicitur pigmentum ; hoc ægra viſcera confortat : quod Pater dabit in regno ; vndè dicitur ; idem ibidem : *Mittite partes his, qui non præparauerunt ſibi* .

105 *Et nudatus eſt in tabernaculo ſuo*. Qui vino huius mundi immodicè vtitur, in tabernaculo ſuæ conſcientiæ nudus gratiæ diuinæ inuenitur . Hinc Apoſtolus (1. ad Timoth. cap. 5. verſic. 23. cuilibet in mundo exiſtenti dicit : *Modico vino vtere propter .... frequentes tuas infirmitates* ; intellige propter tua frequentia ſcelera, nam infirmitas animæ peccatum eſt. Vndè alio in loco dicit idem Apoſtolus : *Et qui vtuntur hoc mundo, tamquàm non vtantur* : 1. ad Corinth. cap.7. verſ.31.

Qui vtitur immodicè huius mundi vino, in Tabernaculo ſuæ conſcientiæ nudus gratiæ Dei inuenitur.

106 Vel dic : *Cæpitque Noe* : in via perfectionis ſemper eſt dicendum cum Pſalmiſta Pſal. 76. verſic. 11. *Et dixi nunc cæpi* . Quia ſcribit, iubens, Eccleſiaſticus cap. 18. verſ.6. *cum conſumauerit homo, tunc incipiet exercere terram animæ ſuæ* . Verſ. 20

In via perfectionis, quamuis ſit homo conſummatus ſemper dicere debet nunc cæpi .

Plan-

Plantauit vineam: de fructu, operibuſque virtutis; nam Prouerbiorum cap.3.verſ.16. dicitur: *De fructu manuum ſuarum plantauit vineam*.

Vinea animæ quomodo plã-tetur.

Verſ.21. 107 *Bibenſque vinum inebriatus eſt*: Vinum, ideſt, mundus iſte; vt ſuprà diximus, bibendum eſt cum lacte innocentiæ (ſicut ſponſa in Canticis, cap.5. verſic. 1. quæ dixit: *Bibi vinum meum cum lacte meo*) & non vſque ad ebrietatem, quia ſi taliter, continuò ſequitur.

Vinum mundi quomodo bibendum.

108 *Et nudatus in tabernaculo ſuo*: ideſt, nudantur verenda propter luxuriam; nam dixit Sapiens in Prouerbijs cap. 20. verſ.1. *Luxurioſa res vinum*, ideſt mundus, *& tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non eſt ſapiens*: ideò Ecclesiaſtes cap.2. verſ. 3. ſcribit: *Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem, quid eſſet vtile filijs hominum*.

Luxurioſa res vinum.

Verſ.22. 109 *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras*. Quia Cham calliditas interpretatur, dicendum, quòd hìc ſignificantur ſubditi cauilloſi, qui contra ſuperiorem cachinnationes promulgant.

Defectus proximi vel parentum reuelare ſignum intenſæ calliditatis.

110 Vel dic, quòd proximorum, & præcipuè parentum defectus reuelare, ſignum intenſæ calliditatis eſt; & ſoliùs impudentiſſimi filij poteſt eſſe piaculum parentum defectus exponere.

111 Vel dic cum S. Ambroſio cap. 30. lit. L, lib. de Noe, & Arca col. mihi 259. *Ridet igitur Cham nudatum patrem videns. Omnis namque improbus quoniam ipſe deuius diſciplinæ eſt, aliorum lapſus non ſolùm pro ſui erroris ſolatio accipit, quòd conſortes inuenerit culpæ; verumetiam improbo lætatur affectu, tamquam ſua ipſe dicta correxerit*.

Improba mens lætatur in lapſu ſapientis.

Verſ.23 112 *At verò Sem, & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt*. Prudentis ſuperioris eſt ſtudere peccati ſubditi remedio. Sic Patrum ſpiritualium, & Eccleſiaſticorum delicta obtegenda. Hinc moraliter, & myſticè intelligendum, quod prophetauit Iſaias ca. 38. verſ.7. *Cum videris nudum*, ideſt proximum tuum in aliquo lapſum crimine, *operi eum* pallio charitatis, *& carnem tuam*, ideſt fratrem tuum infamando, *ne deſpexeris*.

Crimina proximi fratris ſunt obtegenda, non reuelanda.

Verſ.24. 113 *Euigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor*: Iudex antequam ad ſententiam veniat debet prius inquirere diligenter de crimine.

114 Vel dic, *Filius ſuus minor*, ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus hom.29.lit. A, pag. mihi 157. *Cham ſecundus enim erat, & maior natu, quam Iaphet: licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & temeritate illum exceſſit. Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi à natura traditum*. Sic, qui ſupra ſe ſuperbire deſiderat, infrà ſe humiliatus eſſe videtur. Nam quicumque exaltauerit ſe, humiliabitur.

Nemo ſupra ſe ſuperbire audeat, ne infrà ſe humiliatus eſſe cognoſcatur.

115 *Ait Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*: Homo propter ſua-met ſcelera ſuæ maledictionis fit auctor; ſic Origenes hom.9.in Euang.Matth. 25. ſcribit: *Maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor*. Verſ.25.

Vnuſquiſque ſuæ maledictionis eſt auctor.

116 *Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem: ſit Chanaan ſeruus eius*: Benedicit in Sem pietate Dominum Noe: quia dicit Apoſtolus Iacobus epiſt. cap. 1. verſic. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*. Ver. 26.

Omne optimũ eſt à Deo.

117 *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in Tabernaculis Sem, ſitque Chanaan ſeruus eius*: dicit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 32. lit. E, col. mihi 261. in Iapheth, quaſi indifferens bonum ſignificari: per hoc enim oſtenditur, quòd ſi homo vult ſuper terram multiplicare in bonis fortunæ, & in anima in bonis gratiæ, indifferenter ſe habeat ad omnes huius orbis delicias, nequè eis cor apponat iubente Regio Cycno Pſal.61. verſ.11. *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere*. Verſ. 27

Vt temporalia, & ſpiritualia multiplicentur bona, in huius orbis diuitijs cor non eſt apponendum.

118 *Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis*: Eccè fructus hominis iuſti, & filij parentes honorantis, vitam in hoc mundo habere longæuam; ergo vos omnes adoleſcentes, & Iuuenes Præceptum Domini à Doctore gentium promulgatum, ad Epheſios cap.6. verſ.1. 2. & 3. audite: *filij obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt, honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione: vt benè tibi ſit, & ſit longæuus ſuper terram*. Verſ.28.

Honora Patrẽ & Matrem, ſi cupis vitam habere longæuam.

119 *Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt*: Hæc meta omnium, mors eſt; ergo quid ſuſpiras vitam longæuam, ò Homo, ſi tandem morieris? O quàm melius mortem ſuſpirare, quàm vitam, & propriè infelicitatis, & miſeriæ memor immemor aliarum rerum, & memor Dei dicere cum Apoſtolo ad Romanos cap.7. verſ.24. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ver. 29.

Hominibus melior eſt mors, quàm vita.

EX

EX IRIDE
MORALITAS.

120 ARcus cæleſtis generatur de reflexione radij ſolaris in nubem concauam lucidam, & aquoſam ſiuè roridam, ſicut nos videmus, quòd radius fulgens in aqua, relucet ad parietem: Secundum hunc modum fit in animabus Sanctorum, & iuſtorum hominum infuſio gratiæ. Quia ſunt, vt nubes concauæ per humilitatem, lucidæ per conſcientiæ puritatem, & aquoſæ, ſiuè roridæ per lacrymarum irriguitatem, ideò ſunt ſuſceptiuæ radij diuinæ gratiæ, & ità efficiuntur Arcus Dei. Eccleſiaſt. cap. 43. verſ. 12. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valdè ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.*

121 Iris, vt Beda dicit, & quatuor elementis contrahit quatuor colores: quia ex igne contrahit rubeum in ſummo, ex terra viride in infimo; ex aere iacinctinum; ex aqua cerûleum. Secundum autem Ariſtotelem in Meth. primus color, ſcilicet rubeus, vel vinoſus, ex radio fit tangente ſuperficiem rotunditatis nubis. Secundus eſt color mixtus, ſcilicet glaucus, vel ceruleus ſecundum qualitatem dominantem in medio nubis. Tandem apparet color viridis, vbi vapor eſt magis terreſtris, & inter iſtos colores ſenſim diſtinguere eſt impoſſibile: quia ſcilicet per nullam lineam poteſt diſtingui vnus ab alio, & ideò nullus Pictor (vt ipſe Ariſtoteles in lib. Meteor. dicit) poteſt colores arcus depingere, quia ſemper picta per lineam diſtinguuntur. Redeundo autem ad quatuor dictos colores, quos Beda accipit diſtinguendo medium in duos, prout contingit ipſum medium variari ſecundum duas diſtinctiones: Dicendum eſt: quod Pij homines, & Religioſi habent admodum arcus rubore, & ex inflammatione charitatis, nitorem ex mundificatione Sanctitatis, virorem ex conſeruatione caſtitatis, ſiue virginitatis, habent etiam, & colorem ceruleum ex compaſſione pietatis, ſecundum illud Pſalmi 21. verſ. 15. *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* Ex iſtis ergo virtutibus refulgent iuſti admodum cæleſtis arcus, iuxta illud Eccleſiaſtici cap. 50. verſ. 8. *Quaſi Arcus refulgens inter nebulas gloriæ.*

122 Habet iris figuram ſemicirculi, ideſt, arcualem. Quamuis etiam Sol, cuius imago eſt iris, ſit rotundus, quia tamen longè eſt altior nubibus, ſuperiorem partem nubis tangens imprimit ei figuram arcualem. Vndè quantò ſol eſt ortui, vel occaſui propinquior, tantò in parte oppoſita apparet arcus maior. Apparent ergo quatuor in huiuſmodi arcus figura, quæ habet ſanctorum hominum vita: nam habet medium, conuexum, & eleuatum ſuperius: habet extrema, ideſt cornua inclinata inferiùs. Nec eſt etiam extenſus, quia non apparet cum corda, nec etiam eſt ſagittarius, quia nulla ibi eſt ſagitta. Similiter iuſti homines, habent medium, ideſt cor eleuatum ſemper ſuperius ad Deum, extrema, ſiuè cornua inclinata inferiùs ad proximum. Quaſi enim duo cornua ſunt duo ſtudia eorum, quibus inſeruiunt proximis; vnum circa ſalutem animarum, quod inclinatur ad proximum per eleemoſynas ſpirituales, quæ ſunt docere, pro eis orare, conſulere, & huiuſmodi, Aliud circa ſalutem corporis, & hoc inclinatur proximo per Eleemoſynas corporales, quæ ſunt paſcere famelicos, veſtire nudos, & huiuſmodi. Sunt etiam non extenſi, ideſt ſine tenſione, & corda nimiæ rigiditatis, & crudelitatis, neque ſagittis percutiunt tyrannicæ prauitatis. Sunt enim benigni, ac mites plus erga alios, quam etiam erga ſeipſos. Hæc eſt ergo figura arcus, quæ apparet in nubibus cœli, ideſt in Sanctis, & cæleſtibus viris, hinc dicitur in hoc cap. *Arcum meum ponam in nubibus Cæli.*

123 Propter ſignificationem conſiderandus eſt etiam Arcus, ſecundum illud Regij vatis Pſal. 59. verſ. 6. *Dediſti metuentibus ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Nam arcus iſte cæleſtis quandoque ſignificat pluuiam, & hoc eſt quando apparet in meridie; quandoque verò nubium tonationem: & hoc eſt quando apparet circa occaſum, quia tunc ſignificat quòd tonabit, & leuiter pluet. Aliquando verò ſignificat aeris ſerenitatem, hoc eſt quando apparet in oriente, vel circa. Sic etiam pij homines quando apparent, ſequitur pluuia, ideſt abundantia doctrinæ, & tonitruum, ideſt terror diuinæ iuſtitiæ, & ſerenitas animæ per purgationem conſcientiæ, ſcilicet pænitentiam. Hæc ſtudent ſancti viri peccatoribus aſſiduè impendere, quod de Concionatoribus, quando apparent, applica.

124 Inſuper propter operationem, quia arcus cæleſtis ſua interpoſitione ſolis calorem temperat. Sic ſancti viri ſe interponendo, inter Deum, & peccatores iram eius mitigant, ſecundum illud Pſalterij Dauidici Pſal. 105. verſ. 23. *Dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos.*

125 Item Arcus per ſui reſolutionem in pluuias, inferiora fœcundat, & ſimiliter Religioſi viri pro alijs orando, & ſe in lachrymis reſoluendo, gratiam Dei impetrant, qua anima fęcundatur ad fructus bonorum operum producendos.

126 Inſuper Arcus per ſuam ſpeciem ſuperiora pulchrificat: Vndè ex Eccleſiaſtico ſuprà citat. dicitur de ipſo, quòd valdè ſpecioſus eſt ſplendore ſuo: Similiter pij homines ſplendent non ſolum mundo, ideſt hominibus, ſed etiam cœlo, ideſt Deo, & Angelis; ipſi etiam ſunt ſuperior, ſpecioſior, & illuſtrior portio gregis Chriſti.

127 Arcus etiam aerem inhumidat. Vndè (ſecundum illam ſententiam) quod per quadraginta annos antè iudicium non apparebit arcus, quòd erit ſignum deſiccationis elementorum. Ita & Sancti viri aerem ſuis lachrymis molliunt, quia frequenter, & vberrimè plorant, ſiuè pro reatu culpæ, ſiuè pro incolatu miſeriæ, ſiuè pro timore iuſtitiæ, ſiuè pro dilectione patriæ: Habes enim exempla, & de Ieremia, de Dauide, & de Iob aſſidue die noctuque plorantibus,

128 Arcus pacem inter Deum, & mundum denunciat. Sic, & Sancti viri dum mundum, & peccatores Deo reconciliant; de quolibet ipſorum dicitur cap. 44. Eccleſiaſtici verſ. 17. *Iuſtus in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.*

129 In lib. 4. Tertulliani aduerſus Marcionem, apud ſuum Commentatorem in adnotationibus litera F, pagina mihi 187. habentur hæc verba, nempè, *Iris Deorum nuntia:* Hic moraliter intellige, quòd in homine iuſto reflexio diuini ſolis in nube rorida iſtius cordis eſt nuntia gratiarum, nomine Deorum: nam etiam, quando dicitur in Pſalm, *Ego dixi dij eſtis*, intelligitur per gratiam; ſic ergo iris eſt gratiarum nuntia.

BREVIS DIGRESSIO DE IRIDE.

130 ANtequam ad ſacra dubia procedamus huius noni capituli, breuiter, meo videri, neceſſariam pono de Iride digreſſionem.

Eſt Iris arcus cęleſtis, ſumpto cęlo pro aere: ſed quia hic arcus à Deo conſtitutus fuit pro ſigno fęderis cum humano genere, ad ſeeuros nos ſaciendos, quòd non ſit iterum ſuturum diluuium diſſipans terram; ideò aliqui Sacri Interpretes opinati ſunt Iridem non eſſe naturale opus, eſſe oſtentum quoddam diuinæ potentiæ; id certè Alcuiuum ſenſiſſe refert hoc loco Carthuſianus; quia S. Io: Chryſoſtomus homil.28. lit.G, pag.mihi 148. Iridem miraculum appellauit, dicens: *Etſi aquarum magna ſit inundantia, uequè ſic metuendum, ſed confidendum nobis ad MIRACVLVM reſpicientibus.*

Iris miraculum à S. Io: Chryſoſt. nominatur.

131 Verum omnes, non ſolum Sacræ Scripturæ interpretes, ſed etiam Theologi, & Philoſophi communiter pro certo Iridem naturale opus eſſe ſupponunt, cuius eſſentia conſiſtit in apparentia certorũ colorum ſub circulari figura per modum arcus. Dixi in apparentia, quia illi non ſunt veri, ac reales colores in ſubiecto permanentes, ſed apparent ità, ex certo aſpectu, & incurſu lucis. Ariſtoteles verò dicit tres certos apparere colores in Iride; videlicet, puniceus, viridis, & purpureus, qui colores totum arcum in tres veluti regiones diſtinguunt.

Iris eſt ſignũ naturale.

In iride tres certi ponuntur colores.

132 Efficiens cauſa Iridis eſt ſol; immittens enim radios ſuę lucis in ſubiectum aptum, nempè in nubem roridam; vti diximus ſuperiùs efficit illam apparentiam.

Sol eſt cauſa efficiens iridis.

133 Ariſtoteles 3. Meteo. ſum.2. cap.3. autem ſcribit quod Luna interdum efficit ſuum arcum, debilem tamen, & vno ferè colore albicantem, & dicit: *Quæ fit à Luna iris apparet alba valdè*, & dixerat, hoc latuiſſe antiquos, quia rarius accidit, & in annis ſupra quinquaginta bis ſolùm ſe comperiſſe hanc Iridem.

Luna etiam iridem efficit ſed debilem, & rarò.

134 Sed de Iride ſolis, de quo loquimur, Cornelius Gemma lib. 1. de diuinis naturæ Characteriſm. cap.8. dicit, quod Anno 1551. prima menſis Martij die viſi fuerunt ſeptem Irides.

Septem irides viſi in aere ſimul, & quando.

135 Ariſtoteles lib. 5. de Hiſtor. Anim. cap.22. dicit Iridem conſerre apibus ad mel colligendum. *Conſtruunt*, inquit, *flaues è floribus; ceram ex lacryma arborũm fingunt; mella ex rore aeris, ſyderum exortu potiſſimum, & arcus cæleſtis incubitu contrahunt.* Plinius lib. 12. natural. Hiſtor. cap. 24. & lib. 17. cap. 5. dicit Iridem relinquere ſuaue odorem in terra, vel arboribus, vbi incubuerit, & maximè in Aſpalatho: *Aſpalathus*, ſcribit, *Spina candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, radice vnguentis expetitia. Tradunt in quocumque frutice curuetur arcus cæleſtis eandem, quæ ſit aſpalatho ſuauitatem odoris exiſtere, ſed in aſpalatho inenarrabilem quandam.* Et lib. 17. *Terra*, ait, *cum à ſiccitate continua immaduit imbre, & in quam arcus cæleſtis deiecerit capita ſua, tunc emittit illum ſuum habitum diuinum ex ſole conceptum, cui comparari ſuauitas nulla poſsit.*

Iris apibus conſert.

Iris odorem relinquit.

Aſpalathus quid ſit.

136 Scaligerus contra exercitat. 80. dicit Iridem matutinum pluuias, veſpertinum portendere ſerenitatem.

Iris matutinus, pluuias, veſpertinus ſerenitatem indicat.

137 Addit vltimò Benedictus Pererius lib.14. in cap.9. Gen. tom.2. diſput.3. num. 95. col. 1. pag. mihi 137. & num.81. col.1. pagina 135. Iridem habere ſecundum ſe quamdam proportionem, & aptitudinem ad ſignificandam ſecuritatem à diluuio: *Sicut enim Circumciſio*, quàm Deus dedit Abrahæ, *habet naturalem congruentiam cum promiſso Dei idem poſſum dicere de Sacramentis nouæ legis, nempè aqua Baptiſmatis*, &c. Et ad hoc ſanè ſpectat, quod ait S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap.27. lit. I, col. mihi 256. (vbi non quidem dixit quod ei non tàm reuerenter imponitur à quodam Doctore dicente; *ſed tanti Doctoris auctoritas facere non debet, vt nos hanc eius ſententiam minimè probabilem, minimèque cum verbis ſcripturæ conſentientem refellere vereamur.*) Deum nomine arcus non intellexiſſe Iridem, ſed allegoricè diuinam clementiam,) ſed vult per naturalem arcum, & Iridem Deum denotaſſe ſuam clementiam: quia ſicut Iris eſt arcus ſine ſagitta, ita Deus pro ſua clementia ſolet magis terrere, quam ferire: hæc verba ſunt quæ ſequuntur S. Ambroſij *Ideoque dicit, Arcum meum p nam in nube, non ſagittam ponam. Arcus enim inſtrumentum iaculandæ ſagittæ eſt; Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta. Et ideo Dominus in nube arcum magis quam ſagittam ponit, ideſt, non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris inditium, vulneris effectum habere non ſoleat.*

Vindicatur S. Ambroſius de appoſita iridis ſententia.

DVBIA SACRA
IN CAPVT IX. GENESIS.

Verſ. 1.

§. 1 QVare Noe, & filij eius benedicuntur a Domino, poſt egreſſum arcæ? Quia ingreſſi in lignum reconciliationis; ſeu pęnitentiam in arca agentes communem euaſi calamitatem fęlicitatem adepti, in integrum reſtituti ſunt; ideò benedicuntur à Deo. De hominibus diluuio peremptis ob pęnitentiæ carentiam argumentum confirmationis trahe à verbis Tertulliani, lib. 1. de pęnitentia lit. D, pag. mihi 374. *Itaque vniuerſam vitæ conſeruationem* (verba ſunt Tertulliani) *ſine gubernaculo rationis transfretantes imminentem ſæculo procellam vitare non norunt*. Perierunt, qui reconciliationis abiecerunt remedium, qui eo vſi, feliciter euaſerunt naufragium; & à Domino miſericorditer benedictionem adepti ſunt. Ergo ſi fęlicitatis, ſalutis, benedictioniſque ſitienter diſcupis incrementa, quęre reconciliationis auxilia. O fęlix Pęnitentia!

Quòd nos Domino reconciliat, felicitate, & ſalute donat.

Per pœnitentiam felicitatem, ſalutem, denique benedictionem aquirimus.

Verſ. 2

2 Quare dixit Deus, & terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper volucres omnes, &c. Quia cum per animalia figurentur beſtiales noſtri corporis motus, & paſſiones rationalem tyrannicè tractantes creaturam; voluit nos docere, vt conculcemus motus iſtos, conſtringamus inordinatos affectus, paſſioneſque beſtiales conprimamus, ne ipſæ conculcent nos. Hinc apertè ſcripſit Melliſluus Doctor, *conculca beſtiales motus, quia dominari debent, ne dominari valeant; niſi enim conculcati fuerint, conculcabunt nos; niſi premantur, oppriment nos*. Hic intelligere debes, quòd paſſiones, poſt innocentiam amiſſam, poteſt terror ſubijcere. Sæuit concupiſcentiæ fera, ſed culpabiliter homo vulnerabitur, ſi poteſt terrore aſperitatis, ideſt, vſu cilicij, & ieiunij eius impetus frangere.

Paſſiones inordinatæ corporis noſtri nè conculcentur, conculcabunt nos.

Terror hominis poteſt feras libidinis, auaritiæ, &c. cilicio, & ieiunijs ſubijcere, & ſubiugare.

Verſ. 2

3 Quare Noe, tàm latum imperium ei confertur ſuper omnia animantia terreſtria, & volatilia, ac aquatilia, eique dicitur *omnes manui veſtræ traditi ſunt, omne, quod viuit, erit vobis in cibum*; & Adamo in ſtatu innocentiæ licèt fuerit datus amplior dominatus ſuper omnia animantia, tamen hæc præeminentia ſicut Noe non datus fuit? quare? forſan ne acceptabilior erat Noemi perſona, quam Adamo in ſtatu innocentiæ? quare ergo hoc diſcrimen? audi. Immediatè antea cap. 8. verſ. 20. Noe erexerat altare Domino, & tollens de pecoribus, & volucribus mundis obtulerat holocauſtum; hoc ſacrificium non legimus ab Adamo factum. Eccè quare Noe omnia animantia in cibum conceduntur. Qui enim animalia pauca Deo in ſacrificium præſtitit, multo adducto fęnore omnia in cibum recipit. En quomodo Deus pro paucis, quæ ei damus, multa perſoluit. Sic ipſa-met veritas æterna promittens hæc; Matthæi cap. 19. verſ. 29. dixit; *Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*.

Deus pro paucis, quæ ei damus vel dedendo relinquimus multa perſoluit centuplum largitur.

4 Quare Creatoris benignitas carnibus epulari poſt diluuium hominibus permittit? dicens *Et omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*: Fortè ad ſaginam diuitum, & Principum delicias? ſubtiliſſimè reſpondet Tertullianus de Cibis iudaicis Epiſtola lit. B. pag. mihi 654. *Quia non paradiſus cuſtodiendus*, inquit, *ſed totus mundus fuerat excolendus, robuſtior cibus carnis offertur, vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus addcretur*. Audis carnis eſum eſſe labori impenſum, debitum agriculturæ, & laborantium priuilegium? Proh operoſæ agricolationis gulæ lenocinium! iners diuitum otium, laborantium priuilegio peruerſe potitur. Male pranſus, & peius cænatus pauper agriculturæ laboribus miſere æſtuat; & diues ignauè otioſus, pauperis agricolæ emolumento deliciatur. Verſ. 3

Eſus carnium laborantium, & agricolarũ priuilegium.

5 Quare Deus permittit poſt diluuium eſum carnium, quem antea non legitur permiſiſſe? Toſtatus inibi quæſt. 2. col. 2. lit. H. pag. mihi 86. reſpondet *Quia per diluuium fuerant terræ naſcentia peiorata, nec habebant virtutem nutritiuam, ſicut anteà, quià ſalſedo maris Oceani intrantis terras cuncta corruperat; inſuper quia natura humana erat fragilior, quàm antea; ideò indigebat cibo ſubſtantialiori, & magis nutritiuo: huius modi enim ſunt carnes*: Sed hic quærendum occurrit vtrum homines carnibus veſcantur ad ſolum viuendum, vel ad ſolam exſaturandam inſatiabilem guloſitatem? Vis ſcire? audi S. Ambroſij verba in tractatu de Hælia & ieiunio cap. 8. *homo guloſus nunc poſcit, vt vinum melius veniat, quærit vbi durior vulnæ curetur, vbi iecur mollius, vbi phaſianus pinguior, vbi piſcis recentior. Curſitat per diuerſa, & cum inuenerit ſummo curſu* Verſ. 3.

Natura humana poſt diluuium fragilior quàm anteà carnium eſu indigebat.

Homo guloſus quid faciat.

pro-

Homo debet viuere vt viuat, non viuere vt edat.

properat. Proh dolor! en qualis eſt Chriſtianorum vita! oh confundat ipſos Socratis reſponſio. Ipſe Gentilis virtutis ſtudioſos hortabatur, vt abſtinentiam colerent, & delicias veluti Sirenes reſpuerent; ideòque rogatus, quarè ab alijs hominibus differret, ait, *Alij viuunt, vt edant; ego verò edo, vt viuam*; taliter debet facere homo edere vt viuat, & non viuere vt edat.

Tria Xenocratis præcepta, & qualia.

Xenocrates etiam tria tantùm præcepta in templo Eleuſinæ manſiſſe dixit; ſcilicet.

Primò venerandos eſſe Deos;
Secundò honorandos eſſe parentes;
Tertiò abſtinendum eſſe à carnibus.
Vtinam hæc obſeruarent Chriſtiani.

Verſ. 4. 6 Quare Deus prohibuit ſanguinis eſum dicens *Excepto, quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Cornelius à Lapide ibidem lit. D, col. 2. pag. mihi 115. ſatisfacit dicens; *videlicet ne homines aſſueſcendo ſanguini beſtiarum, tandem nec humano parcerent*: Vnde ad hoc vt homines parcerent humano ſanguini, ſanguinem cum carne comedere prohibuit. Abſtineant à beſtiarum ſanguine, ne ad ſitiendum humanum ſanguinem gradus fiat. O quantum debèrent homines ſæpe ſæpiùs abſtinere à licitis, ne ad illicita tranſirent.

Deus prohibuit eſum carnium cum ſanguine, ad hoc vt homines parcerent humano ſanguine.

Ver. 5. 7 Quare legitur Deum requiſiturum ſanguinem animarum hominum de manu cunctarum beſtiarum? Ad hoc ſoluendum dubium notandum eſt; quod Arnoldus, & S. Hilarius in Pſal. 67. nomine Beſtiæ intelligunt homines crudeles, ſeù tyrannos ſignificari, & cum Deus dicat requirere ſanguinem de manu beſtiarum, eſt idem, ac dicere de manu tyrannorum; vnde explico: quia Deus innocentes perſecutos de manu perſecutorum requiret. *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, de manu hominis*: ideſt dicit Eucherius hunc locum illuſtrans, *de manu perſecutorum, qui more beſtiarum, aduerſus Dei ſanctos, ſuam malitiam exercuerunt*. Eſt enim Deus in rem, cum perſecutionem patientibus, præſentem, vt opem ferat afflictis: præſto adeſt, vt iuſtorum cauſam, tremendo inimicorum ſupplicio egregiè peroret; & licet olim dixerat Tertullianus aduerſus Gnoſticos ſcorpiac. lit. D. pag. mihi 610. impreſs. Pariſ. *A primordio, iuſtitia vim patitur, ſtatim vt coli Deus cœpit, inuidiam religio ſortita eſt. Qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre, quo proclinius impietas alienum ſanguinem inſectaretur à ſuo auſpicata inſectata eſt. Denique non modo iuſtorum, verum etiam, & Prophetarum*, &c. Tamen in fine mundi clamantibus iuſtis Apocalyp. cap. 6. verſ. 10. *Vſquequò Domine, Sanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum*, ipſe Dominus requiret de manu hominis perſecutoris innocentem ſanguinem, & vindicabit, ſicut idem cap. 19. verſ. 2. *vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius*. Eia gaudete perſecuti innocentes veſtrum ſanguinem exactè de manibus veſtrorum perſecutorum requirens Deus ſeuerè vindicabit.

Liuida perſecutionis tela, in caput impij perſequentium retorquentur.

Ab initio fuit perſecutio in iuſtos.

8 Quare minatur Dominus, quicumque effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius? Quia licet Deus iuſtus ſit iudex, qui ad rigorem iuſtitiæ cuique reddit iuxtà opera ſua, nil de præmio detrahens, vel quid minimum addens de ſupplicio debito ſingulorum, quia tamen punit iuxtà culpam, (ideſt quali culpæ, talis, & culpæ ſit, vt reſpondeat punitio) ideò à delinquentibus duplo maius flagellum experiri voluit, ideſt amariùs, & acerbiùs dictitatur, dum dicit, *fundetur ſanguis illius*. Ad rem accedit Tertulliani lib. 2. adu. Marcionem pag. mihi 158. lit. D, acumen dicens *Facilior timor talionis per eundem ſaporem paſſionis. Nihil amarius, quàm id ipſum pati, quòd feceris alijs.* Verſ. 6

Qualis culpa, talis; & culpæ punitio, vt ſeuerius ſit delinquentibus flagellū.

9 Quare Deus, ſtatuendo pactum cum hominibus externum iridis ſignum ponit? In Deum certè non poteſt cadere obliuio, vt in initio capituli 8. ad litteram diximus; verùm, vt denotet temporum tractibus omnia langueſcere, & à primo illo vigore deficere, qua obliuione inducit labentem memoriam, quo renouationis vtiliſſimam oſtenderit efficaciam. Externum renouatur ſæpiſſimè ſignum, & dùm exteriùs excitatum memoria, in homines arcetur vindicta: Ergo cęleſtis medicus hanc renouationis, externique indicis in ſe medicinam prælibauit, quo homines ad renouationem impelleret. Philo apud Lippomanum ſic affirmat dicens: *Arcus itaque ſymbolicè inuiſibilis Dei potentia eſt, qua in cœlo ſerenitate laxato, & per nebulas extenſo exiſtens nō ſinit nubes ex toto in aquas reſolui; ita vt in vniuerſum diluuium aquarum fiet*: adſtipulatur Eucherius: *Arcus propter ſignum ſecuritatis in cœlo poſitus eſt.* Verſ. 9.

Decurſu temporis omnia langueſcunt.

Vota Religionis, ſeù animi decreta renouari debent, ne memoria labentur.

Non eget Deus recordatione; verum more humano loquitur; & quàm neceſſum ſit externum ſignum, ne temporum tractu ſine memoria, quòd promiſſum eſt elabatur, *humano more loquitur Deus*, dicit Caietanus, *deſcribens ſe fore ad ſimilitudinem recordantis, quoad hunc effectum, vt non cauſet diluuium vniuerſale*. Diſce ergo à Deo animi renouare decreta, & ad memoriam excitandam externa apponere ſigna.

Signa externa ſunt apponenda ad memoriam excitandam.

10 Quare Deus paciſcitur, & pollicetur ſe vltrà non diſſipaturum diluuio terram ſine vlla conditione: ita quòd, etiam ſi vitia noſtra creſcant in immenſum, iurat tamen *nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps dilu-* Verſ. 11.

nium diſſipans terram. *Audis*, inquit Oleaſter, *hîc Dei immen ſam, & ineffabilem Clementiam, vt non illi ſat ſit, non punire crimina noſtra, ſed quodammodo obligat, & Sacramento conſtringit ſe, ne poſſit punire?* &c. O immenſa, & inenarrabilis pietas Dei, cui non ſufficit iuſtum à diluuio liberare, ſed ſciens homines peccaturos, & mille diluuia, & ſubuerſiones merituros, voluit ſe pacto aſtringere, vt poſtcà non delere.

Quanta ſit Dei pietas in parcendo peccatoribus.

Verſ. 12. & 13. 11 Quare Arcus cęleſtis, qui ex refractione luminis colores mentitur, citòque ex oculis euanſcit ſęderis æterni inidoneum ſignum, tamen, vt idoneum eligitur, & datur? quia diuinæ prouidentiæ officioſitas, etiam ex inuerſo ſapienter operatrix, & inſcrutabiliter arcana eſt. Quòd ſubtiliter ibidem adnotauit Rupertus Abbas lib. 4. in Gen. cap. 37. col. t. pag. mihi 87. dicens *Hoc*, inquit, *ſignum inter me, & vos, & omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generatione ſempiterna. Nam iſtud quidem ſignum cum nubibus tranſibit, ipſum autem fœdus cuius ſignum eſt ... in ſempiternum permanebit*. Scilicet parum ſoret prouidentiæ diuinæ argutius omnipotenti, æternum ſędus in generationes ſempiternas in re ſolida ſtruere; indè quo indubiam promiſſionis ſuæ fidem adſtruat, in re futili, fugitiua, citò euaneſcente, & colores fucatè menticnte, ſolidiùs fundit, quaſi à diuerſo vigorem fœnerans, & ſtabilitatem firmam fœderi ſuo mutuans.

Officioſitas diuinæ prouidentiæ etiam ex inuerſo ſapienter operatrix eſt.

Diuina prouidentia per media oppoſita, proſicuos quandoque producit effectus.

Verſ. 12. & 13. 12 Quare Deus iridem ſelegerit in ſuæ promiſſionis ſignum, & non aliam rem, nempè aliquod ſydus, aut quid nobilius? Quid habet peculiare cœli arcus, vt à Deo promiſſionis fidem extorqueat, & homines diuinæ fidelitatis reddat ſecuriores? Audi quòd elegantius! Iris arcuatam habet figuram, indè arcus cœli vulgò nominatur. Et ſi accuratiùs attendamus, extremitates cœleſtis arcus terras contingunt, & arcuatim verſus cœlum arcus porrigitur: quaſi ſagittæ contra cęlum, cęlique habitatorem eiaculandæ forent. His bellicis armis Deus terram aduerſus cœlum myſticè obarmat, dum promiſſionem dato fędere ſancire decreuit: quod meo videri ſubinſinuauit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 28. lit. K, pag. mihi 256. dum de hoc cęli arcu accuratius tractans, dixit, quòd eſt iſte arcus *quædam menſura, & quoddam diuinæ virtutis examen*. Quaſi per cęleſtis arcus exhibitionem, diuinæ fidelitatis virtus ad examen vocetur, & promiſſionum adimpletionem velut gratia vi à Deo extorqueat, armis in cęlum vibratis. Diuina promiſſio imbecillitatem humanam, vel aduerſus cęlum, extorquendam rei promiſſæ fidelitatem obarmat.

Deus promiſſione ſua iridis homines aduerſus ſe armat.

Indicium terroris eſt clementiæ prognoſticum.

13 Quare, hoc ſignum fęderis inter Deum, & homines, potiùs in nubibus, quàm in terra, ſeu in aquis erigitur, & ponitur? An vt nulli hominum non innoteſceret, ſed facili eius obiectu non ſemel, ſed iterum, & iterum recrearentur? Exprimit intentum Catena Græca. *Signum quod in omnes generationes proponendum fuit ad timorem diluuij tollendum, ex ipſa natura, quòd opus eſt Dei meritò ſumitur, vt ſæpius huiuſmodi ſolatium appareret hominibus, quòd ſecum ſerenitatis indicium afferret. Iris enim in nubibus non apparet, niſi ſol in aduerſa regione luceret: hominibus pluuia igitur, eo tempore vniuerſalis eſſe non poteſt.* Verſ. 3.

Iris poſitus in cœlo, vt homo peccator iterum, atque iterum in Dei miſericordia recreantur.

14 Quare Arcum elegit Deus in ſignum pacis, cum potiùs ſit belli ſignum? Arcus ad eiaculandum ſagittam retractu nerui tela vegetans, priùs ſagittarium ferit quàm hoſtem, priuſque in ſe experitur ſagittam. Ergo dicit Deus; æterna pax erit; quia prius, quàm telis feriam homines, idem telum quaſi experiar ego. Id enim ſignificat vox illa arcus; nempè vibret ſuperior aſperioris præcepti ſagittam è poteſtatis arcu, & priùs in ſe experiatur, quàm feriat eruente. Tunc arcus, ideſt poteſtas mitior erit, æternam promittens pacem. Sed in alios aſper eſt, & cruentus, qui erga ſe mitis eſt, & placidus. Vndè non impropriè hìc apponendam cenſeo Tertulliani ſententiam in lib. de patientia cap. 1. iuxtà principium lit. C, pag. mihi 1. dicentis. *Quando oporteat demonſtrationem, & commendationem alicuius rei adortos, ipſos prius in adminiſtratione eius rei deprehendi, & conſtantiam commonendi propria conuerſationis authoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubeſcant.* Verſ. 13.

Superior ſibi beneuolè indulgens, peracerbus eſt in ſubditos, & econtrà.

15 Quare Arcus datur in ſignum, qui dum videtur duos monſtrat colores, ſcilicet, cæruleum extrinſecùs, intrinſecùs verò igneum? quod latet hic myſterium, vt taliter ponatur in ſignum? Audi. Strabus Fuldenſis, à ſuo Magiſtro Rabano Mauro edoctus, ita ſcribit in hunc locum. *Ponam arcum meum*, &c. *Arcus duos habet colores, cæruleum, & igneum, qui duo indicia exprimunt: vnum aquæ, quòd præterijt: aliud ignis, quòd venturum creditur in fine ſæculi; vndè cæruleus color extrinſecùs, igneus verò intrinſecùs.* Cupis ergo videre ſignum fugiendi diluuium gehennalis incendij? attolle oculos ad igneum Iridis colorem; cuius horrendæ minæ, tutum periculi aſylum eſt, timore pęnitenda ſcelera profligante: ò bonam mortalibus eruditionem! Sagite hinc viuentes, vt de periculo ſoſpitatem inueniatis. Verſ. 13.

Igneus color qui in iride apparet, & vitanda gehenna ſignū.

Occaſio ruinæ ſecuritatem adducat.

16 Quare ſi nubes totius naufragij, & vniuerſalis eluuionis miniſtræ fuerunt, modò vniuerſalis ſecuritatis arbitræ eliguntur? Quid à nubibus ſperent homines, Verſ. 13.

à qui-

à quibus deleti ſunt homines ! Vt pauor horrenda ſtrage conceptus temperetur in nubibus voluit elucere ſignum fœderis, ne viſis in Cœlum nubibus ab ipſis diluuium vltra immiſſurum timeretur. Sic ergo de nube remedium, de morbo ſalus, de periculo portus fit, hinc eleganter Euceberius apud Lippomanum *Arcus*, inquit, *Propter Signum ſecuritatis in Cœlo poſitus eſt, vt ab omnibus inſpici poſſit, ne homines formidoloſi timerent altero diluuio deleri.... Et ipſum ſignum in igne, & aqua oſtenditur.*

Nubes diluuij olim cauſa tũ ſecuritatis eſt ſignum.

Verſ.14. 17 Quare, & quid neceſſum fuit meminiſſe promiſſi ſigni fœderis cum in cœlum nubes obductæ viderentur? Valdè quidem: cum enim obſcuram nubium caliginem, ſolis radios terris prohibentem vidiſſent homines, vtique neceſſaria ſequela, ab obſcura illa nigredine terram occupante, adhuc rigidius diuinas in mundum iras recentis immiſſione diluuij armati putauiſſent. Vt triſtiſſimi ergo euentus id genus timorem à trepidantium pectoribus Deus excuteret *apparebit*, inquit, *arcus meus in nubibus*: ac ſi diceret; ne terreamini, cum videritis operiri Cœlum nubibus, quia meis non deero promiſſionibus, ideò arcum ponam meæ pietatis, non meæ vindictæ ſagittam, & ideò dicit S. Ambroſius lib. de Noe & Arca cap. 27. lit. L. pag. mihi 256. *Dominus in nube arcum magis, quàm ſagittam ponit.*

Nubium obſcuritas rigorem diuinæ indignationis portendit.

Verſ.15. 18 Quare Deus ſuam fidem obſtinxerit repetita identidem promiſſione de non inundando exinceps orbe? An non adſimilia laſciuiæ peccata, per que diluuium immiſſum fuit, adſimilem pænam expoſcunt? Sed eſto, pactum cum hominibus ineundum foret de non iterando exinceps diluuio; quid eſt quod Cœli arcum ſibi deſtinat in ſignum initi fæderis, quem, dum viderit fæderis recordetur? Num Deus indiget externo ſigno, vt in memoriam illi veniat, quod ſemel diuino pacto ſanciuit? *Quid dicis ò beate Propheta?* Exclamat aureus Doctor, homil. 28. lit. C. pag. mihi 148. *Recordabor*, inquit, *Teſtamenti mei, hoc eſt pacti mei, promiſſiones polleitationis. Non quia ipſe opus habeat recordatione ..... Vidiſti quantum Deus verbis ſe propter noſtram infirmitatem humiliet ... quantam miſericordia magnitudinem declaret.* Ecce tibi quantam diuinæ miſericordiæ magnitudinem hoc ſignum declarat, hæc recordatio manifeſtat; vt quantumuis diuinus aduerſus libidinem furor, ſic ad punitionem excitet, vt velut pacti obliuionem inducat; tamen non inducitur à S. Chryſoſtomo, Dei veritas, quæ initi pacti memoriam re uocet, & illud adimplere faciat, ſed *magnitudo miſericordiæ*, quæ obliuionem ableget, & recordatione inducat. Sic humana libido Dei iras exaſperat. Sic impudenti mortalium ſalacitate ad acerbiorem vindictam Deus concitatur, vt velut egere recordatione dicatur, ne obliuiſcatur pacti à ſe initi, de non ſeuerius tunc caſtiganda luxurie: O bonam de hyperbole eruditionem!

Cur vel obliuiſci dicatur Deus pacti ſe de non ſeuerius tunc caſtiganda luxuria?

Quanta ſit Dei miſericordia exponitur.

Libido iras Dei exaſperat.

19 Quare hæc promiſſio de non immittendo diluuio toties à Deo, repetitur? An quia homines ſtudioſè victuros, & eorum peccatorum pænitentia acturos præuidit? minimè. Vndè ergo tam ingens clementiæ largitas? Ex ſola ſua miſericordia prouenit, quæ ex ingenti ſua pietate ſe veluti obligare vult. Ad rem elegantiſſimè S. Io: Chryſoſtomus vbi ſupra ſcribit dicens *Vidiſti quantam erga nos Deus, gerat noſtri generis, quantam miſericordia magnitudinem declaret? non quia hominum conuerſionem vidit, ſed vt per omnia nos doceat excellentem ſuam bonitatem!* Verſ.16.

Deus in noſtrum auxilium ſe ex ſua miſericordia promouet.

20 Quare (ſi à filijs ſolum, & non etiam à Noe ſenectute confecto eiuſque vxore terra erat hominibus implenda) Noe eiuſque vxor à viuis non abripiuntur? *Certè quia præſentia parentum ſenectutem confectorum*, dicit Eſcobar, *quos poſtrue filij nepoteſque honorare, admodum conferebat ad filiorum ſæcunditatem.* O quot filij ſine poſteritate conficiuntur, quia Senes parentes cupiunt de medio tolli! Verſ.18. & 19.

Præſentia ſenum parentũ à filijs honoratorum dat ipſis filijs fæcunditatem.

21 Quare cum ſemper Cham, inter alios Noe filios vnitim nominatus eſſet, ponitur hic poſtea ſeparatus ab alijs, dum dicitur; *porro Cham ipſe eſt pater Chanaan?* S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 28. lit. M. pag. mihi 256. ad dubium occurrens dicit. *Quia cum haberet filium, & pater eſſet, ſolus ipſe patrem non cognouit, qui magis cognoſcere debuiſſet; Et ideò improbum habere meruit filium, qui improbus fuerat Patri*, O veritas adhuc incognita! quot ſunt filij vxorati, qui filios cum habent, parentes deſpiciunt. En videant, improbitas eorum ne in proprios in pænam refundatur filios. Verſ.18.

Filij vxorati, qui filios cum habent deſpiciunt Parentes, in pænam Deus permittit, vt à proprijs exinceps deſpiciantur filijs.

22 Quare ſcriptura dicit Noe fuiſſe Agricolam, cum tot, & replicatis fauoribus à Deo honoratus ſummopere fuerit? Soluit dubium doctiſſimus Ferus dicens *Ne quis putaret eum, excellentis alicuius ſtatus, & conditionis fuiſſe præ alijs, propter quòd illum Deus præ alijs dilexerit*, & propterea addit; *erat vir agricola. Neminem igitur Deus reijcit propter humile aliquod officium, etiam agricolas, & ſutores gratos habet, ſi pij ſunt.* Eſto Noemus vilis homunculus, & deſpectus: eſto & homines reliqui, ante diluuium, potentes, titulis inclyti, dignitate ſplendidi; ſi tamen hi, patratorum rei criminum; ille porrò, Deo gratus, & acceptus propter ſua bonitatem; neque hos condigna caſtigatione delere, neque illum diuina protectione fulcire omiſiſ- Verſ.20.

Nullum quẽquam vilem negligit Deus ſi pius ſit.

omiſiſſet. O' vera digniſſima Dei Iuſtitia, ſemper incontaminata æquitas!

Verſ.20.

23 Quare mundi eluuione peractà, redit terræ agricolatio, quæ famem depellat, cępitque Noe agricola exercere terram, & plantauit vineam. Ad quæ verba tempeſtiuè addubitat S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 29. lit. F, & A, col. mihi 257. & 258. *Quid eſt, quòd iuſtus primum vineam plantat, & non aut triticum, aut hordeum? Vnde autem vinea poſt diluuium corruptionemque terræ?* Reſpondet ſibi; *Quia iuſtus prius, quæ voluptaria, quàm quæ neceſſaria ſunt requirit. Neceſſarij enim fructus ſunt tritici, & hordei, ſine quibus non poſſumus viuere; vinum autem voluptarium, & cauſa delectationis datum. Quod quia iuſtus eſt, ideò ſibi magis hoc, quod ſecundum erat, quàm quod primum eſt vendicauit.* Qui quam maturè præcoqua agricolatione ſummum Euchariſtiæ Sacramentum typicè integrare feſtinat, non tàm corporali vitæ *neceſſaria*, quàm ſpirituali vitæ *voluptaria* quærere contendit. Vulgare hactenus fuerat triticum; vinum autem, quo hoc Sacramentum conſtat, retroacta ſæcula non viderant. Exindè iàm idonea Euchariſtiæ materia integrè conſtat: in qua ſic præpropere deliciatur Noe iuſtus, vt *prius quæ voluptaria, quàm quæ neceſſaria ſint quæſierit*. O piè vrbana neceſſitas, quæ Euchariſticæ voluptati cedit! ò empyrea voluptas, quæ humanam neceſſitatem negligit, & ignorat!

Cur Noe plãtans vineam priùs voluptaria, quam neceſſaria quærit;

Euchariſtica voluptas humanam neceſſitatem negligit, & ignorat.

Verſ.20. & 21.

24 Quare ebrietatem Noe Moſes refert, cum hanc potiùs ſilere debuiſſet? vt intelligeremus, quòd ſancti viri non ſolum docentes, ſed etiam errantes, probitatem edocent. Pereleganter ad rem dicit Mediolanenſium Paſtor in lib.1. de Abraham cap.6. lit. H. col. mihi 292. *Noe iuſtus deceptus eſt, quia vini vis adhuc ignorabatur: ſed illo inſtructus es, ne tu ignorares.* En quomodò iuſti error eſt ſchola probitatis, & virtutis magiſterium. Ergo tu diſce. Multa paucis S.Ambroſius edocet.

Sancti viri non ſolum docentes, ſed etiam errantes probitatẽ edocent.

Error iuſti eſt ſchola probitatis.

Ver. 21.

25 Quare Noe, iuxtà ſeptuaginta Interpretum lectionem, *bibens de vino* inebriatus eſt. Quod peridoneè ad noſtram intentionem adnotauit S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 29. lit. C, pag. mihi 258. ità ſcribens: *Non dixit vinum bibit: neque iuſtus vinum ebibit, ſed de vino, hoc eſt, de eius portione libauit. Ebrioſi eſt omne abſorbere vinum, & intemperantis euacuare, quod ſumpſerit.* Exindè geminam diſtinguit ebrietatem, alteram ebriam, quæ perturbet ſenſum, & veſtigia ſupplantet: alteram ſobriam, quæ non tàm vinum, quàm è vino bibit: *quæ mentem*, ſequitur S. Ambroſius, *virtutis vaporet gratia, & omnem infirmitatem videatur auertere.* Vndè Apoſtolus ſcribens ad Timotheum 1. cap. 5. verſ. 22. ait; *Modico vino vtere propter .... frequentes tuas infirmitates.* Scilicet, qui non intemperanter vinum, *ſed de vino* modicè bibit, dignus palam dicitur, cuius *mentem virtutis vaporet gratia*. Tanta eſt ſobrietatis in vini potione virtus! Pronum cuique eſt, hæc omnia ad Euchariſticum vinum transferre.

Gratia mentem vaporat eius, qui non vinum, ſed è vino bibit.

Ebrietas duplex alia ebria, altera ſobria,

Verſ.21. & 22.

26 Quare ſcribit Moſes Noe inebriatum eſſe, amore ebrietatis nudatum, & nudationis cauſa à filio Cham irriſum? Quia in Noe omnis Chriſti paſſio delineata figurabatur, ideò tàm particulariter Moſes de Noe ſupradicta retulit. Hinc explanat dubium Hugo Cardinalis ibidem col.1. pag.mihi 14. dicens *Eſt aliud vinum, quo Chriſtus inebriatus eſt; ſcilicet vinum Charitatis, qua intantum dilexit nos, vt & mori propter nos voluerit.* Sane meo videri prototypo non reſpondet imago, quandoquidem Chriſtus Dominus amoris vino laudabiliter ebrius non iacuit, ſolum nudus; ſed duro ſtipiti affixus, clauis perforatur, transfixus lancea, opprobrijs, ac contumelijs ſaturatus, quorum nihil expertus fuerat Noe: quomodo ergo copioſa adeò calamitatum illuuies potuit in Noe, & prædici, & adumbrari? Quia filium habuit maledictum, vitiorum vernulam, patri ingratum, originis inſcium: ergo in malo filio vt compendiaria epitomè tota Chriſti Domini paſſio adumbratur? Noe filium improbum paſſus, totius paſſionis eſt typus. O' Peccator audi. Tu tuæ originis inſcius Deo Patri ingratus, vitijs adſtrictus, malus exin factus filius totam epitomicè paſſionem Chriſto Domino offendendo, peccando renouas. Proh miſer! & quomodo, qui tot, & tanta tibi bona, & gratias elargitur, quomodo illum ingrate vulnerare non times?

Noe Chriſti Domini figura.

In Noe paſſio Chriſti D. N. figurabatur, & eius figura tota epilogatur quia filium habuit maledictum.

Peccator totã paſſionem epitomicè Redẽptoris renouat.

Verſ. 21. & 22.

27 Quare poſt quam Noe inebriatus eſt, nuditas refertur, ſed non dormiſſe exprimitur? O' magnum myſterium; ad quod percipiendum; ſciendum eſt. *Bibens vinum inebriatus eſt*, ſcribit Gloſſa Interlinealis, *calice paſſionis*, & Moralis Gloſſa: *Chriſtus inebriatus, dum paſſus; nudatus, dum crucifixus.* Et Iſidorus ibidem. *Velamento paſſionem Chriſti tegimus; ideſt Sacramento honoramus, eiuſque myſterij rationem reddentes à Iudæorum detractione operimus.* Sacramenti imago in Noe vini robore alienato præceſſit: ibi ergo clauſis oculis mens vigilabat; immò de ſenſus interdicto mens prophetico ſpiritu acutior, aptiorque cęleſtia noſcebat: Paſſionis itaque Chriſti potatus Calice rebus omnibus nudari debet homo, nec iam famulari cupiditatibus: mens inuigilet ad diuina, oculus non adſpiciat humana: dehonorat namque huius efficaciam vini, qui Euchariſtiæ potatus calice ſenſibus ad noxia

Euchariſtia qui veſcitur debet rebus omnibus nudari.

vtitur,

Verſ.22.

vtitur, & mente ad diuina caret.

28 Quare Cham, qui viſo feralis diluuij ſpectaculo, non videre patris Nudata verenda, ſed potiùs flere debuiſſet, non ſolum vidit ſimpliciter, ſed eum riſu, & gaudio, & probroſos eiens eachinnos nunciauit fratribus? S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 30. lit. L, col. mihi 259. eleganter reſpondet. *Ridet igitur Cham nudatum patrem videns; omnis namque improbus, quoniam ipſe deuius diſcipline eſt, aliorum lapſus non ſolùm pro ſui erroris ſolatio accipit, quòd conſortes inuenerit culpa; verum etiam improbo latatur affectu .... mala mens ergo latatur præter propoſitum aliquid accidiſſe ſapienti*. Hoc enim impij proprium eſt. Sed ſi impius in crimine innocente iuſti tam cahinnatur; quid ergo de crimine vero faciet?

Omnis improbus aliorum lapſus pro ſolatio accipit.

Nemo peruerſus letatur de malo, quod accidit homini iuſto.

Verſ.22.

29 Quare Cham impudens tanta irreuerentia probrum parentem dehoneſtat? Quid tulit lucri quod proprio dedecore petulanter mereatur? nam eſto Cham patris dedecus negligat, de ſuo debebat eſſe ſollicitus; patris probro ipſe quoque deturparetur. Quare ergo patrem cachinnatus eſt, breuiter, ſed bellè de more ſcribit S. Ambroſius dicens. *Etiam improbo latatur affectu, tanquam ſua ipſe delicta correxerit*. Nimirum improbus Cham de cognato improborum genio lætatur, & ridet de inexperta Noemi ebrietate, quia improbos mores ſuos cohoneſtare ſibi videtur, cum deturpat alienos. O impudenter futilem improborum perſuaſionem, quæ aliorum ſcelera, ſua ſcelera *correxiſſe* præſumit! Quandò, aut quomodò proprium crimen in ſe quis *corriget*, qui alieno crimini *corrigi*: præſumit? O! Sic eſt impudens improborum vecordia?

Mali homines mores peſſimos patans erroribus alienis ſuos correxiſſe, & quare.

Verſ.22. & 23.

30 Quare Sem, & Iapheth admoniti à peſſimo fratre Cham Noe nudatum eſſe in tabernaculo pallium imponentes in humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui, facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt? Quia timuerunt, ſe etiam, ſi viderent, nunciaturos, vtque frænent linguam, oculos ſapienter auertunt. O prudenter! *Ne detegamus proximorum lapſus*: monet S. Ioannes Chryſoſtomus in Catena Lippomani, *Et ſi ab alijs eos didicerimus, ne ſatagamus, vt nuditas videatur*. Et S. Gregorius 25. moral. cap. 22. *nolunt videre, quod tegunt*. Vt tegant videre nolunt, nam ſi viderint, haud tegent. Si vnus tua errata ſciuerit, quam citò in omnium ore videbis: nullus niſi exuat naturam, ſecretos aliorum patietur defectus. Non impropriè hìc inſerendum iudico, quod aiebat Metellus *Si tunica conſiliorum meorum eſſet conſcia, detractam in ignem mitterem*. Et quare? quia iam non tunica, quæ tegat, ſed vox, quæ prodat. Aliquando quis ignorare curabit aliorum errata; ſed neſcio an ſi nouerit, ſilentio ſigillet?

Quilibet homo quos nouit euulgat defectus.

Homini, & tacendi impatientia & nimius alienos prodendi errores pruritus eſt.

Metellis nobiliſsimum dictum.

Verſ.22.

31 Quare Cham tàm irreuerenter nudatum Patrem videns, ei imiſit, & ſubſanauit, *vt diſcat*, inquit, S. Ioannes Chryſoſtomus in Catena Lippomani, ſed eſt in hom. 29. lit. B. pag. mihi 155. *illum fuiſſe intemperantem, & incontinentem, & mente, qua in tanta turbatione procreanda proli vacauit, eadem etiam nunc in contumelia patris prorupit*. Riſit ergo in patre nuditatis opprobrium, qui ſe toties nudauerat, vt perpetraret peccatum. Mente corruptus, & corpore maculatus ſubſanauit, irriſitque genitori, quia nudus. O quam læuia in alijs carpimus, qui in nobis grauiſſima non videmus! Hæc cecitas adhuc currit in orbe, Liæ infirmitas ab oculis adhuc euacuata non videtur; vnuſquiſque trabem ſcelerum in proprio conſcientiæ oculo non cernit, vt leuis culpæ feſtucam proximo obijciat. O! homo quid agis? quid premis? *Vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt non conſideras* S. Lucas cap. 6. verſ. 41.

Leuia in alijs carpimus, in nobis grauiſſima non videmus.

Feſtuca in aliorum oculis videtur trabes in proprio non cernitur.

Verſ.23.

32 Quare Sem, & Iapheth, non deſæuiunt in perfidum fratrem Cham paternæ ignominiæ publicatorem, ſed potiùs de illius operienda nuditate conſulunt, & impoſuerunt pallium humeris ſuis? Mirà elegantià accedit S. Ioannes Chryſoſtomus hom. vbi ſupra dicens, *Neque increpant, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt mox curarunt emendari, & honeſtari factum*: hinc habes ſolutum dubium, quia publicatæ correctioni attendentes publicatorem non curarunt. Famoſum enim eſt, latum à Deo præceptum Leuit. cap. 18. verſ. 7. vbi *Turpitudinem*, inquit, *patris, ani, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies*; quod myſticè, & bellè interpretatus Heſychius *Probibet*, ait, *nos reuelare quælibet peccata à cognatis, vel amicis nobis credita, ne maledictionem Cham patiamur, qui patris nuditatem fratribus pateſecit*. O nobile documentum! quo docetur, & proximi errores tegere, & correctionem proximo erranti cum ſilentio facere!

Turpitudo Patris, & matris à filijs non diſcooperienda.

Peccata proximi obtegenda.

Virtutes, & bona exempla improbo correctionem validiorem faciunt.

Verſ.23.

33 Quare Sem, & Iapheth operientes verenda Noe dicitur, quod inceſſerunt retrorſum, & facies eorum erant auerſæ? quia auerſa facie, & cæco veſtigio itur ad rem pietatis, vt ideò eorum cognoſceretur pietas in patrem, & in opus virtutis quid agebant, dicitur, & facies eorum erant auerſæ. Non ſic Chami impudentia ad impietatem contendit. O tempora! Sat hæc leuiter perſtrinxiſſe. Venio ad rem. Et ſicut deteſtatione digna eſt Chami impudentia, ſic admiratione dignum eſt ingenium

Auerſa facie itur ad virtutem, ... ad vitium.

Qui Patris auerſatur delicta, illa recto oculo ... tat.

genium

genium pietatis in Iapheth, & Sem, qui ſic ſtudioſè patris improperium non videre ingeniantur, celare contendunt. Argutè ad rem S. Gregorius lib. 25. moral. cap. 22. ità ſcribit, *Facieſque eorum auerſa erant*, &c. *Auerſari dicimur, quòd reprobamus. Quid eſt ergo quòd filij verenda Patris ſuperiectis dorſo pallijs auerſi veniendo operuerunt? niſi quia bonis ſubditis, ſic Præpoſitorum ſuorum mala diſplicent, vt ab alijs nota occultent. Operimentum auerſi deferunt, quia diiudicantes ſactum, & venerantes magiſtrum nolunt videre quod tegunt.* Boni ſubditi, ſeu filij faciem auertunt ab eo, quòd auerſantur in ſuperiore, ſeu in patre, maluntque tegere, quàm videre, *noluntque videre, quod tegunt.*

Bonus ſubditus ad tegendos ſuperioris defectus toto pietatis ingenio ſedulus incumbit.

Verſ. 23.

34 Quare Sem, & Iapheth, ambo deferunt pallium quando ſatis erat Sem, vt neceſſitati ſuccurreret, aut Iapheth, vt debitum pietati obſequium præberet? Sciendum eſt, quòd per Sem Princeps, & per Iapheth miniſter figurabantur. Cur ergo vterque, Princeps ſcilicet, & miniſter ſupponunt humerum quando facilè videbatur neceſſitatis remedium? Quia oportebat ad bonam formam regiminis, vt nec Sem totum ſibi arrogaret ſuperbus, nec miniſtro totum commendaret otioſus. O quàm citò neceſſitati ſubuentum eſt, dum ſuperior nec totum ſibi arrogat, nec ſubiecto totum delegat: quia Sem humerum apponit portando pallio, & Iapheth apponit humerum ad pietatis citò abſoluendum negotium. O quàm bellè videre fuit ſuperiorem, ſubiectumque æquali gradu æqualique ſtudio pietati inſeruientes, indigentiæque famulantes. Noluit Sem ſibi totum aſſumere, ne videretur ſuperbus, nec totum voluit Iapheth committere, ne cenſeretur ignauus; ſed dum vterque, ſuperior videlicet, & ſubiectus, mutuò ſibi ſuppetias ferunt, depellitur nuditas, & floret pietas: S. Matthæus cap. 23. verſ. 2. 3. & 4. *Super Cathedram Moyſi* ſcribit Hugo Cardinalis in cap. 9. Gen. col. 3. in fine pag. mihi 14. *Sederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite; ſecundùm verò opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt: alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere; ſed Sem, & Iapheth pallium ponunt in humeros.* Eccè deteſtabile regimen, Phariſæum ſuper cathedram otioſè ſatis ſedere, & ſubiectorum humeros onere moleſtiſſimo prægrauare. Et eccè optimæ politices pulchram ideam, Sem videlicet, nec ſibi omnem ſolicitudinem adſcribentem, nec omnem ab ſe ablegantem. Vtinam hoc omnes ſuperiores ſectarentur exemplum, & ita ſubiectis negotia committerent, vt & ipſi laborarent, & ita laborarent, vt aſcita peritorum opera inflati non ſuperhirent.

Bonus ſuperior vnì ſibi totum regiminis negotium nunquam vendicat ſuperbus, nec totum alteri committit ignauus.

Phariſaicum eſt ſuper Cathedram præſidatus otioſè ſedere, & ſubditorum humeros grauare.

Verſ. 23.

35 Quare Cham videt nuditatem Patris, vt non tegeret, ſed vt impudenter vulgaret; Sem, & Iapheth, non viderunt, vt operirent? Quia improborum eſt, videre defectus, vt euulgentur, proborum non videre, vt operiantur. Hinc ſcribit S. Io: Chryſoſtomus, vbi ſuprà. *Vide beneuolentiam filiorum: ille euulgauit, iſti neque videre potuerunt, ſed retrorſum ibant, vt ne rectà adirent, patris contegentes nuditatem.* Sic peruerſus filius, quòd effunderet, adnotauit; quòd operiret non vidit, vultum non auertit à crimine, nec conuertit ad remedium: religioſi fratres nudum tegunt, & nudum non vident. Sciuerunt ad officium, ignorarunt ad probrum, nequam agnouit ad probrum, ignorauit ad officium. Ergo dic, & crede; Iuſtus alienos defectus, vt medeatur, ſcit, & medens neſcit; Iniuſtus alienos defectus, vt euulget ſcit, vt medeatur neſcit.

Peccator videt, & quærit videre defectus vt publicet.

Iuſtus non videt nec curat videre, vt tegat.

Iuſtus homo alienum crimen, vt medeatur ſcit, & medens neſcit.

Sceleſtus, vt euulget ſcit, vt medeatur neſcit.

Verſ. 24.

36 Quare Cham nunc filius minor nuncupatur, qui communiter medius cenſetur? Ceſſent Interpretes vter natu maximus ſit, Seth inquam, an Iapheth? Hebræi ſuo Seth primogeniturum tribuunt; nos pro noſtro Iapheth plurihus inibi contendimus. Cham verò minor non habetur, ſed alterutro maior. Cum ergo nunc minor dicitur? Preſtò eſt Rupertus Abbas lib. 4. in Gen. cap. 37. col. 2. pag. mihi 87. dicens: *Minorem quoque illum appellat, qui patris pudenda diuulgauerat, cum fuerit natu medius, minorem inquam, non tàm ætate, quàm pro vitio, & morum indignitate. Seruus ſeruorum inquit erit fratribus ſuis ..... quo additamento ſeruitus extrema, immo ſeruilis nequitia ſolet exprimi.* Porrò ſicut de Dauide gratiæ moribus facto, dixit S. Baſilius Seleucus orat. 14. *Subitò primus fratrum comperiebatur, qui poſtremus*, quòd fuit inopinatum virtutis trophæum, naturæ legem inſolenter excellens; Sit Cham natu medius, & alterutro maior filius minor dicitur; quia non ætate, ſed *vitio, & morum indignitate, minor* eſſe, ac dici ſceleſtè promeruit. Hinc diſce ò homo, qui maior Angelis factus es ne minor vitio, & morum indignitate euadas, & eſſe in alia vita oporteat.

Cham qui filius medius erat, per ſcelus minor euadit.

Verſ. 24. & 25.

37 Quare Cham delinquente, eum maledictio non ferit, ſed eius poſteritatem? Quia ſi Cham illato ſupplicio irriſionis ſoluiſſet reatum, impoſterum eius humeros ſeruile non premeret iugum; at dum remanet offenſa inulta, è filio transfert ad ſeruulorum numerum pœna: *ſeruus ſeruorum erit*; ideòque in præſenti remanet peccatum Chami impunitum, vt grauius, duriuſque pœnam ſuſtineret impoſterum. O vtinam modo eſſet ſeruus

Dum remanet pœna inulta, acerrima quæ ſequitur atrocior.

Cham,

Cham, vt poſteà haberetur filius; verùm, dum in præſenti non punitur, ſeruituti miſerandæ dicatur. Hinc S.Gregorius lib. 26. moral. cap. 17. ſcribit: *Quid eſt, quòd Cham peccante, Chanaan eius filius ſententiam vltionis accipit? Quid eſt, quòd non in ſe, ſed in poſteritate percutitur? niſi quòd reproborum nequitia hìc quidem inulta proficiunt; ſed in poſteritate feriuntur.* Deſine iam mirari, quare, qui ſe in filiorum numerum receperunt, pia ſeueritate feriantur, & vitijs inſeruientes ſeuerà impuritate donentur, cùm audis, quibus indulgetur, grauiori ſeruari ſupplicio, & laboribus expolitas æternæ gloriæ.

Sæpè ſæpius calamitates filiorum, crimina patrum excolunt.

Verſ.24.

38 Quare Cham, qui maior erat ætate Iapheth minor ipſo vocatur? Quia Cham perdidit actu, quod ſuerat lucratus ortu: maior Iapheth dicitur; quia ætas non computatur annorum ſerie; ſed actionum grauitate. Cham ergo minor habetur, quia præceſſit tempore, non virtute: Quod bellè, & eleganter aiebat S. Ambroſius ſcribens ad Anyſium Sancti Acholij ſucceſſorem Epiſt. 60. lib. 7. epiſt. tom. 5. *Verè*, inquit, *ſenectus illa venerabilis, quæ non canis, ſed mentis albeſcit. Ea eſt enim reuerenda canicies, quæ eſt canicies animæ in canis cogitationibus, & operibus effulgens.* Canus erat Iapheth prudentia, quantumuis iunior eſſet naturà. Iunior erat Cham virtute, quantumuis canior eſſet ætate. Tanto ergo contemptibilior eſt in ſene iuuenilis vitioſitas, quanto laudabilior eſt in iuuene ſenilis virtus. Diſce ex hoc, ſi iuuenis es, virtute ſeneſcere, & ſi ſenex, prudentia caneſcere; nam ſi ex iuuentute vitia aliqualem contrahunt excuſationem, ex ſenili ætate defectus inexcuſabilius ſortituntur improperium.

Vera Ætas non computatur annorum ſerie, ſed actionum grauitate.

Vera Canities, non ætatis, ſed virtutis eſt commendanda.

Verſ.25.

39 Quare Noemus, vecordi malè dicturus filio Cham, quòd verenda patris, impudico, ac temerario auſu reuelare præſumpſerit, maledixit nepoti ſuo Chanaan? Quia neque proprio notare nomine putauit filium ſceleſtum, licet maledictis feriendum: accipio à S. Ioanne Chryſoſtomo confirmationē dicentem in hom. 24. ſemel in hoc loco iam ſupra à me citato *Peccatum facit, vt homines, ſuo nomine vocari non ſint digni.* Vel aliam pono affirmationem, quam ſcribit Stella in cap. 16. S. Lucæ verſ. 7. exponens illa verba Gen. cap. 38. verſ. 21. *Vbi eſt mulier, quæ ſedebat in biuio?* dicit, *Nomen amiſerat; ex operibus enim vnicuique nomen imponitur.*

Impius, indignus nomine reputatur.

Peccatum facit, vt homines ſuo nomine vocari non ſint digni.

Verſ.25.

40 Quare hic primò in Sacra Scriptura legitur nomen ſeruitutis? Quia ſeruitutis nomen culpa meruit; non natura, ideò Cham peccans peccati ſeruus adſtringitur. Hoc totum explanat venerabilis Calamus S. P. N. Auguſtini, qui in lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 15. lit. B, col. 1. pag. mihi 248. dicit, *Conditio quippè ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum antequam hoc vocabulo Noe iuſtus peccatum filij vindicaret. Nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli ſeruorum in latina lingua inde creditur ducta: quod hi qui, iure belli poſſent iuſtè occidi, à victoribus cum ſeruabantur, ſerui fiebant, à ſeruando appellati; quod etiam ipſum ſine peccati merito non eſt. Nam & cum iuſtum geritur bellum, pro peccato contrario dimicatur: & omnis victoria cum etiam malis prouenit diuino iudicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens.*

Nomen ſeruitutis in Sacra Scriptura non prius auditū quam Cham peccarit.

Nomen ſeruitutis culpa meruit non natura.

Origo vocabuli ſeruorū, vnde habeatur.

Verſ.25.

41 Quare non ſolùm ſeruus legitur, ſed ſeruus ſeruorum? Quia peccator peccati non ſolùm fit ſeruus, ſed ſeruus ſeruitute extrema. Peregregiè ad rem Rupertus Abbas occurrit lib. 4. in Gen. cap. 37. col. 2. pag. mihi 87. dicens. *Non dixit ſolùm, ſeruus erit, quo nomine interdum etiam bona, vel voluntaria ſeruitus ſolet ſignificari, ſed ſeruus ſeruorum*, inquit, *erit: quo additamento ſeruitus extrema, immò ſeruilis nequitia ſolet exprimi, niſi cum ſubiectione Dei*, (attende ad verba quæ ſubdit) *per egregiam humilitatem ſeipſum profitetur quis ſeruus ſeruorum Dei.*

Duplex ſeruitus, & quomodò.

Egregia humilitas vocari ſeruum ſeruorum Dei.

Quibus verbis ſapientiſſimus Abbas vendicat Romanum Pontificem, Petri legitimum ſucceſſorem, Chriſti Domini Noſtri Vicarium à calumnijs Caluini, Lutheri, aliorumque hæreticorum, qui indignè cachinnando dicunt, quod ex maledictione hac Chami ſumpſerit ſibi titulum Pontifex Romanus *ſeruus ſeruorum.* O! ite ad Tartara linguæ demoniacæ: non enim Papa abſolutè ſe vocat *ſeruum ſeruorum*, ſed, vt rectè notat ſupradictus Rupertus cum Addito *ſeruus ſeruorum Dei*, idque facit ex pia animi ſubmiſſione, obediens vt Chriſti Vicarius vocibus Redemptoris dicentis S. Lucas cap. 22. verſ. 26. *Qui maior eſt in vobis, fiat*, humilitate, *ſicut minor.* Quonam alio motiuo dicitur ſeruus ſeruorum Dei Pontifex, niſi per humilitatem? Quiſnam eſt eccleſiæ caput, & ſponſus quis? Pontifex Romanus, Nunc Sanctiſſimus INNOCENTIVS XI. fæliciter, & auguſtiſſimè regnans. Hinc Cornelius à Lapide exponens cap. 61. Iſaiæ verſ. 10. vbi dicitur *Quaſi ſponſum decoratum corona*, de Summo Pontifice intelligit: cumque Sponſum Eccleſiæ, quod Chriſti ſit Vicarius, affirmat: atque adeò coronandus cum Eccleſia coronatur; in cuius *capite corona ſtellarum duodecim*: ſplendet; Apocalyps. cap. 12. verſ. 1. cui neceſſe eſt in ſponſo altera reſpondeat, ſaltem ex auro lucida, gemmiſque diſtincta: quæ ſydera quædā ſunt apud mortales pretioſa; Quò facit illud Tertulliani de Corona

Romanus Pōtifex de Titulo ſeruus ſeruorum Dei à calumnijs vēdicatur hæreticorum.

Si qui maior fieri debet minor, ergo qui Maximus ſeruus ſeruorum Dei.

Romanus Papa caput, & Sponſus Eccleſiæ Catholicæ.

Pontificem Romanum decet corona.

Eccleſia coronata, corona ſtellarum duodecim.

Ariadnæ corona deſcripta ex Tertulliano.

Quæ apud nos ſunt gemmæ, apud ſuperos ſydera.

Papa ſponſus Eccleſiæ Cathdica.

Ariadnæ in lib. de corona militis lit. A, pag. mihi 345. impreſs. Pariginæ. *Ariadna ſertum ex auro, & Indicis gemmis, Vulcani opus, Liberi munus, poſt & ſydus*. Nam quòd Theſeus Ariadnæ Sponſus ei coronam auream, & gemmeam dederit, ſignificauit coronam donum ſponſalitium eſſe: ſanè quòd gemmæ poſteà in ſydera ſint conuerſæ, eo oſtendit, quæ apud nos gemmæ ſunt, apud ſuperos ſydera cenſeri. Negent quidem Angli eſſe Papam Sponſum Eccleſiæ: nos fatemur Noſtræ Romanæ, & Catholicæ; non ſuæ Anglicanæ, & adulteræ eſſe: ad idque vtimur authoritate Lugdunenſis Generalis Concilij adducta in cap. *Vbs periculum* de Elect. & cap. *quoniam de immunitate* in 6. & teſtimonio Turrecrematæ lib. 2. Sum. à cap. 17. vſquè ad 31. Et Concilium Chalcedonenſe in epiſt. ad S. Leonem, Caput Eccleſiæ Pontificem ipſum appellat, & ita exponit Gabriel lect. 3. in Canone. Ergò quomodo Caput Eccleſiæ, & Sponſus, Regali triplicata inſignitus corona, *ſeruus ſeruorum Dei* inſcribitur, niſi humilitas hanc humillimam dictaret formam? Annè ſe ſubſcribendo *ſeruum, ſeruus* erit? Ecquis inſanus hæc firmet? Semper Maximus eſt, ſemper Summus, ſemper Vnicus, ſemper Chriſti Sanctiſſimus Vicarius, verus Petri Succeſſor, ſemper Caput, Sponſuſque Eccleſiæ, ſemper omnium Pater, & vniuerſalis eſt Paſtor. Hinc Pierius Valerianus lib. 41. Hieroglyph. ait: *Pontificis Maximi caput maximis quoque ſacrorum ſolemnitatibus inſignitur, & vt ſumma eius poteſtas eo geſtamine ſignificetur, triplici faſcia aurogemmiſque ditiſſima ornamentum illud redimitum conſpicitur*. Qua mente igitur Vafri Heterodoxi Romanum Pontificem à Chami maledictione hunc *ſeruus ſeruorum* titulum ſumpſiſſe dicitis? Certè noui; vt ipſe cachinno haberetur. O verè inſani! Audite, veſtriſque ex calamis rubore confundimini: & non ſcripſerunt.

Pontificis Romani ſumma humilitas.

Quare Pontifex Romanus in ſolemnitatibus Triregno coronatur?

Ex Hæreticorum calamis licèt inſanis, aliquando ſanè ſublimitas Pontificis Romani cognoſcitur.

Vvicleff in epiſt. ad Vrbanum VI. *Gaudeo planè deſegere cuicumque fidem meam, & ſpecialiter Romano Pontifici, quia ſuppono, quòd ſi ſit Orthodoxa, ipſe fidem meam confirmabit, ſi erroneu emendabis. Romanus Pontifex Summus Chriſti Vicarius in terris eſt*.

Nunquam verior Laus, quàm illa procedens ex ore inimicorum.

Lutherus ad Leonem X. in reſol. prior. diſp. *Beatiſſime Pater proſtratum me pedibus Beatitudinis tuæ offero cum omnibus, quæ ſum, & habeo: vocem tuam vocem Chriſti in ſe præſidentis, & loquentis agnoſcam*. Et rurſum in poſterior: *Quòd monet me, Romanum Pontificem eſſe alijs omnibus ſuperiorem, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo factam videmus. Nec enim ſine voluntate Dei in hunc monarchium venire vnquam potuiſſet Romanus Pontifex*.

Pontifex Romanus omnium mortalium ſuperior.

Bucerus in Præp. ad Concil. *Ingenuè confitemur apud veteris Eccleſiæ Patres Romanam Eccleſiam præ cæteris Primatum obtinuiſſe, vt quæ Cathedram diui Petri habeat, cuiuſque Epiſcopi Succeſſores Petri ferè ſemper habiti ſunt*. Ergò ſi tantam agnouerunt, & agnoſcitis in Romano Pontifice Dignitatem, Poteſtatem, & Maieſtatem, nonniſi per humilitatem concludite, ipſum de ſe humillimè ſentientem Titulum *ſeruus ſeruorum Dei* ſumpſiſſe.

42 Quare filius Chanaan à culpa immunis pœnaliſſimo ſupplicio acerbiùs addicitur? Quia Pater acerbiùs punitur in filio, quàm in ſe ipſo, vt ergò Chamo eſſet pœna durior, in filij maledictione duriùs mulctatur; ad rem noſtram bellè ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 29. lit. B, pag. mihi 157. dicens *Scitis enim, quomodo ſæpenumero patres orant, vt filiorum pœnas ipſi ferant, & quomodo grauiùs illis eſt, videre filios ſupplicijs affici, quàm ſi ipſi ijs forent obnoxij: Factum igitur eſt hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorem, maiorem ſentiret dolorem*. Quaſi pater acerbiùs feriretur in filij pœna, quàm ſi ipſe in ſe ipſo pater ſauciaretur: & ipſe ſceleroſus pater à ſupplicio immunis in ſe, in altero ſeipſo duriùs affligitur, & pœna filij ad emendationem eruditur. Immò Aureo Doctori adteſtatur Procopius ibidem ſic fatus: *Maior dolor cruciabat patrem* Cham, *cum videret filium* Chanaan *maledictione perſtringi, grauiùs enim affligimur calamitate liberorum, quàm ſi nobis aliqua miſeria obijceretur*. Verſ. 25.

Pater acerbiùs punitur in filio, quàm in ſe ipſo.

43 Quare Noe Chanaan maledicendo non ait maledictionem eſſe à Deo, & benedicendo Sem, benedictionem ait eſſe à Deo? Quia, vt alibi adnotauimus, Deus auctor eſt benedictionis, non ſic verò maledictionis, hanc enim vnuſquiſque ſibi comparat, & acquirit, quod docet S. Hieronymus in cap. 5. Ezechielis, poſtquam dicit, quòd Deus auctor eſt eorum, quæ ſunt decora, & honeſta, homo verò illorum, quæ ſunt fœda, & triſtia; Tunc ſubdit: *Tale quid in maledictis inuenire poterimus*. Verſ. 25. & 26.

Deus auctor benedictionis, homo verò maledictionis.

44 Quare Noe Sem benedicendo; non Sem benedicit, ſed Deo Sem? Quia Egregia Semi Charitas commendanda erat, & larga benedictione augenda, & muneranda. Eleganter Aureus Doctor homil. 39. lit. D, pag. mihi 158. præfatam Semi benedictionem his verbis inibi illuſtrat. *Et dixit*, inquit, *benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan ſeruus illius. Hoc fortè quis dixerit, non eſt benedicere Sem: imò valdè benedixit illum. Quando enim Dominus benedicitur ...... tunc vberior ab illo ſolet iſtis benedictio dari, propter quos ipſe benedicitur*. Scilicet Noe conſultiſſimè agit, & Deo afflatus plura ſignificat, quam dicere videtur. Ea enim eſt Semi erga Deum pietas, vt vberiùs muneretur ſublimiori Dei ſui Verſ. 26.

Non Semus ſed Semi Deus benedicitur, quo Semi pietas auguſtiùs muneretur.

gloria,

gloria, quàm propria ſui ipſius benedictione.

Verſ.26.

In bono filio Dei bonitas benedicendu, quia plus tuliter benedicitur Deus.

Omne noſtrũ bonum Deo adſcribendũ.

Vitia fructus ſunt hominis virtutes verò gratia.

45 Quare Noe Patriarcha Sem filium benedicturus; non hunc, ſed eius Deum benedixit? Quia ipſe viderat Sem, ſemper bonum fuiſſe, & fore filium, viderat opera eius bona, ſciebat, quæ fecerat, nouerat prophetica mente, quæ futura, vnde non Sem, ſed eius Deum benedixit, *Vt intelligamus*, ſcribit in hunc locum Hugo à S. Victore, *omne bonum noſtrum, non nobis, ſed Deo eſſe adſcribendum*? En diſce humana fragilitas, quæ vitia in te noſcis, fructus tuos eſſe intellige, quæ virtutes in te emicant, ſoliùs gratiæ effectus eſſe agnoſce.

Verſ.26.

Non eſt plena ſuperioris felicitas, ſi ſubditrum premat aduerſitas.

Superioris, & ſubditi connexa eſt ſalus, vt altera, ab altera pendeat.

46 Quare Noe Deum Semi benedicit? ad dubium multipliciter iam ſolutum vario modo ſoluendum: intellige per ly *Dominus* preſulem aut ſuperiorem, ſeu Principem per ly Sem, ſubditum: & dic; vt ſubiectus, Domino bona prudentiſſimus imprecatus eſt: nam adeo colligata eſt præſulis boni ſuperioris, seù iuſti Principis; & ſubditorum fortuna, vt nulla iſtos premere poſſit aduerſitas, ſi illius plæna reſplendeat fælicitas, & ſubditos ſi infauſta opprimant, regnanti nil accidere poſſit iucundum. Domino benedicit, vt bona Sem incrementet; nam ſi Domino fauſta contingant, nil ſubditus experitur aduerſum. *Hoc fortè quis dixerit non eſt benedicere Sem: immo valdè benedixit illum.* Addit S. Ioannes Chryſoſtomus ſupra iam citatus, *quando Dominus benedicitur.* Vt Sem, ideſt ſubditus, çumulatius benedicatur, Dominus, ideſt ſuperior, benedictionis cumuletur, quia ita eſt Domini, & ſerui connexa ſalus, vt altera ab altera pendeat. *Valdè benedixit illum quando Dominus benedicitur.*

Verſ.27.

Altior ſublimitas ruina inſidiatur.

47 Quare ſi Iapheth iuxtà expoſitionem in litera datam *dilatatus*: iterpretatur Noe ipſum benedicens dicit dilatet, quaſi diceret Noemus dilatet Deus dilatatum? Quid neceſſe eſt, vt dudum dilatatus, & magnus, & qui ſublime faſtigium in nomine ipſo præfert, denuò dilatetur, & magnus fiat? quare ergo non alia bona, quæ Iapheth poſſet felicius optare, auguratur, negligens, quæ non habet; & quæ vbertim præhabet ardentius ſuſpirat, nempe dilatationem dilatato? Quia, audi nobile myſterium, fortunæ inconſtantia humanas vices euariat, vt ſublimius faſtigium ſit ruinæ proximum: & altior ſublimitas, confinis decremento. Creſcendi meta, magnitudinis ſuæ mole grauis, facta eſt cadendi initium, & certum ruinæ prognoſticon, vnde opportunè dixit Noemus è Cœlo inſpiratus: *Dilatet Deus Iapheth*, ideſt, *dilatatum*. Nam magnitudo decremento inſidiatur. Fortunæ rotam ſiſtit, & figit hac benedictione Noemus, & cum felicior imperij dilatatio, finium contractionem minatur, tunc, tunc maximè dum periculum imminet, periculo occurrit, & ampliorem dilatationem, & fauſte imprecatur dicens *Dilatet Deus dilatatum*. O quam verum eſt, quæ ad horam hominem felicitant, diuturni mox infortunij præſagium eſt. Nemo fidat nimium ſecundis: non enim infælix dumtaxat mæror planctum ciet, ſed profuſa etiam lætitia lacrhymas exprimit; & diuerſiſſimis cauſis infeliciſſimè iactamur. *Habet hoc natura corporis humani*, inquit Eleganter Rauennas eloquentia Serm. 64. de Lazaro circa medium pag. mihi 224. impreſ. Venet. in 4. *vt producat lacurymas vis gaudij, vis mæroris. Quoties enim viſcera, aut letitiæ, aut triſtitiæ nimio arctantur impulſu, oculi in lacbrymas mox erumpunt.* Quis fidat ergo gaudij cauſis, quæ lachrymas extorquent? quis credit felicitati, quæ infelicitatem de propinquo ominatur? O caue tibi à proſpera fortuna, certi infortunij præſagio!

Quæ ad horã fælicitãte diuturni infortunij mox ſunt præſagia.

Rebus ſecundis non fidendum.

Ipſamet lætitia etiam lacrymas exprimit.

A proſpera fortuna cauendum.

48 Quare poſt maledictionem Chanaan, Verſ.25. 26. & 27.
duo benedicuntur filij Sem, & Iapheth? Vt cognoſcatur quantum reuerentia in Patrem filios ditet, & quantum in ipſum irreuerentia filios puniat: Cham miſera elargitas ſeruitus, Sem, & Iapheth auctior fortuna auſpicatur, & meritò quidem, nec enim poterant non dilatari, & luminibus dignitatis fulgere, qui elegerunt, vt nudum Patrem ornarent, nuditatis notam ſubire: ornamento priuantur, vt nudum veſtiant parentem, ſed quod largiuntur pallium regium illis conciliauit ſceptrum. *Sicut irreuerentia Paterna.* Lyrani eſt nobile acumen, *meretur maledictionem ita reuerentia benedictionem.*

Sicut irreuerentia Paterna maledictionem meretur, ſic reuerentia benedictionem.

49 Qnare Cham nudum nonoperiens Verſ. 25. 26. & 27.
patrem maledicitur, & Sem, & Iapheth parentis nuditatem operientes benedicuntur à Noe? O admirabile Myſterium! In toto iſto negotio, extrema dies Iudicij, ſententia, luctus, & pæna damnatorum: riſus & præmium iuſtorum apertè præfigurata cognoſcuntur: Attende ad omnia æqualiter ſimul ponderata. Nam in nouiſſimo die Iudicaturus homines, & ſæculum per ignem Redemptor dicitur Matthæi cap. 25. verſ. 31. & ſequitur *Cum venerit filius hominis*, qui filium viri agricolæ ſe eſſe nominauit, *& Pater meus Agricola eſt*: Ioannes cap. 15. verſ. 1. Hic de Noe dicitur. *Cæpitque Noe vir Aricola*, de iſto refert Moyſes, quod ſedit *in Tabernaculo ſuo*: de Chriſto iudicante ſcribit Matthæus, quod *Sedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ*, ideſt in Tabernaculo ſuo ſolis ſicut

In Noe euentu poſt diluuium in Tabernaculo dormiente, totum extremi Iudicij negotiũ figuratur.

De extremo Iudicio Parallelum.

cut dixit Pſalmiſta Pſal. 18. verſ. 6. *in ſole poſuit Tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens; Iudex ſtatuet oues*, ideſt pios, *à dextris ſuis; Hedos autem*, ideſt peccatores, *à ſiniſtris:* Sic fecit Noe; pias Iapheti, & Semi poſteritates à dextris ſuis poſuit, quia principes conſtituit; Chami poſteritatem à ſiniſtris depoſuit, quia perpetua ſeruitute mulctauit. Dixit Noe filijs, qui à dextris poſuit. *Benedictus Dominus Deus Sem; dilatet Deus Iapheth, & habitet in Tabernaculis Sem:* Vbi obſerua quòd iam præparatum Regnum inauguratur, quia *dilatet Deus dilatatum*. Sic Iudex, *dicet his, qui à dextris eius erant: Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*. Noe filio, & Poſteritati, quæ à ſiniſtris conſtituit, dixit, *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis:* Sicque Iudex *dicet, & his qui à ſiniſtris erunt: diſcedite à me maledicti*. Et ſi originem vtriuſque maledictionis, & benedictionis quæris, audi; quia Cham nudum non operiens, quem viderat, patrem, maledicitur; quia Sem, & Iapheth, nudum ſcientes patrem, pallium imponentes humeris ſuis nuditatem operuerunt, benedicuntur: Sic in extrema vniuerſalis iudicij die; quia peccatores nudum videntes Dominum in pauperis perſona non operuerunt, *nudus, & non cooperuiſtis me*, maledicuntur, *ite maledicti*; & quia iuſti, & pij nudum videntes cooperuerunt, *nudus, & cooperuiſtis me*, benedicuntur. *Venite benedicti Patris mei*. O nobillima figurati figura! de qua ſi quęris Sanctiſſimi alicuius Patris affirmationem, lege S. Ioannem Chryſoſtomum, qui in homil. 29. lit. D, pag. 158. Scripturam, ait, retuliſſe impij pęnam, & piorum mercedem, vt æterna, & pœna exterreat, & cœleſtis benedictionis nos gratia alliciat. *Opera pretium*, inquit, *fuerit audire nunc poſt pœnam, quam accepit is, qui nuditatem inuulgauit, quos honores, & retributiones aſſecuti ſunt alij pro honore, quem patri impenderunt*. En honor Deo Patri in pauperibus à pijs impenſus hominibus eos nobilitas, & regnum emunt pallio, non tantum in mundo, quàm cœlo, vt in vtroque mundo honorentur.

Impiorum reproborum pæna. Electorum gaudium, & præmium.

Ver. 28. 50 Quare refert Scriptura Noe, poſt diluuium trecentis vixiſſe quinquaginta annis? Reſpondet Sanctus Ioannes Chryſoſtomus homil. vbi ſuprà lit. A, pag. mihi 159. *Neque hoc putes abſque cauſa aſſignaſſe ſcripturam, ſed vide, & hoc loco iuſti continentiam: quia cum tanta frueretur vbertate, & proſperitate, ſuperuiueretque tanto annorum numero, poſt egreſſum ab arca, noluit vltra indulgere puerorum procreationi*. Vnde habes documentum, quòd quando frueris vbertate, & proſperitate debes magis Numini grates rependere, & in opera pietatis incumbere, quàm rei Venereæ operam dare, & filiorum procreationi intendere; ſed vtique dicam? Nunc, quando homo magis in proſperis eſſe cognoſcitur, tunc totaliter Dei oblitus, omnibus fit ſceleribus collega, heu! cœca infelicitas!

In proſperis magis gratus eſſe debet quilibet Deo.

51 Quare poſt diluuium, Noe dicitur vixiſſe trecentis, & quinquaginta annis, in quibus vltimum (refert Moyſes) clauſit diem? ad dubium hoc, ſibi reſpondet, qui ſibi fecit; Mediolanenſium Paſtor, lib. de Noe, & Arca cap. 32. lit. B, pagina mihi 262. impreſs. Pariſ. dicens: *Nequaquam prætereundum putamus. Nam in trecentis Crucem Chriſti, ſignificari certum eſt, cuius typo iuſtus à diluuio liberatus eſt. In quinquaginta Iubilæus eſt numerus remiſſionis, quo Spiritus Sanctus miſſus à cœlo eſt, gratiam humanis pectoribus infundens. Perfecto igitur numero remiſſionis, & gratiæ, iuſtus curriculum vitæ huius impleuit:* Eccè quomodo, qui in hac vita fortitudine pœnitentiæ, per quàm fructum remiſſionis habet, & indumenti docere gratiæ, quæ remiſſionem ſequitur, ornatur, *ridebit in die nouiſſimo*. O fœlix cui acciderit! Verſ. 28. & 29.

Qui luget in hac vita, pœnitendo ſua, in nouiſſimo die ridebit.

52 Quare dixit Deus filijs Noe, & ipſi Patriarchæ quòd creſcerent, & multiplicarentur ſuper terram? Quia voluit ipſos docere, quòd in prole multiplicanda ſtatus coniugalis ab ipſo eſt benedictus, ſed exceſſus in re venerea eſt maledictus; Vndè ad rem ſcribit Tertullianus lib. de anima lit. D, pagina mihi 547. *Exceſſus, non ſtatus eſt impudicus. Siquidem benedictus ſtatus apud Deum: Creſcite, & in multitudinem proficite. Exceſſus verò maledictus, adulteria, & ſtupra, & lupanaria:* Vtique, *maledictus exceſſus eſt*, hic prouenit à luxuria; & filiorum procreatio ab actu licito; Ergo *maledictus exceſſus*, quia luxuria eſt vitiorum mater, cauſa criminum, homicidij ars, furandi impulſus, ac denique quæuis patrandi ſcelera vehemens, & vrgens pruritus. Concludo, ni omnes luxuriæ cauſas pręcideris, raro in criminoſum hominem præualebis. O quàm ſeipſos fallunt, qui noxias has appetitus illecebras permittentes, ſpondent ſibi manus à cęde abſtinere, rapinam fugere, periurium vitare, mendacium non effutire: nam dum libido regnat, miſer homo captiuus ſeruit, & quibuslibet iuſſis paret. Ergo Deus, vt illicita hæc fugerent homines, licitum cum benedictione conceſſit. Verſ. 7

Status coniugalis in prole multiplicanda à Deo benedictus, ſed exceſſus in re venerea maledictus.

Luxuria deſcriptio per eglobatas definitiones.

53 Quare dicitur Deum ſupradicta dixiſſe Ver. 8.

xiſſe Noe, & filijs eius cum ipſo, ſi hoc quaſi ſuperfluum videtur, dum Deus ipſe loquens, cum non alij eſſent homines certe cum Noe, & filijs eius locutus cognoſcebatur? Quia voluit Moyſes in his verbis oſtendere, tantam Deus exiſtimationem hominis iuſti facere, vt non ſolum eius curam gerat, ſed etiam, & totius poſteritatis eius, ideò dicit *Et ad filios eius cum eo*. Hinc S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 28. lit. A, pag. mihi 147. tom. 5. ſcribit, *Adhuc gerens curam iuſti, & poſteritatis, beneficijſque noſtrum genus adobrueas, denuò maioru adijcis beneficiu*, & inquit, *dixit Dominus Deus Noe, & filijs illius cum ipſo.*

Tantum Deus exiſtimat in ſtum hominē, vt etiam eius poſteritatis curam gerat.

Verſ. 10. 54 Quare pactum fœderis ſempiterni extenditur, etiam à Domino omnibus animaiuentibus, tam in volucribus, quam in iumentis, & pecudibus, cæteriſque animantibus, quæ de arca egreſſa ſunt? Ad dubium ſoluendum occurrit elegantiſſimè Aureus doctor dicens *Quia propter hominem hæc producta ſunt, ideò, & illorum beneficiorum partem habent, qua homini conceſſa ſunt. Et videtur mihi commune eſſe teſtamentum, & homini, & brutis: Num & hoc homini ſolatio fuerit, vt ſcire poſſit in quanto ſit honore, quod non ſolum in ſe collocentur beneficia, ſed propter ſe in alia quoque animalia extendatur liberalitas*. Ergo homo ſi tanta pro te Deus etiam brutis elargitus eſt beneficia, quot tua erunt debita, quibus ad gratitudinem vocaris? Et tamen, proh dolor! ingratitudinis noſtram quam bruta fugiunt, quia omnibus odioſam agnoſcunt homines fugere nolunt. Nullus in Deum debitas refundit grates, nec ab hominum aliquo obſequioſa, humilique gratiarum actione, de collatis abſque numero beneficijs, honoratur Deus. Elephantes, ſi aliquando arbori malè firmæ adhærentes corruerunt, & humano auxilio aſſurgunt, ea ſe gratitudinis lege teneri arbitrantur, vt liberatoris ſui obſequantur arbitrio. Adeſt Caſſiodorus 10. var. 30. *Bellua ſuis greſſibus reſtituta nouit memor eſſe beneficij, in magiſtrum quippe recipit, quem ſibi ſubueniſſe cognoſcit; ad ipſius arbitrium greſſus mouet, ipſius voluntate cibos cupit, & quod omnem intelligentiam quadrupedum ſuperat, non dubitat primo aſpectu adorare, quem cunctorum intelligit rectorem eſſe, cui ſi tyrannus appareat, inflexa permanet, nec imponi poteſt bellua hoc, & mulis pendere, quod à ſe nouit bonis Principibus exhibere*. O ſi bruta gratitudinis agnoſcunt legem, quid debeant homines auctori? Quid Deo? Tu noueris.

Deus largiſſimus in præſtandis beneficijs.

Elephas gratitudinis exēplum.

Verſ. 17 55 Quare tot vicibus replicata promiſſio fœderis vltimò confirmata concluditur vſque ad omnem carnem ſuper terram? Quia inquit S. Ioannes Chryſoſtomus; vbi ſupra pag. 248. *Non enim beneficium ſuum vſque ad duas, vel tres, vel decem generationes extendit, ſed promiſit quoad ſubſiſtit mundus: vt ex vtroque emendatiores reddamur, & ex eo, quod illi propter multitudinem peccatorum tali pœna puniti ſunt, & ex eo quod nos tanta promiſſione dignatus eſt. Igitur*: concludit Sanctus doctor: *ne ſimus ingrati.*

Quanto Deus prodigus in beneficijs tantum homo, promptior eſſe debet gratitudini.

56 Quare, & quomodo ex tribus ſolis hominibus tanta multitudo ſuccreuit, potuerunt durare, eorumque corpora permanſerunt, cum nec medicus, nec medicinæ, nec ciuitates conditæ, eſſent? *Ne admireris dilecte*, inquit Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſapientiſſimus Doctor, & Aureus Antiſtes hom. vbi ſupra pag. 150. lit. C. *Deus enim erat, qui omnia faciebat, & Deus naturæ opifex erat, qui omnia præpedimenta auferebat mandato ſuo, quo dixit*, Creſcite, & multiplicamini, & implete terram. *Hoc enim incrementum dedit*. Sic etiam Iſraeliticus populus in Ægypto cum in luto, & latere conficiendo oneratus eſſet, in tanto maiorem multitudinem excreſcebat, quò magis opprimebatur. Et neque ſceleſtis indurati Regnantis inhumanum præceptum, quo iuſſit maſculos puellos in flumina proijci, valuit imminuere illius multitudinem, ſed in maiorem numerum creſcebat. Erat enim diuina gratia, quæ omnia diuerſo modo operatur. Potentior enim Deus, quam natura, non eget naturæ miniſterio, ſed per ea, quæ alioquin impediunt res augmentat. Sic pariter eodem modo, & nunc per tres illo totum orbem impleuit. Verſ. 19.

Deus poſt diluuium cum non eſſent neque medici neque medicina omnia præpedimenta auferebat ne homines infirmarentur.

Cordis Pharaonis indurata cæcitas.

57 Quare illæ partes corporis, verenda, & pudenda nominentur, & quare iſtarum partium pudet nos potius quam aliarum? Audiat quiſquis, quid in hoc reſpondet S. P. N. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 17. col. 4. pag. 181. *Meritò*, inquit, *huius libidinis maximè pudet, meritò, & ipſa membra, quæ ſuo quodam (vt ità dixerim) iure, non omninò ad arbitrium noſtrum mouent, aut non mouent, pudenda dicuntur: quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam ſcriptum eſt nudi erant, & non confundebantur, non quòd eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat: quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat: nondum ad hominis inobedientiam redarguendum ſua inobedientia caro quodammodo teſtimonium perhibebat ..... & poſteaquàm mandatum Dei aperta tranſgreſſione violarunt, ſcriptum eſt de illis, & aperti ſunt oculi amborum .... Cognouerunt ergo quid nudi erant, nudati ſcilicet ea gratia, qua fiebat, vt nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet; hoc itaque cognouerunt, quod fœlicius ignorarent .....* Verſ. 22.

Quare ſecretiores hominis partes, vel fœmina pudenda dicantur?

Proinde

Proindè confuſi inobedientia carnis ſuæ , tanquam teſte pœna , inobedientia ſua , conſuerunt folia fici , & fecerunt ſibi campeſtria;ideſt ſuccintoria genitaliam .... Quod itaque aduerſus damnatam culpam inobedientiæ voluntatem libido inobe dienter monebat , verecundia pudenter tegebat . Et hoc omnes gentes ab illa ſtirpe procreata vſque adeo tenent inſitum pudenda velare , vt quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant , ſed cum earum tegumentis lauant . Per opacas quoque Indiæ ſolitudines cum quidam nudi philoſophentur , vndè Gymnoſophiſtæ nominantur , adhibent tamen genitalibus tegumenta , quibus per cætera membrorum carent . Ab inobedientia ergo Adæ earum partium pudor adeo naturalis euenit homini , vt earum aſpectum , & auerſentur omnes , & ſi caſu illæ patuerint aliorum oculis , erubeſcant ; hinc verenda , & pudenda dicuntur .

Barbari etiã in balneis pudenda velare ſolitè.

Verſ.26. 58 Quare Noe Chanaan maledicendo conſtituit ſuum filium Cham , ſeruum vtrorumque ſuorum filiorum ? Quia Noe voluit docere Patres , vt ad emendandos filios peccatores paterna vterentur miſericordia . *Attende hic* , ſcribit Sanctus Ioannes Chriſoſtomus homil.29. litera A, pagin. mihi 159. *Quomodo paternam pœnam profert , quæ tamen emendatio potiùs erat , quàm pœna . Pater enim erat , & clemens pater , neque iuſtam pœnam volebat inducere , ſed ita vt diù malitiæ obeſſet , ideò ait : in ſeruitutem te condemno , vt iugem , & indelebilem habeas facti memoriam .* Peccant igitur filij , ſed parentes patres ſe eſſe non immemores fiant : puniant filios , vitia puniendo,vt emendentur , non corpora taliter verberando , vt pereant . Charitas ergo ſæuiat , non crudelitas.

Parentes, filiorum peccata dum puniunt ; memores ſiant charitate ſauire non crudelitate.

Verſ. 26. 59 Quare dicit Moſes : Noe filium Sem benedicendo , dominum benedixit , non autem Semi nomen expreſſit ? adeſt Gloſſa moralis , & Lyra . *Vidit ſpiritu quòd cultus vnius Dei remanſurus erat in filijs Sem* . En quomodò ſpeciali gratia ad veram religionem eligitur , qui peculiari pietate , nudum patrem induiſſe prædicatur : Hinc Eccleſiaſticus cap. 3. verſ. 10. dixit quòd *benedictio Patris firmat domos filiorum* . Nam firmatur domus filij parentem alentis aduerſus varias temporum vices , & diuerſas fortunæ ſortes . Adeſt Ianſenius ad hunc locum dicens. *Honora patrem tuum in opere , & ſermone , promptè ſcilicet illi obediendo , ſeruiendo , & ſubueniendo :* Subijciens poſt pauca : *Significat quanti Deus faciat , vel benedictionem , vel maledictionem filiorum à parentibus profectam , cum Deo faciente fiat , vt ad benedictionem parentum domus filiorum , hoc eſt eorum familia , & res ſtabiliantur .* Quæ patribus rependuntur obſequia , fœlicitatis ſunt fulcra , nec poteſt quid calamitatis telum , in quem defendit exhibitum patri officium .

Parentum benedictio firmat familiã in proſperis.

Magni facit Deus benedictionem , vel maledictionem parentum.

Obſequium erga parentes fœlicitatis eſt fulcrum .

60 Quare , addubitat S. P. N. Auguſtinus , poſt Noe , & duos filios eius Sem , & Iapheth , vſque ad Abraham de tot hominibus , qui intermedio illo temporis ſpatio fuerunt , nullum laudatæ pietatis ac probitatis virum commemoret Moſes , cum aliquos de poſteris Sem viros fuiſſe iuſtos , ac pios non ſit dubitandum ? Sibi reſpondet S. P. N. & Eccleſiæ Sanctæ eximius Doctor , quia ipſe Moſes ſtuduit breuitati , & quòd non ſolum fuit Hiſtoriographus , verum ſimul , & prophetа non omnia, quæ narrari potuiſſent , conſectatus eſt hiſtorica diligentia , ſed ea tantum intexuit narrationi ſuæ , quæ prophetica prouidentia nouerat ad populum , & ciuitatem Dei aliquo modo pertinere . Sic dicit S. P. N. Auguſtinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 2. in fine col. 4. pagin. mihi 197. *Benedictis igitur duobus filijs Noe ; atque vno in medio eorum maledicto : deinceps vſque ad Abraham de iuſtorum aliquorum , qui piè Deum colerent commemoratione ſilentium eſt per annos , ampliùs quàm mille : Nec eos defuiſſe crediderim , ſed ſi omnes commemorarentur nimis longum fieret , & eſſet hæc magis hiſtorica diligentia , quàm prophetica prouidentia .* Illa itaque exequitur literarum Sacrarum ſcriptor iſtarum , vt potiùs per eum Dei ſpiritus , quibus non ſolum narrentur præſentia , verum etiam prænuncientur futura ; quæ tamen pertinent ad Ciuitatem Dei , quia , & de hominibus , qui non ſunt ciues eius quicquid hic dicitur , ad hoc dicitur vt illa ex comparatione contraria , vel proficiat , vel emineat .

Non ſemper multa quæ poſſunt dici, narrari debent .

Addo pro Choronide huius noni capituli,quòd Beroſus Annianus , de Chami Hiſtoria dicit , quòd *Cham Noe filius fuit magicæ , & veneficæ arti ſtudens (* quia Caſſianus Serenus Abbas , in Collatione 8. cap.21. tradit magicarum ſuperſtitionum & præſtigiarum primos auctores , & magiſtros fuiſſe malos angelos quondam cum mulieribus mixtos *)* hinc dicit Beroſus, *ſtudens* , ſequitur *Vnde Zoroaſter nomen conſecutus eſt . Is patrem Noe oderat , quod non ſolum ab eo minus cæteris fratribus diligeretur , verum etiam deſpiceretur ſed præcipua odij cauſam erat diſſimilitudo ſtudiorum , & morum . Itaque nactus opportunitatem , cum Noe temulentus iaceret , eius virilia manibus comprehendens tacitèque ſubmurmurans carmine magico illuſit patri , eumque ſterilem , non ſecùs ac ſi eſſet caſtratus , effecit . Quocirca poſt id temporis Noe nullam*

Cham magicæ arti ſtudens .

Angeli mali, qui cum mulieribus ante diluuium mixti ſunt iuxtà Beroſũ Magiæ fuerũt inuentores.

Cham Noemi ſterilitatis , origo .

lam ſœminam potuit fecundare: de Cham, quod eſſet magiæ peritus; Vide ſuprà in expoſit. lit. huius capituli verſ. 18. num. 40.

Cham regnans in Thracia, victus à Nino. Cham qui Zoroaſter, & artes liberales ſcripſit in 14. columnis.

Auctor Hiſtoriæ ſcolaſticæ in Gen. cap. 39. *Ninus*, ſcribit, *vicit Cham, qui adhuc viuebat, & regnabat apud Bactrianos, vel vt placet alijs, in Thracia, & appellabatur Zoroaſter, inuentor magicæ artis; qui, & hanc, & ſeptem liberales artes in quatuordecim columnis ſcripſit, ſeptem aneis, & ſeptem latericijs contrà duplex orbis excidium, quod futurum audierat, alterum per aquam, alterum verò per ignem. Ninus autem libros eius combuſſit*. Quas opiniones nec affirmando, nec refutando referens ſcribo.

Ninus libros magicos Cham combuſſit.

Cham fuit primus Rex Ægypti ſic Beroſus lib. 4. & 5. Diodorus lib. 1.

Cham primus Rex Ægypti.

CAPVT X.
GENESIS.

Verſ.1. HÆ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuium.
2. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Tubal, & Moſoch, & Thiras.
3. Porrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Togorma.
4. Filij autem Iauan: Eliſa, & Tharſis, Cetthim, & Dodanim.
5. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundùm linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis.
6. Filij autem Cham: Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaan.
7. Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Filij Regma: Saba & Dadan.
8. Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra.
9. Et erat robuſtus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium: Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino.
10. Fuit autem principium regni eius Babylon & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.
11. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale.
12. Reſen quoque inter Niniuen, & Chale: hæc eſt ciuitas magna.
13. At verò Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephthuim.
14. Et Phetruſim, & Chasluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm & Caphtorim.
15. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum.
16. Et Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum.
17. Heuæum, & Aracæum, Sinæum.
18. Et Aradium, Samaræum, & Amathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum.
19. Factique ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſque Laſa.
20. Hi ſunt filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terriſque & gentibus ſuis.
21. De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.
22. Filij Sem: Ælam & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.
23. Filij Aram: Vs, & Hul, & Gether, & Mes.
24. At verò Arphaxad genuit Sale: de quo ortus eſt Hebel.
25. Natique ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan.
26. Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, Iare.
27. Et Aduram, & Vzal, & Decla.
28. Et Ebal, & Abimael, Saba,
29. Et Ophir, & Heuila & Iobab: omnes iſti, filij Iectan.
30. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus, vſque Sephar montem orientalem.
31. Iſti ſunt filij Sem, ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus ſuis.
32. Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

LITERALIS EXPOSITIO

H[illegible] *generat*[illegible] [illegible]

[illegible] Abrahamum, Sed [illegible] Abram, [illegible] fine 5 [illegible]

2 F[illegible]

[illegible] *qui* [illegible] *, & vniuer* [illegible] *domus Thog*[illegible] *latera aquilonis* [illegible]

[illegible]

[illegible] Aliq[illegible] ... & P[illegible] ... I[illegible] ... *nomi* ... *vt a* ... *ne* ... *vt A-* [illegible] *quo imp*[illegible] *eut, [illegible] rere inuocati, egnum [illegible] victoria dimiserunt, eam- [illegible] etiam, quia mixti Græ- [illegible] G[illegible] rant, nominarunt.* Et Diodorus [illegible] 6. [illegible] 9. C[illegible] rios Francorum pro- [illegible]

4 G[illegible] habuit etiam fi[illegible] Vxor Oſee Prophetæ: Oſee [illegible] cap. 1. verſ. 2. & 3. *Principium loquendi Domino in Oſee: & dixit Dominus ad Oſee. Vade ſume tibi vxorem .... & abijt & accepit [illegible] filiam Debelaim.*

5 [illegible] Scythæ, [illegible] pr[illegible] E[illegible] ac Turcæ. [illegible] autem [illegible], & Au[illegible] [illegible] orum, & idem [illegible], [illegible] Hierapolis; [illegible], & [illegible] Principi, tam [illegible] cap. 38. v. 2. qu[illegible] ex Apo- [illegible] verſ. 7. [illegible] eſſe Gog [illegible] *Fili hominis pone [illegible] tuam contra Gog, terram Magog prin cipem, &c. &* [illegible] *. Et cum conſummati [illegible] erint mille anni, ſoluetur ſatanas de carcere [illegible] , & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt [illegible] quatuor angulos terræ Gog, & Ma-* [illegible]

6 [illegible] Madai H[illegible] p[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] 9.

7 [illegible]

[illegible] *mer os longo*[illegible] *ui domus,* [illegible]

[illegible]

[illegible] à Ga[illegible] sed [illegible] ſuerunt Gal-

[illegible] ternor

Cimmerij, ſeu Gomerita Francorum progenitores.

Vxor Oſee Propheta Gomer vocabatur.

A Magog Scythæ originem habuerunt, & à Scythis Tartari, & Turca.

Magog vrbs Hierapolis dicta, cuius Princeps Gog.

A Madai Medi.

A Iauan Græ[illegible] Gracia vbi ſituata, [illegible] etiam [illegible]

[illegible]

13 *Et Thogarma.* A [illegible] Ve [illegible] atom [illegible]
num [illegible] 8. [illegible]

Verſ. 4

14 *Filij au tem Iauan* [illegible]
[illegible] æ I [illegible] m [illegible]
I [illegible] æ f [illegible] æ [illegible]
hæc data fui [illegible]
dem beatorum [illegible]
ſios campos nomin [illegible] M [illegible]
Biblia Max. Pe [illegible]
Gen. & C [illegible] nelius a L [illegible]

15 *Et Tharſis* a quo [illegible]
Cilices. Vnd [illegible]
quæ Ci [illegible]
P [illegible] l. 71. I [illegible] cap. [illegible]
volunt *Tha* [illegible]*n*, [illegible]
terraneum [illegible]
Proph [illegible]
[illegible] 41 [illegible]
[illegible] ad [illegible] Æ [illegible]
dy [illegible] Me [illegible] A [illegible] P [illegible]
[illegible] ub imp [illegible]

16 *Cet* [illegible] *m* [illegible]

[illegible]

17 *Et* [illegible]

18 [illegible]

21 [illegible]

Iberes à Thubal

Cappadoces à Moſoch

Thraces à Thiras

Vaſconici Sarmatæ que nunc [illegible]

Heneti [illegible] *Aſkenez vocant*

P[illegible] *agones à Riphathe.*

Aſiani, & Syriaci à Thogorma.

Æoles ab Eliſa ſeu Inſula ſeu maris. Fabula Cāpi Eliſij unde dicatur.

Cilices, ſeu Tharſenſes à Tharſis.

Quanta olim fuerit eorum potentia.

Itali à Cethim [illegible] *Cretenſes.*

IAPHETH GENEALOGIA
quæ hucuſquè deſcribitur.



Verſ.6. 22 ***Filij autem Cham: Chus***, à quo Æthiopes prognati, qui etiam nunc in ſua lingua vocantur ***Chuſsij***.

23 ***Et Meſraim***, ab hoc Æpyptus hebræa lingua ***Meſraim***. Et etiam ab Arabibus, & Turcis ***Meſra***, nuncupatur: quæ & ſæpè in ſacris literis dicitur terra Cham, vti Pſal. 105. verſ. 21. & 22. ***Qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in Terra Cham***, S. Hieronymus in quæſt. Hebr.

24 ***Et Phuth***, à quo Lybies, & Mauritanos originem putatur duxiſſe; indè dicti ***Phuthai***.

25 ***Et Chanaan***; à quo Chananæi; Populi qui omnes gentes Paleſtinæ complectuntur, quæ inter Iordanem ſunt, & mare Syriæ, Syriamque, & Arabiam Petræam. Gen. cap. 15. in fine.

Verſ.7. 26 ***Filij Chus: Saba***, à quo Sabai populi, qui fælicem Arabiam incolunt dicti; & nomen iſtius filij Chus, Hebraicè eius prima litera ſcribitur per ס ***Samech***, ideſt, ***Exile***. Saba eſt Arabum Metropolis in monte ſita, hoc vocabulo appellata, quod eſt reuereri, seù venerari; quia Thus mittit, quo in ſacrificijs vtimur; vt notat Seruius; & ideò thuriſeram vocat Prolem vel ἀπὸ τῦ σεβειν, quod eſt ſacrificare.

27 ***Et Heuila***, ab iſto originem traxerunt Getulij, inquiunt S. Hieronymus. Hugo Card. Ioſeph, & alij. Vocantur etiam Heuilæi, qui in hac habitarunt regione, quæ eſt iuxtà Amalecitas, & ſinum Perſicum: ***Percuſſitque Saul, Amalec, ab Heuila, donec venias ad ſur, qua eſt è regione Ægypti*** pr. Reg. cap. 15. verſ. 7. In hac etiam Heuila habitauit, & obijt Iſmael Abrahæ filius, ſic dicitur Gen. 25. & ver. 18. ***habitauit autem ab Heuila vſquè Sur, qua reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios Coram cunctis fratribus ſuis obijt***.

28 ***Et Sabatha***, à quo Sabatheni, qui nunc Aſthabari, ſecundùm D. Hieronymum.

29 ***Regma, & Sabatacha***: Aborigines poſſunt vocari, ſicut Solinus in Poliſtor. cap. de Italia nominat Aborigines quoſdam Italos quaſi originem ſuam cognitam non habentes: ſic iſti duo, inquit S. Hieronymus relatus ab Hugone Card. ***paulatim antiqua nomina perdiderunt, & qua nunc pro antiquis habeant, ignoratur***.

30 ***Filij Regma: Saba***: à quo Ciuitas Regalis Ætiopiæ nomen accepit: hoc nomen ***Saba*** primam literam habet ש ***Scin***, vt diſtinguatur à nomine Saba filij Chus. Hanc Ciuitatem ſcribit Ioſeph. lib. 2. à Cambyſe rege Meroen ex Sororis vocabulo cognominatam fuiſſe.

31 ***Et Dadan***, à quo Gentes Ætiopiæ in Occidente. Seù Regio Indiæ, vel Idumæorum S. Hieron. to. 4. pag. 413. lit. H.

Ver. 8. 32 ***Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cæpit eſſe potens in Terra***: ideſt, ***iſte erat gigas*** vertunt ſeptuaginta, & Domeſt: in c. 10. Gen. addit Nembroth gigas decem cubitorum, qui cœpit primus potens eſſe in terra.

33 ***Et erat Robuſtus venator coram Domino***: Verſ.9. ideſt, ſcribit S. Io: Chryſ. in c. 10. Gen. homil. 29. lit. B. p. mihi 159. to. 5. ***Hic fuit Gigas venator coram Domino. Quidam dicunt hic, coram Domino, ideſt aduerſarius Deo: Ego autem non puto ſcripturam hoc inſinuare, ſed quod robuſtus quis fuerit, & virilis. Et quod dicit coram Domino. Hoc eſt, à Domino conſtitutus, eò quòd acceperat aliquam ab illo diuinam exiſtimationem. Vel quòd Deus per hunc eſſet in admiratione habendus, quòd talem produxiſſet, & ſuper terram monſtraſſet. Sed hic iterum proauum ſuum imitatus, & abuſus naturæ priuilegijs alium ſeruitutis modum adinuenit, & princeps atque Rex fieri attentauit. Rex enim nondum erat, cum nondum eſſent ſubditi***. Hinc S. P. N. Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. cap. 3. lit. A, peregregiè vertit. ***Venator contra Dominum***, ſicut etiam S. Hieronymus, LXX. qui dicunt ἐναντίον κυρίου. Et aduerte, quòd ἐναντίον, vult ſignificare, & contra, & ante.

34 ***Ob hoc exiuit Prouerbium: quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino***: ideſt exiuit, & erat verbum in omni ore commune, quando videbatur aliquis oppreſſor aliorum, en! iſte eſt ***quaſi Nemrod Robuſtus venator coram Domino***, ſcilicet iſte ***opprimit, ſicut ille opprimebat***.

35 ***Fuit autem principium Regni eius Babylon***: Verſ.10. ***Babylon***, vulgò ***Bagdeth*** Ptolemæo, & alijs, Aſſyriæ, ſiuè Babyloniæ, ſiuè Chaldeæ totius primaria vrbs, à qua magna Meſopotamiæ, Aſſyriæque pars Babylonia appellata eſt. Hanc ciuitatem, quamuis à Nembroth originem traxit, tamen Plinius lib. 6. cap. 26. & Strabo lib. 16. dicunt à Semiramide conditam fuiſſe. At verò à linguarum confuſione ***Babel*** nominata dicitur ***Babylon***.

36 ***Et Arach***. Ciuitas in qua regnauit Nemrod. Hanc, & ***Edeſſam*** vocari teſtatur S. Hieronymus. Vrbs in Cæleſyria, in qua regnauit Abagarus, cui Chriſtus Dominus ſuam tranſmiſit imaginem.

37 ***Et Achad***. Ciuitas in qua Regnauit Nemrod, quæ nunc dicitur ***Niſibis***. Vrbs Meſopotamiæ.

38 ***Et Calanne***. Ciuitas in qua Regnauit Nemrod, quæ nunc ***Seleucia*** à Seleuco Rege, ſiuè Steſiphon dicitur, de ea fit mentio in Amos cap. 6. verſ. 2. ***Tranſite in Chalane, & videte, & ite indè in Emath magnam***.

39 ***In terra Sennaar***: Campus Babylonis, in quo regnauit Nembrod; quæ Babylonia, ſiuè Chaldea interdum dicitur, de qua terra fit mentio ab Iſaia cap. 11. verſ. 11. ***Et à Sennaar, & Emath*** &c.

40 ***De terra illa egreſſus eſt Aſſur***: Verſ.11. ideſt de iſto agro circumiacente Babylon, egreſſus

ſus eſt *Aſſur* filius Sem, qui incidentaliter venerat(dicit Abulenſis)*ædificauit* poſtea Ciuitatem *Niniuen, & plateas ciuitatis*, ideſt *Ciuitatem platearum*, seù *latitudinis* ſcilicet plateas Ciuitatis Niniue, quia vti volunt aliqui, erant ibi magnæ plateę, *& Chale*, eſt alia Ciuitas quam ædificauit iſte *Aſſur*.

41 Sciendum eſt, quòd Sanctus Hieronymus dicit: *Primus Babylonia Rex Nemrod fuit; fuit autem principium regni eius in Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar: indeque poſtea egreſſus Aſſur, qui Aſſyrijs originem dedit, Niniuen ciuitatem condidit. Hic Nemrod eſt Saturnus ille Babylonicus, pater Iouis Beli, & Nini auus: quem Ninum, Nini vrbis, ſeù Nineua extructorem, Aſſur Sacra litera vocant.*

Verſ. 12. 42 *Reſen quoque inter Niniuen, & Chale*: Ciuitas etiam ab Aſſur ædificata in medio ſui regni, & ideò dicitur *magna*.

Verſ.13. 43 *At verò Meſraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, Nephthuim*: Iſta nomina ſunt in numero plurali ſcripta, vt patet ex terminatione Hebraica.

44 *Ludim*, à quo Lydi, non illi Aſiæ minoris, ſed populi ſunt iſti Africani, & Socij Ægyptiorum, viri bellatores, & Sagittarij; Vndè Hieremias cap.46. verſ.9. dixit *Lydij arripientes, & iacientes ſagittas*.

45 *Laabim; vndè Lybies poſteà nominati ſunt*, ſcribit S.Hieronymus in trad.Hebraicis in Gen. *quique prius Phutei vocabantur*.

46 *Nephthuim*: indè Numidæ. De *Ananim*, non eſt memoria.

Verſ.14. 47 *Et Phetruſim*; à quo Arabes Petræi: vndè Phetros nomen eſt Regionis, quæ Arabia Petræa dicitur, de qua fit mentio ab Iſaia cap.11. verſ.11. *Et ab Ægypto, & à Phetros*, &c. Idem videtur eſſe quod *Phatures*, cum ab Hebræis, ijſdem punctis, & conſonantibus ſcribatur.

48 *Et Chasluim*, qui, & Philiſtini, ſiuè corruptè Palęſtini. Dicit S. Hieronymus vbi ſuprà.

49 *De quibus egreſſi ſunt Philiſtijm*: hi ſunt Philiſtini ſupradicti, cum quibus Hebræis perpetuũ fuit bellũ: pro acquiſitione Chananęæ ab ipſis Philiſtinis occupatæ, quæ à Deo Hebręis data erat tẽporibus Abrahæ.

50 *Et Caphtorim*; à quo populi Cappadoces dicuntur.

Verſ. 15. 51 *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum*; à quo Sidone condita fuit Vrbs in Phænicia ad mare ſita in termino Iudæ ſuo vocata nomine. Ioſue cap. 11. ver.8. quæ *magna vocatur*, & ſorte ducta Tribui Aſer obuenit: ſic in Ioſue dicitur: *Ceciditque ſors quinta Tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas ..... & Hamon, & Cana vſquè ad Sidonem magnam*.

Hethæum à quo Hethæi populi.

Verſ.16. 52 *Et Iebuſaum*; à quo Iebuſæi, *& Amorrhæum*; Amorrhæi, *Gergeſaum*; Gergeſæi.

53 *Heuæum, & Aracæum, Sinæum*; à quibus Verſ. 17.
Heuæi, & Aracæi(ipſe condidit Arcas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani)& Sinæi incolæ deſerti, & montis Sina.

54 *Et Aradium*: ipſe condidit *Aradum* Verſ.18.
ciuitatem *Tripoleos* in Phænicia, non procul à *Tyro, & Sidone*. *Tripolis* enim maritimum oppidum dictum eſt à tribus oppidis, ſcilicet *Tyro, Sidone, atque Arado*. Authores ſunt Plinius, & Strabo. *Arado* oppoſita eſt *Antaradus* in meridiem, quæ hodie *Tortoſa* dicitur, amæniſſima ciuitas, ſita non procul à Damaſco, vt Ptol. tab. Aſiæ 4. indicat. Vide etiam Ezechielem cap.27. verſ. 8.

55 *Samaræum*: à quo Samaritani; indè Samaria, Vrbs Syriæ inter Iudæam, & Galilæam media, ab Amri Iſraelitici populi rege condita, qui *Scemer*, ſeù *Seomer* montem à quodam Semer emit: ciuitatemque, quàm in montis vertice extruxerat à vendentis nomine Simeron, ſiue Samariam appellauit. Qua deindè Reges Iſraelitarum pro Regia vſi ſunt. Sed poſt Hircani Iudæorum Pontificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata; in honorem Auguſti Græco vocabulo Σιβαςὶ nominata eſt.

56 *Et Amathæum*, qui amathones inſtituit(dicit Ioſeph) Incolæ Vrbis *Emath*, quę nunc Antiochia nominatur: Et duæ ſunt, vt inquit S.Hieronymus, tom.5. pag. 116. lit. A, Magna ſcilicet, & minor; Magna, *Antiochia*: minor, appellatur *Epiphania*. Vndè etiam nunc pergentibus in Meſopotamiam prima manſio Emas corrupto quidem vocabulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinens.


57 *Et poſt hæc diſſeminati ſunt populi Chananæorum*. Ideſt per iſtos homines filios Chanaan nati ſunt omnes Chananæi, qui diſſeminati ſunt in populos multos, quia multæ gentes de eis exierunt.

58 *Factique ſunt termini Chanaan venien-* Verſ.19.
tibus à Sidone Geraram, vſquè Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorram, & Adamam, & Seboim, vſque Leſa. Hic ponit Moyſes terminos longitudinis, & latitudinis terræ Chananæorum. *Sidon* enim eſt in latere ſeptemtrionali. *Sodoma, & Gomorra*, quæ nunc vocantur mare ſalſiſſimum, ſunt à parte Orientali. *Gaza* in latere Meridiei. Iſtæ ciuitates inferiùs in Scriptura ſatis clarè deſcribuntur: & ſuo tempore, Deo fauente, locuturus ſum.

59 *Hi ſunt filij Cham in cognationibus, &* Verſ.20
linguis, & generationibus, terriſque, & gentibus ſuis. Quia filij Cham non habitauerunt mixtim, ſed ſeparatim in diuerſis terris; ideò dicitur in cognationibus, &c. nam tot generationes, tot linguæ; tot cognationes, tot terræ, totidemque ſeparatæ gentes.

CAMI

CHAMI GENEALOGIA:



[illegible] *ordi-* [illegible] *Au-* [illegible] *m lati* [illegible] *natus* [illegible] *igitur* [illegible] *cum Heber*; [illegible] per illa verba [illegible] auctor bene ponde- [illegible] Doctorum S. P. Au- [illegible] ſcripſit non ſcripſiſſet. [illegible] ipſo ponderando [illegible] cognoui [illegible] ordine [illegible] *natus eſt Heber, etiam* [illegible], *etiam ipſi Sem natus eſt Heber, qui* [illegible] *pater eſt, omnium filiorum*, &c. Vnde [illegible] *Non fuit Heber filius imme-* [illegible] *minat eum hic propter ſuam* [illegible] *totus Iſrael pa-* [illegible] *patres filiorum He-* [illegible] *abant*, [illegible], &

[illegible] *etiam ipſi Sem* [illegible] *qui* [illegible] *m pater eſt omnium fi-* [illegible] Q [illegible] & [illegible] *etiam* [illegible] *Heber* [illegible] *eſt omnium filiorum* [illegible]

4 [illegible] *Aſsa*, [illegible]

[illegible]

68 *E*[illegible]
ry[illegible]
o[illegible] qu[illegible]
Getarum, [illegible] fuiſſe vel [illegible]
A[illegible] *E*[illegible]

69 *E*[illegible] di[illegible]
Mo[illegible] *lo*[illegible]*nes* [illegible]
ne[illegible]
tiſſ[illegible]
Meon[illegible]*s V*[illegible]*tes*, vt p[illegible]
lib. 1.

Cuius Meonium redolent præcon[illegible] *V*[illegible]*em*

Verſ.24. 70 *At verò Arphaxad genuit S*[illegible]
ignoratur popu[illegible] *de quo o*[illegible]*eſt*
Heber, qui ſuprà ſati[illegible]

Verſ.25. 71 *Natique ſunt Heber filij duo. No*[illegible]
vni Phaleg[illegible] *eò quòd in diebus eius di*[illegible]
terra. H[illegible]c dicit S.P.N. A[illegible] 16
de Ciu. Dei c. 11. lit. D, pag. mih[illegible] 201. *P*[illegible]
lech autem propterea commemoratus eſt, *non*
quòd gentem fecerit, nam eadem ipſa eſt gens
Hebræa, eademque lingua, ſed propter tempus
inſigne, quòd in diebus eius terram diuiſa eſt

72 *Et nomen fratris eius Iectan*: popu[illegible]
qui ab iſto Heber filio originem traxeru[illegible]
dicit S. Hieronymus, quod igno[illegible]ntu[illegible]

Verſ.26. 73 *Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph*
& Aſarmoth, Iare.

Et Aduram, & Vzal, & Decla.

Verſ.27.
Verſ.28. *Et Ebal, & Abimael, Saba* [illegible] *gentium* (Scribit S. Hiero[illegible] c[illegible] ho
vnitus) *poſteriora nomina inuenire non potui*
ſed vſque in præſens, quia procul à nobis ſunt
vel ita vocantur, vt primùm, vel quæ immu-
tata ſunt, ignorantur. *Poſſederunt autem à*
Cophene fluuio omnem Indiæ regionem, quæ vo-
catur Ieria: Cophes eſt fluuius A[illegible]
in amnem Indum influens, d[illegible] P[illegible]
3. & Strabo, & etiam P[illegible] 6. 12.
Poſt Cophen eſt Indus, poſtea Hydaſpes[illegible]
Aceſines, deinde H[illegible]*arotis, poſtremo* [illegible]
qui fuit terminus expeditioni A[illegible]*n*
dia E[illegible] H[illegible] C[illegible]
id m[illegible]

Verſ.29. 74 *Et Ophir, & Heui*[illegible]*e*
iſti filij Iectan, [illegible]

[illegible]

SEMI GENEALOGIA



ANNOTATIO MORALIS.

Verſ. 1 79 *HÆ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iaphetb: natique ſunt eis filij poſt diluuium:* Profana genealogia otioſitas eſt animæ, & pernicies: Hinc Apoſtolus 1. ad Timoth. cap. 1. verſ. 3. & 4. ſcripſit. *Rogaui te .... Vt denuntiares quibusdam .... ne intenderent fabulis, & genealogijs interminatis.* Vera autem origo, Genealogia, proſapiaque, gloria, conſiſtit in virtute, & bonis operibus. *Nobilitas, ſeù dignitas originis, in operum conſiſtit exemplis, & proſapiæ gloria fidei imitatione retinetur,* dicit S. Hilarius in Can. 2. ſuper S. Matthæum.

Verſ. 2. vſque ad 4. 80 *Filij Iapheth Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſach, & Thiras: (Porrò filij Gomer, &c.) filij autem Iauan &c.)* Filij ab optimo parente benè inſtituti, & educati, & à flexili infantiæ ætate ad omnem pietatem eruditi eſt præclara, & pretioſa Domini hæreditas: ſic quilibet debet facere Pater, vt fructus filiorum, quem donat illi Deus, hæreditas ſit ipſius Domini. Vndè ad rem noſtram ſcribit Titelmannus in annot. explicans illa verba Pſal. 126. verſ. 4. Eccè hæreditas Domini, filij: *Hæc enim erit hæreditas in qua inhabitabit, & gloriabitur Deus, non fertiles campi, non denſæ ſylnæ, non prata virentia, non montes aurei, ſed filij gratiæ, & gloriæ, quos habebit ſibi in hæreditatem præclaram, & ſpecioſam.*

Filij boni inſtituti præclara hæreditas Domini eſt.

Verſ. 5. 81 *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundùm linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis.* Ex confuſione, & tribulatione Babel diuiſi omnes poſteri Noe dilatauerunt ſe per orbem: hinc, moraliter habe[illegible], quod tribulationes dilatant cor afflictorum ad veram acquirendam æternam ſapientiam, ſcilicèt, ad magis cognoſcendum Deum: *Cum autem Deus,* dicit S. Ambroſius in tract. ſuper pſalmum 43. verſ. vlt tom. 4. *tribulat, dilatat:* Vndè Regi[illegible]s Vates cecinit: *In Tribulatione dilataſti mihi,* Pſ[illegible]. 4. verſ. 2.

Verſ. 6. & 7. 82 *Filij autem Cham: Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaam. Filij Chus &c.* Negligentia in educandis honeſtè filijs, parentibus notam, & ipſis liberis peperit frequenter miſeriam, qu[illegible] fuerit Chananæorum miſer[illegible], [illegible] aperte ex tota Sacra Scriptura c[illegible]gitur.

Verſ. 8 83 *Porrò Chus genuit Nemrod. ipſe cæpit eſſe potens in terra:* Homo peccator, & ſuperbus dicitur *eſſe potens in terra: potens in terra erit ſemen eius.* Pſal. 111. v. 2. ſed quod miſerabilius eſt, nomen eius etiam in terra ſcribitur, dicit Hieremias cap. 17. verſ. 13. *Recedentes à te, in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.* At verò econtrà bonus ſcribitur in cœlo, refert S. Lucas cap. 10. verſ. 20. *Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlis.*

84 Vel dic, quòd Amor dominandi reprehenditur à Domino: hinc dixit Veritas æterna per os S. Matthæi cap. 23. verſ. 8. *Vos autem nolite vocari Rabbi: Vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.*

85 *Et erat Robuſtus venator coram Domino: ob hoc exiuit prouerbium &c.* Prælatus, ſeù Predicator debet ſemper ponderare, quòd à Deo ſit electus Venator, non expugnator, Piſcator hominum peccatorum, non oppreſſor ſubditorum: vndè cuilibet Præſuli, Prædicatori, & Superiori Eccleſiaſtico ſcribit Mediolanenſium Paſtor lib. 6. Hexameron cap. 8. tom. 4 *Venatorem te fecit Deus, non expugnatorem, qui dixit: Ecce ego mitto venatores multos: Venatores non criminis, ſed abſolutionis. Venatores non culpæ vtique, ſed gratiæ. Piſcator Chriſti es, cui dicit: Amodò eris homines capiens. Sic mitte retia tua, ſic mitte oculos tuos, ſic mitte ſermones tuos, vt nullum opprimas, ſed alleues fluctuantem.* Verſ. 9.

86 *Fuit autem Principium Regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & C[illegible]lanne in terra Sennaar.* Babylon co[illegible]fuſio in[illegible] pre[illegible]tur Vnde P[illegible]s, Præ[illegible], [illegible]perior, qui per machinatione[illegible] d[illegible], & vi[illegible]lentias ſubditorum bona ra[illegible], e[illegible]s regimen caret ſemper ordine rationis, & confuſione repletum, non Gubernium, ſed confuſio dicitur; Hinc ſcr[illegible] Philo [illegible] ſpecialibus legibus *Decet Dominum non abuti ſua poteſtate contra famulos, cauereque ab inſolentia, contemptu, atque ſæuitia: nam iſta non ſunt indicia placidi animi, ſed impotentiæ tyrannicæ exercentis licentiam pro arbitrio.* Verſ. 10

87 *De terra illa egreſſus eſt Aſſur &c.* Aſ[illegible]r vt pote bo[illegible] co[illegible]rt[illegible] g[illegible] Ne[illegible]rodi. E[illegible]ò c[illegible], [illegible], a c[illegible], v[illegible] ſocietate m[illegible] q[illegible], vel iuſtus vel Ang[illegible], v[illegible]-modo æmulus præcellentiæ [illegible] & H[illegible]go Verſ. 11.

Vict.

Vict.inſtit. Nouit. dicit *Cum malorum conſortium appetere nolumus, duplex nobis vtilitatis fructus proueuit, quia, & culpam fugimus, & innocentiæ noſtræ teſtimonium perhibemus*.

Verſ.12. vſque ad Verſ. 18. 88 *Reſeu quoque inter Niniueu &c. At verò Meſraim: (& Phetruſim, & Chasluim) Chanaau autem Genuit (& Iebuſaum, &) Heuaum, & Aracaum(& Aradium &c.)* Quia *Cham*(dicit Incognitus in Pſalmorum tom. p.num.471.)*Aduerſitates magnas ſignificat*: vide ex hoc quomodo per vnum peccatum, nempè irriſionem nuditatis Noe, in tot filijs à Chamo exortis, Cham ipſe magnas aduerſitates ſubſtinuerit: vbi habes documentum, ſectari iuſtitiam in omnibus, in Deum, in patriam, in parentes, & in omnes: Hoc ſcripſit S. Ambroſius in lib.1. de officijs cap.27. tom. 1. dicens. *Iuſtitiæ pietas eſt prima in Deum: ſecunda, iu patriam: Tertia, in pareutes. Item in omnes, quæ & ipſa ſecundum uaturæ eſt magiſterium. Siquidem ab ineunte ætate, vbi primùm ſenſus iufundi cæperit, vitam amamus tamquam Dei munus, patriam, parenteſque diligimus. Deinde æquales, quibus ſociari cupimus, hinc charitas uaſcitur, quæ alios ſibi præfert, non quærens, quæ ſua ſunt, in quibus eſt principatus Iuſtitiæ*: Iuſtitiam non ſecutus Cham afflictiones, aduerſitateſque ſubſtinuit, quia vbi abeſt Iuſtitia, iniuſtitia adeſt, & vbi reſidet iſta, omnes aduerſitates pediſequæ currunt.

Verſ.19. 89 *Factique ſunt termini Chanaau venientibus à Sidone, Geraram, vſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorram*. Impij terminos ſceleribus non ponunt, donec ingrediantur ignem infernalis Sodomæ, & Gomorræ, quia inquit S. Bernardus, *inflexibilis, & obſtinatus homo, ſi ſemper viueret, ſemper peccaret*.

Verſ.20. 90 *Hi ſunt filij Cham*: Nota quòd in termino genealogiæ Iapheth, in hoc capitulo ponitur illud verbum *ſunt*: quia boni ſemper cognoſcuntur ſeparati à malis, & ſimul cum illis non conuenire, hinc habes in Leuitico, quòd Deus ſeparauit peccatores ab alijs hominibus, & poſuit ſeparatos in medio Leuitarum: ſic iſti filij Cham ſeparati videntur à filijs bonis Iapheth.

91 De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber: hic Heber primò honoratur, & nominatur, cum ſit quintus in ordine: virtus, & bonitas ſemper eſt anteponenda, & honoranda ſuper omnia. Vndè Abulenſis in cap. 27. Gen. quæſt. 5. lit. E. col.2. pag.mihi 565. dicit. *Si omnia bona inter ſe comparentur, honor, melius eſt, quàm fructus terræ, & omnes abundantiæ diuitiarum, & patet, quia virtus bonum ſuperexcellens dicitur reſpectu iſtorum bonorum temporalium, primùm eius ponitur honor, & non aliquid bonum de alijs: Sic enim definitur. Honor, eſt reuerentiæ exhibitio in teſtimonium virtutis*. Ergò quidquid detur Virtuti, & Merito, ſi non eſt Honor, parum datur. Honor d tur.

Verſ. 22. vſque ad 24. 92 *Filij Sem: Ælam, & Aſſur: (Filij Aram, Vs) at verò Arphaxad)* Quilibet filius debet à parentibus benedictionem procurare, qui ſi benedictus erit à Domino per parentes, videbit bona omnibus diebus vitæ ſuæ, & filios filiorum ſuorum, ſicuti Sem à Noe benedictus vidit: Hinc Sacer Vates Pſal. 127. verſ. 5. & 6. cecinit: *Benedicat tibi Dominus ex Sion; & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael*.

Ver.25. 93 *Natique ſunt Heber filii duo: nomen vui Phaleg, eò quòd in diebus eius diuiſa ſit terra*: bonitas, & virtus ſemper diuidunt paſſiones, quæ in terra cordis noſtri imperium habere cupiunt, vndè ad hoc vt ipſas effrenes ſubiugent paſſiones, debent diuidere, iuxtà illud *diuide, & impera*.

Verſ. 26. vſque ad 29. 94 *Qui Iectan genuit Elmodad: (& Aduram), & Ebal, & Abimael: (& Ophir, & Heuilat)* Virtutes generant virtutes, & econtrà ex ſceleribus crimina oriuntur, quia *abyſſus abyſſum inuocat*.

Verſ. 30 95 *Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſquè Sephar montem orientalem*. Bonum eſt iuſto homini, & patrifamilias, ſi poterit in fine vitæ dicere cum anima Eccleſiaſtici cap.24. verſ. 14. *In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui*, ideſt coram Deo, ſic miniſtraui familiam meam, vt ſemper dici poſſet habitatio ſancta.

Verſ.31 96 *Iſti ſunt filii Sem, ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus ſuis*. Nota quod vnuſquiſque loquebatur iuxtà propriam linguam ſuam, & ex illa loquela cognoſcebatur cognatio ab alijs diſtincta: quo docetur, quòd ex lingua cognoſcitur vnuſquiſque quis ſit, & loquela manifeſta facit animæ ſecreta. *Sermo enim oris*(dicit S. Thomas ad cap. 4. Epheſ. l. 9.) *Prætendit, & annunciat ea, quæ intùs in anima ſunt, quia voces ſunt earum, quæ ſunt in anima, paſſionum notæ*.

Verſ.32 97 *Hæ familiæ Noe iuxtà populos, & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium*: ſicut iſtæ gentes incipientes prolificare totum repleuerunt mundum; ſic bona opera vbique diſſeminantur, quando à vera virtute procedunt.

DVBIA SACRA
IN CAPVT X. GENESIS.

Verſ.1. §. 1 QVare dicitur à Moyſe Generationes, & non generatio? Quia voluit docere homines, poſt diluuium culpæ indigere duplici generatione, nec ipſis vna ſufficit generatio; hinc aiebat Mellifluus Doctor in declamationibus ſuper verba *Ecce nos reliquimus omnia*, circa medium lit.H, col.3.pag. mihi 240. *Infælix ego homo, & miſerabilis caſus meus, cui non vna ſufficit, cui duplex eſt neceſſaria generatio. Nimirum ex corpore, & anima conſtitutus cecidi totus ſimul, ſimul totus omninò reſurgere non poſſum:* Duplex ergo generatio requiritur, vna per lauacrum Baptiſmi, altera per ſalubrem penitentiam, vt dies vitæ noſtræ Deus agnoſcens immaculatos, & numerum dierum noſtrorum, qui ſunt, menſurabiles facere illos dignetur, & immetata felicitate perennes. O! quàm verum eſt, quando peccator per pœnitentiam naſcitur in ſecunda regeneratione, & Iuſtus fit, tunc dies eius complentur, nàm dicit Origenes ho.9.in c.1.S.Lucæ: *Vbicumque iuſtus naſcitur, ibi complentur dies:* Hanc tibi recentiſſimam propono, quam accuratè ſecteris vitam, inconſulte frater mi peccator, vitam vitæ, vitam immaculatam, in Chriſto regeneratam, vt cor tuum (Pſal.83.verſ.3.) *in ſalutari tuo, & in Deum viuum*, nouerit exultare, *quia totum, quod non pertinet ad Dei cultum, debemus habere quaſi mortuum:* moneret S.P.N. Aug. ad Pſ.83.l. 50. ho. 33. vt & mortuos eos dies, quos ad Dei gloriam, & incurioſiùs peractę vitę emendationem, inſumere neglexiſti, faxit Deus, vt noſcas.

Duplex nobis neceſſaria generatio, & quæ?

Homo per culpam Adami cecidit totus ſimul, & ſimul totus omninò reſurgere non poteſt.

Quid ſit exaltare in Deum viuum.

Verſ.2. 2 Quare ex *Iapheth*, primus filius naſcitur *Gomer*? Vt intelligamus quòd pulchritudo huius corporis deficit, animæ verò reſtat ſemper, immò non ſolum deficit, quia vana eſt, terra, & cinis, ſed quia vana, terra, & cinis decipit, & decipiendo in laqueum Diaboli incidere facit. Eleganter ad rem noſtram loquitur S. Bernardus ad Sororem ſerm.64.col.3.lit.I, pag. mihi 309. dicens. *Quia pulchritudo corporis fallax eſt, vana eſt, terra, & cinis eſt, deceptio eſt hominis. Vndè Salomon.* Prou.c.31.ver.30. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Multi fuerunt, & ſunt decepti per pulchritudinem corporis. Stulti homines dum conſiderant pulchritudinem corporis, incidunt in Diaboli laqueum.... Deus non requirit corporis decorem, ſed animæ pulchritudinem*. Fuge fuge mi Dilecte deficientem, nec non decipientem corporis pulchritudinem. Et pro tua cautela ſcito, te ſciuiſſe Dauidem horribilem Gigantis vultum, terribilem ferrarum inſultus, proſtrauiſſe, & viciſſe, at verò ad Bethſabee pulchritudinem, deceptum, defeciſſe: vndè ſcribit Caietanus in verba Pſal.29. verſ.8. de ipſo, *perdidit fortitudinem ad aſpectum mulieris*. O fuge pulchritudinem corporis, ò fuge!

Interpretantur Iapheth Pulcher, Gomer deficiens.

Pulchritudo corporis deficit, & decipit.

Mulieris pulchritudo expectorat fortitudinem.

Verſ.3. 3 Quare ex Gomer, dicitur primum filium fuiſſe Aſcenez? Quia ex hoc docetur vnumquemque illi ſoli *igni* ſe offerre *conſumenti*, qui culpas, non homines exurit; id eſt ſoli adhęreat Deo, nam ipſe ignis (vt dicit Apoſtolus ad Hebræos c.12. verſ.29. *Deus noſter ignis conſumens eſt*) conſumit crimina, non hominem. Hoc bellè explanauit S.Ambroſius lib.1.epiſtol.ep.3.to.3. dicens: *Qui ergò vult mundare peccatum ſuum, ignem à ſe remoueat alienum. illi ſoli igni ſe offerat, qui culpam, non hominem exurit. Qui ſit iſte ignis, audi dicentem: Quia Ieſus baptizat in Spiritu Sancto, & igni.... Hic eſt ignis, qui abſterſit culpam Latronis. Ignis enim conſumens eſt, qui dixit ei; hodie mecum eris in Paradiſo.* Vtinam ergò exurat noſtra crimina Diuinus iſte ignis, ne conſumat inconſumabiles animas noſtras æternus gehennæ ignis.

Interpretantur Aſcenez, Ignis quaſi diſtillans, Gomer Conſumens.

Verſ.4. 4 Quare refertur primum filium Iauan fuiſſe Eliſam? Chriſtus Dominus nobis fuit *agnus Columbus*, qui pro nobis occiſus *immaculatus* abſtulit noſtra crimina; ipſe autem noſtra ſcruitutis ligamina, quibus mancipati tenebamur à Dæmone mundi huius Principe, ſoluit. Hinc Mediolanenſium Paſtor ſuper Beati Immaculati lit. 12. verſ. 5. to.4. ſcripſit. *Non ergo obliuiſcamur, quia Dominus Ieſus agnus Dei, mundi hoſtia, ſoluit nos grauium nexibus delictorum, quibus Pharao ille teterrimus, non vnius Ægypti, ſed ſæculi iſtius Princeps, vinculo ſeruitij grauis nos tenebat adſtrictos.* Audiſti Doctorem? tanti conſilij (immò debiti) ad exequenda officia grates Numini repende, ne obliuiſcaris iſtius beneficij, quod ſemper antè oculos habere debes, & habere teneris.

Interpretantur Eliſa Dei agnus. Iauan columbus ſeù immaculatus.

Verſ.6. 5 Quare ex Cham, primus filius natus fuit Chus? Quia mores patris ſequentibus filijs, improbus pater, & moribus *niger*, improbum non poterat non generare filium, & moribus *nigrum*. Sic confirmat S. Ambroſius, lib. de Noe, & Arca cap.30. lit. K, col.mihi 259. dicens, *Nec poterat fieri, vt bonum generaret filium, qui ipſe bono Patri nequam fuerit filius, & natura, & eruditionis degenere extitiſſet*.

Interpretantur Cham niger Chus niger.

6 Qua-

Verſ.5. 6 Quare addubitat idem ſupradictus Doctor, Cham illius improbi filium ſeniorem Chus, Scriptura, fuiſſe, memorauerit? Reſpondet ſibi S. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 34. col. mihi 264. *Duo genera terræ, vnum velut arenoſum, & puluerulentum, immò vt expreſſiùs dicam, puluis: Aliud genus terræ fructiferum, atque fecundum, hoc eſt terra ſolidior, & profunda. Quid igitur improbus, niſi puluerem, generat, ex quo generatio eſſe non poſſit?* ideòque Propheta puluerem impijs comparauit dicens Pſal. 1. verſ. 4. *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.* Eò quòd etiam ſecundùm altiorem ſenſum inſecunda ſit impiorũ anima, quæ fructus vtiles generare non poſſit.

Verſ.6. 7 Quare, cum pauci homines tunc degerent in orbe, nepotes nempè, & pronepotes Noe, qui ad totum orbem occupandum rati, & pauci erant, vt inhabitent, alto procelloſo mari ſe committunt? ad quid tot, tantiſq; periculis ſe exponunt, naues conficiunt, nauticam artem inueſtigant, mare tranſnauigant, vt *inſulas* inhabitent? Ad quid tantis laboribus fatigantur, cum omnes vnus terræ angulus caperet? Iam tunc in exordio orbis humana ambitio depingebatur. Quamuis enim ſpatioſiſſima, ac latã terram in continenti haberent, quam nunquam rari Imperatores ſubditione ſua obtinuerunt; tamen eam non ſat eſſe ſibi arbitrati ſunt, ſed vlteriùs, contemptis omnibus periculis, marinas aquas progreſſi, nouas terras ſcrutantur, & quærunt, ac ſi totus Orbis pro eorum ambitione illis eſſet anguſtus; Eleganter rem totam declarat S. Io. Chryſoſtomus hom. 30. in Gen. in fine. *Vide, inquit, quomodò humanum genus non poteſt ſubſiſtere intrà ſuos limites, ſed ampliùs cõcupiſcens, maiora ſuprà ſe appetit, atque, hoc eſt, quod humanum genus potiſſimũ perdit, quia non vult natura ſua menſuram agnoſcere, ſed ſemper maiora deſiderat.*

Ambitio humana nulla dignitate, nullo principatu quieſcit, ſed aliud quærit.

Verſ. 7. 8 Quare primus filius ex Chus, Saba? Sciendum, quòd Æthiops Dęmonem ſignificat (inquit S. Hieronymus, in c. 3. Habac.) Vndè dicendum ex Chus, Saba, vt intelligeremus, quòd Æthiops Dæmon, ſemper circuit quęrendo animas noſtras, vt deuoret; Hinc admonet nos Apoſtolorum Princeps vigilare, & benè cuſtodire cum ſobrietate virtutis, noſtri cordis ianuas, ſic ſcribens in prima ſua c. 5. verſ. 8. & 9. *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.*

Chus interpretatur Æthiops, & Saba Circuitio.

Verſ. 7. 9 Quare alter Saba dicitur, quòd fuit primus filius Regmæ? quia ex hoc datur documentum, quòd peccatores, & ſceleſti homines non formidant Dei vindictam, nec ad Dominum non conuertuntur vſquè dũ, ſicut Iſraelitis in Sina accidit, audiant increpationes Dei in tonitruis, & fulguribus cęli; propter hoc Regius Vates Pſalm. 103. verſ. 7. cecinit. *Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.* Proh Peccatoris inconuertibile cor! Sic obſtinatè perdurat, vt è cęlo fulgura expectet; Vtinam, ne Dei maieſtatem ampliùs offendat induratus peccator, non fulgura, & tonitrua, ſed ignis deſcenderet de cęlo, & ipſum deuoraret cum omnibus ſequacibus eius!

Interpretantur Regma Tonitruum Saba. Conuerſio.

10 Quare ſi Nemrod potentior omnibus filijs Chus fuit, vltimus à Chus generatus nominatur? Quia qui fortunæ ludo, aut fauoris, aut induſtriæ artibus, peruenit ad alta, & ſuperbia duce ad primas graditur ſedes, poſteris calamitatis reliquit exẽpla; & quantò altiùs præeminentiam loci tenuit, vel tenet, aut infeliciùs ruit, vel ſi non ruit, miſerabiliùs à Deo eternaliter vltimabitur, iuxtà illud *qui ſe exaltat humiliabitur.* O quàm palpitantibus præcordijs, ac pauidis ſemper animis, culmina ſunt ſapientibus poſſidenda! Ergo audi: Tutè dignitatis aſcendit culmẽ, qui quantò magis in altum ſe elatum cognoſcit, præbere humillimum geſtit, ne de inflationis ſuperbia decidat, qui de virtute ſplendebat. Verſ.8.

11 Quare illud verbum *potens*, à Septuaginta Interpretibus exſcribitur *Gigas*, ideſt, pro ly *cæpit eſſe potens*, legunt *cæpit eſſe Gigas*? O nobile Myſterium! Moraliſſima ſanè Principibus, Superioribus, Regibus, Prȩſulibus, Dominis, & Potentatibus eruditio hęc eſt, qua ſubita magnitudinis portenta exulant. *Cæpit eſſe potens, cæpit eſſe Gigas*; non inconſulta fauoris gratia ſubitò fit potens, de repentè fit Gigas. Nemo repentè fiat ſummus, quia nemo repente fit ſummus. Aſcendat per ſuos gradus quiſquis in ſummo vertice collocandus eſt, ſuas habeat ætates magni faſtigij ſublimitas: Hinc dicit S. Bernardus in fine Sermonis primi, in die S. Andreę de mundis piſcibus lit. L, col. 4. pag. mihi 77. *Nemo repente fit ſummus: aſcendendo, non volando apprehenditur ſummitas ſcalæ.* Verſ. 8.

Princeps, ſeù ſuperior de repentè quemquam ad magnam dignitatem ſublimare non debet.

Nemo repentè fiat ſummus, quia nemo repentè fit ſummus.

12 Vel dic, *cæpit eſſe potens, cæpit eſſe gigas*: languet eligentis prudentia, ſi eum candidato meritum non adoleſcit. Incipiat eſſe gigas, qui ad gigantęam proceritatem ſublimandus eſt. Heri puſillus: hodie gigas monſtrum naturæ, ſimul, & politiæ monſtrum eſt. Hunc non meriti dignitas, ſed fauoris temeritas ſic euexit. *Quis ille eſt*, inquit S. Gregorius Nazianzenus in orat. 1. *Qui veritatis Antiſtitem, ac propugnatorem vnius diecula ſpatio, velut ſimulacrum ex argilla finxit?* Verſ.8.

13 Quare Nembrod, dicitur robuſtus venator coram Domino? Quia ſuperbus, & Deum, & reliquas infrà ſe reputat eſſe creaturas: Sic iſte Nembrod *Gigas venator*, inquit S. P. N. Auguſtinus lib. 16. de Ciu. Dei cap. 4. *Cor ſuum eleuans contrà Dominum,* Verſ.9.

non

non ſecùs, ac venator, qui à ſyluis rediens more triumphantum, in altum elatam prædam circumfert, inſana quadam arrogantia inflatus, conceptam in corde ſuo ſuperbiam, in faciem ipſiuſmet Dei(*qui quod elatum eſt à longè diſcernit*, ſcibit S.Io;Chryſoſtomus ad Pſal.137.v.6.)oſtentat. Sequitur S. P. N. *Erigebat cum ſuis populis turrim contra Dominũ, quæ eſt impia ſignificata ſuperbia.* Ergò ſi Deum ipſum contemptui ducit ſuperbus; an reliquas putas non negliget, & infrà ſe non ducet creaturas? Iudex eſto.

Verſ.9. 14 Quare refert Moſen, Nembrod fuiſſe venatorem coram Domino, ſeù(vt legit S. Ambroſius) antè Dominum? Quia(huius dubij ſolutio eſt eiuſdem S.Ambroſij lib. de Noe,& Arca ca.34.col.mihi 264.)*Qui terrenas diligit voluptates, & eas ſequitur, putat his ſe poſſe ad Dei gratiam peruenire, & regnum cæleſte huiuſmodi erroribus deferendum: is aduersùm cæleſtia contumaci præliatur affectu. Propterea, & in prouerbio eſt de eo, qui deliquerit, ſicut Nembrod gigas venator ante Deum.* En huius ſæculi omnium hominum ſtultitia. En ſceleſti peccatoris ſtulta cogitatio! terrenas concupiſcit voluptates, toto pondere criminibus intendit, & tot plenus ſceleribus putat ſe poſſe ad Dei gratiam, & gloriam peruenire; O! quid gloriaris robuſte venator in malitia, qui potens factus es in iniquitate? Tota die iniuſtitiã cogitauit, & cogitat cor tuum, lingua tua, mens tua, & ad regnum cęleſte peruenire poſſe credis? Vtique, & veriùs crede: ob hoc prouerbium ſuper te exiet? & quale vis ſcire? Audi de te Prophetantem Pſalmiſtam Pſ. 51.verſ.8.& 9.*Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum; ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum; & præualuit in vanitate ſua.*

Verſ.9. 15 Quare Nembrod ſolus legitur quòd fuerit venator, & quare exprimitur quòd eſſet venator? Ad hoc ſoluendum dubiũ, accedit ſupradictus S. Ambroſius ſuo eleganti acumine, & dicit. *Nembrod autem per interpretationem dicitur Æthiops. Color Æthiopis tenebras animæ, ſqualoremque ſignificat, qui aduersùs lumen eſt, claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti ſimilior, quàm diei. Venatoris quoque vſus in ſiluis, inter feras, ac beſtias conuerſatio eius. Irrationabilis ergò miſcetur irrationabilibus paſſionibus, & ea quæ ſunt malitiæ agreſtis, atque prædura, venator huiuſmodi explorare conſueuit, atque his potiri, atque delectari.*

Nembrod interpretatur Æthiops.

Verſ.10. 16 Quare ſi Nembrod, qui fuerat è poſteris Cham, qui de patris Noemi maledictione ſeruituti addictus erat, ante Semi, & Iaphethi poſteros priùs regnauit? ò maledictionem de fælicitate ludentem! Qui ſeruituti maledictione mancipatur, primus omnium mortalium regnat; & qui principatum benedictione obtinent, nondum principantur? Argutè inibi S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſim, to. 5. pag. mihi 159. *Fuit autem principium Regni eius Babylon &c. Sed Nembrod iterum proauum ſuum imitatus, & abuſus naturæ priuilegio, alium ſeruitutis modum adinuenit, & Princeps, atque Rex fieri attentauit.* Profectò nunc ſeruilis Chami ſoboles ſeruitute coronatur, quaſi regium ſtemma ſit ſtigma ſeruitutis. Quid eſt regia dignitas, niſi coronata ſeruitus? Sic ſceptra mancipari debent populorum ſeruitio? Sic Reges, principes, præſules, & ſuperiores ſeruire debent ſubiectorum vtilitati?

Regia dignitas eſt coronata ſeruitus.

17 Quare refertur à Moyſe, principium regni Nembroth Babylon fuiſſe? quia, reſpondet Mediolanenſium Paſtor lib. de Noe, & Arca cap. 34. in fine peregregiè, *Malitia, & poteſtas non in ſimplicitate, & puritate, non in diſtinctione virtutis, ſed in confuſione vitiorum eſt.* Babylon enim interpretatur *confuſio*. Verſ.10.

Babylon interpretatur, Confuſio.

18 Quare dicitur, quòd de Babylone diſcederet Aſſur, & ędificaſſet ciuitatem Niniuen? Vt intelligerent homines iuſti, & virtutis amatores, impiorum vias, & conſortium fugere; Nam *Beatus* nunquam poterit eſſe homo, & *pulcher* in anima, ni peccatorum vias fugiat. Hoc totum in principio propheticæ pſalmodię inſinuauit coronatus Ieſſe Filius dicens Pſ.1.v.1.& 3.*Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit*, ipſe audi quòd ſequitur, *Erit tanquam lignum, quòd plantatum eſt ſecùs decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non deflue*t(in quo conſiſtit ligni pulchritudo), *& omnia quæcumq; faciet proſperabuntur.* Sic Aſſur fugiens locum peccatorum, egreſſus eſt de confuſione iniqua Babylonis, & ædificans ciuitatem pulchram Niniuem, dedit fructum bonorum operum largiſſimè proſperatus: En homo quiſquis es, qui virtutem addiſcere cupis, & habere deſideras; fuge litus auarum improborum hominum, nàm periculoſiùs eſt cum improbis degere, quàm cum Dęmonibus decertare: Dęmonum tẽtationes noſcere potes, luem malorum diſcernere vix neſcis. Inſuper Dęmon illecebroſæ voluptatis lenocinijs titillat, immodico æſtu cupiditatis ſufflammat, & mentitis prolectat delicijs: Improbi ad vitia violenter trahunt, & inceſſanter impellut. Per voluptatem facilè nobis vitia ſurrepunt, faciliùs per exempla. Quid me exiſtimas dicere? audi quid de ſe aiebat Gentilis Seneca in ep.7.*Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immò verò crudelior, & immanior, quia inter homines fui... Vnũ exemplũ aut luxuriæ, aut auaritiæ multum mali facit, conuictor delicatus paulatim eneruat, & emollit, vicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes candido, & ſimplici rubiginem ſuam affricuit.* Verſ. 11. & 12.

Aſſur Interpretatur Beatus, & Niniue Pulcher.

Conuictor, & ſocius delicatus virtutem eneruat.

Hæc

Hæc pondera verba, & præpondera, vt veritatem noſcas, & cognita conſortium malorum fugias.

Verſ. 13. 19 Quare ex Meſraim primus filius eius vocatus fuit Ludim? Quia per tribulationes iuſti naſcuntur, *pariũtur autem*, inquit S. Ambroſius in lib. de Iſaac, & anima ca. 8. … 4. *in quibus Chriſti imago formatur*. Imago Chriſti, crucifixus eſt, in quo, ò quot ſculptæ pro nobis paſſę tribulationes videntur! qui … hanc Chriſti imaginem nempe tribulationes in ſe habet, ipſe n… ſcitur ad glori…, hinc Apoſtoli omnes Chriſti imaginem, nempè tribulationes ſubſtinentes, ſpectaculum vniformè Chriſti Domini facti, ad gloriam natos ſe cognouerunt, non aliam adducentes rationem, quàm dicere ex ore Doctoris gentium ad Hebræos ca. 10. ver. 33. & 39. *Opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti ..... Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.*

Interpretatur Meſraim Tribulationes, Ludim Natiuitas.

Verſ. 15. 20 Quare ex Chanaan primus filius Sidon nominatur? Vt intelligant negotiatores terræ, in die Iudicij pro ipſis … m remanere fletum, *Quoniã* (iam ex … e dicit Apoca… pſis Propheta c. 18. verſ. 10. & 11. verſ. 7.) *vna hora venit iudicium tuũ, & negotiatores terræ flebunt.* Et quare? Quia quiſquis eorum audiet, *quãtùm glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum*. O' pœnaliſſimum ſupplicium genti peccat…ci, & … æ negotiatrici meritò datum! … n pram … toribus præparatum. M … , & … huius mundi incolæ, qui terram, … a … rum, delicias, voluptates negotiamini, N… uis iudicij extremi has merces ad veſtræ miſeriæ gehennalis pęnam accipiet, & lucrum ignis animabus veſtris æternaliter reportabit. O' in'picite ſaltem … ntæ infęlicis negotiationis terribile lucrum!

Interpretatur Chanaan, Negotiator, & Sidon Natus Iudicij.

Verſ. 6. vſque 18. 21 Quare, ſi Chamo data fuit maledictio à Noe, tanta poſt ſuccreuit filiorum multiplicatio, quæ ſuperauit filios Iaphet, & Sem, dum ex Cham triginta generationes numerantur? Quia multiplicatio filiorum aliquãdo improbis in pęnam luxuriæ iuſto Dei iudicio eſt conceſſa; vndè apertè hoc inſinuauit Ferus ſuper illa verba Gen. cap. 16. verſ. 11. *Multiplicabo ſemen tuum*, dicens, *iuſto Dei iudicio factum fuerit, vt mali multiplicarentur, vel vt eorum laſciuia puniretur*. Itaque qui in thoro plùs voluptatem, quàm prolem quærit, in filiorum multiplicatione eius malitia punitur: inſuper ſubſcribit S. Greg. Nazianz. in ora. 38. ſic dicens; *omnis quippè voluptas quæ non in Deo ſuſcipitur, voluptatis excremẽtum eſt.*

Verſ. 19. 22 Quare deſcribuntur quatuor termini laterales totiùs terræ Chanaan, in quibus Chami tota poſteritas dilatata fuerat? Vt inſinuaretur, quòd quando quatuor animi affectus, nempè voluptas, & dolor, concupiſcentia, & timor, non reprimuntur, ſuperant rationem, & dilatantur in animæ terminis, ideſt potentijs: Immò licèt *voluptuoſus* (dicit S. Bernardus ſer. de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris pag. mihi 89. col. 4.) ſit voluptate dilatatus, nec quandoquidem *voluptate ſatiatur*.

23 Quare hìc dicitur, *hi ſunt filij Cham* quod non legitur in fine generationum Iapheth dictum? Quia filij *Iapheth*, vt erant ex benedictione Patris, & Dei, nõ poterant propriè dici *Hi ſunt filij Iapheth*, quia erant filij Dei, ſcilicet boni, & Deum colentes; ſed filij *Cham* vtpotè ex maledictione paterna, poterant propriè dici *filij Cham*, & non Dei, vt iſto modo … noſcerent … diſ… filij *Cham* à filijs *Iapheth*, … iſtis boni … ti illi mali; immò … & vt mali *filij Cham*, … hominis; illi, & vt boni, non dicuntur … Iapheth, quia filij Dei. Verſ. 20.

24 Quare filiorum Semi primus omnium nominatur Heber, cum ipſe primus non fuerit? Quia licet Heber ex illuſtri atauorum progenie deſcenderet, tamen quia propria virtute, & bonitate omnes Semi filios ſuperauit, primus inter ipſos nominatur; nàm illuſtriora … omnia, quæ virtus excudit, quàm quæ … nuſtiſſimæ originis imperturba… ies … d poſteros deriuauit. Dum puriſſimus ſanguinis fons per claros traduces deriuatur ad poſteros, illos ſuſcipiendos ſæculis ornat, & honoribus adaugendis initiat; at licèt glorioſa ſint promanantia de maiorum claritate vocabula, digniora ſunt quæ elaborantur virtute nomina. Grandius E… ogi… eſt maiorum claritatem ſplendidiore l… m…e vincere, quàm acceptam ſolùm repreſentare: *decet*, ſcribit Caſſiod. 10. Var. 11. *etiam priores ſuos vincere, qui ad noſtra meruerunt tempora peruenire*. Iniuriam maioribus irrogat, qui deriuatam non auget gloriam, nec incrementare nititur famam. Verſ. 21.

25 Quare ex Sè primus filius, refert Moyſes, quòd fuerit Ælam? Quia *Adoleſcens* procurare debet in mundo bonum *Nomen* accipere; & magis bonæ famæ bono nomini ſtudere debet, quàm diuitijs multiplicandis, & auro; Nam Sapiens in prouerbijs c. 22. v. 1. dixit *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ*: Et benè obſerua, quòd non dicit ſolummodò *Nomen*, ſed addit *Bonum*, nam quærere ſolum *Nomen*, eſt quærere gloriam huius mundi inanem, & ſaluo Nomine, tuta putat homo cætera, quantumuis erroribus deſædata; ſed quærere *Nomen bonum* eſt virtutibus *Nomen* æternare, hęc eſt honeſta, & ſancta ambitio. O attende! Quod apud homines magni habetur non eſt virtus; ſed *nomen* ſolùm; hoc ferè cunctis mortalibus cordi eſt, æterna ſibi nomina comparare, & aduersùs obliuionis … s ſtabilire. Rariſſimi Ageſilai inueniuntur. Hic ſtatuas noluit ſibi erigi, ſed à moribus famam mutuari. *In renauigando ex Ægypto moriens*: ſcribit Plutarcus in Apophthegm: *ſuis præcepit, nullam vt facerent, vel fictam, vel pictam imaginem ſuam: nam ſi quid feci, inquit, præclarè, hoc mei monumentũ erit;* Verſ. 22.

Interpretatur Sem, Nomen. Ælam Adoleſcens.

ſtis, ſiu minùs, ne omnes quidem ſtatuæ opificum, opera nihili hominum. Monumentum de virtute ſibi excudere voluit, & ſtatuarum gloriam nihil reputauit. *Hic eſt ambitus, qui probatur*, aiebat Caſſiodorus 6. var. t. *eſto mund o clarus, tibi perſpicuus, tuis autem poſteris ſalſeiter imitandus*. Audiſti: ſi Adoleſcens es, nō ſolùm *nomini*, ſed *nomini bono* ſtude, ſi vis nomē æternare, quære virtutibus, nō inani gloria.

Homeſta ambitio eſt ſibi virtutibus nomen facere.

Verſ. 23. 26 Quare ex Aram primus naſcitur Hus? Ad hoc ſoluendum; ſcire oportet, quòd pro *Sublimitate*, inquit S. Hieronymus ſuper cap. 38. Iob, *Superbia* deſignatur, & pro *Ligno*, ſcribit S. Greg. lib. 12. moral. cap. 3. *Homo*. Ergò Hus ex Aram dieitur, vt intelligatur, quòd homo ſuperbè ſublimitatem quærit, ſed neſcit, quòd iſta *Sublimitas decipiens* eſt, nam dum in altum ſalit, à Deo humiliatur; & econtra dum quiſquis humilia quærit, ſublimatur à Domino: hoc totum ſub iſta metaphora ſublimitatis, & ligni demonſtrauit Ezechiel Propheta in cap. 17. verſ. 24. dicens *Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile: & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus ſum, & feci*.

Interpretantur Aram, Sublimitas, & decipiens, Hus Lignum.

Verſ. 24. 27 Quare Scriptura dicit primum filium Arphaxad Sale fuiſſe? Quia qui in mundo laxatur in via iniquitatis, audiet in vltimo die, Hierem. c. 5. v. 10. *Auferte propagines eius, quia non ſunt Domini*, ideſt, actiones, quia non ſunt vitæ, ſed mortis, ideò igni damnabitur æterno; *Nam vnum de duobus palmiti congruit*, inquit S. P. N. Aug. tract. 81. in Ioan: ſub medio, *aut vitis, aut ignis: ſi in vite non eſt, in igne erit*: Miſeri palmites, ſcilicet homines, qui in viti vera Chriſti Domini non permanentes, in igne erunt æterno? ò quàm verè lacrymarum vocibus tunc ſuſpirabunt? Sapien. ca. 5. verſ. 7. *Laxati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus*.

Interpretantur Arphaxad Laxans, Sale Propagines.

Verſ. 24. 28 Quare Heber poſt Sale natus, ipſi Sale præpoſitus fuit? Quia Deus aliquando homines iuſtos, & Sanctos permittit in hac vita ab alijs in deriſum haberi, & in ſimilitudinem improperij, vt poſteà præpoſiti in gloria computentur iſti inter filios Dei, & inter Sanctos illorum ſors ſit fœliciſſima, 1. Reg. cap. 2. verſ. 6. 7. & 8. *Num Dominus mortificat, & viuificat, pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat*.

Verſ. 25. 29 Quare ex Heber primus filius nominatur Phaleg? Quia in tranſitu de hac vita ad patriam, diuiſio ceſſabit, nam dum in mundo viuitur, inter animam, & corpus diuiſio eſſe debet, quia licet *Animalis homo*, inquit Apoſtolus 1. ad Cor. c. 2. ver. 14. *non percipiat ea, quæ ſunt Spiritus Dei*, tame nunquam cum corpore, & anima, qui ad gloriam venire deſiderat, vnionem debet habere, ideſt anima relinquendo, quæ ſunt ſpiritus, vti ſpiritualis, non debet ſequi, quę corporis ſūt, vnde continua debet eſſe colluctatio inter ſpiritum, & carnem; & iſta diuiſio non terminat, niſi in tranſitu de hac vita ad patriā, quia Iob c. 7. ver. 1. *Militia eſt vita hominis ſuper terram*. Hinc concludit Melliflluus Doct. ſer. 2. de eo, quod ſcriptum eſt, immiſit Dominus ſoporem in Adam, dicens: *Ceſſabit diuiſio cum venerit plenitudo, & erit totius Sanctæ Ciuitatis Hieruſalem participatio in idipſum*.

Interpretatur Heber Transitus, Phaleg diuiſio.

30 Quare lectam primogenitus Elmodad fuiſſe dicitur? Quia *menſura Dei*, ideſt quam Deus, & Dominus Noſter Ieſus, hominibus monſtrauit, qua peruenitur ad gloriam, fuit vnius *Paruuli*, ſic enim habetur in cap. 18. S. Matthæi v. 2. & 3. *Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis: niſi cōuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in regnum cęlorum*: Et quid figuratur in nomine Paruuli? Humilitas, audi ſequentia verba *Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cęlorum*: O fœlix menſura, qua gloria menſuratur! *Vultis*, inquit S. Baſilius in or. 28. *Eſte pueri? puerorum mores imitemini, morum ſimplicitatem aſſumite. Illis nulla de dignitate vox, illi primas non ambiunt, hac agritudine nō laborant, non norunt efflorēſcentem nobilitatem, non ſuper diuitijs elatione vana gloriantur, non ob patritiarum gloriarum multitudinem*. O chara puerorum ſimplicitas, o inuidenda puerorum humilitas! Homuncio, ſias vtique Homuncio, menſuram puerorum humiliter ambi, ſic ſapienter ad gloriam euolabis. Verſ. 30.

Interpretatur Iectan, Paruulus, Elmodad Dei menſura.

31 Quare ab his tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iapheth, diuiſæ, & diſſeminatæ fuerunt gentes, per vniuerſum orbem? quia figurabatur Chriſti Domini Noſtri Eccleſia, per mundum vniuerſum Sanctæ Trinitatis fide diſſeminanda, & dilatanda. Acumen eſt Ruperti Abbatis lib. 4. in Gen. ca. 40. in fine pag. mihi 89. dicentis: *Quia Sem in filijs ſuis Aſiam, & Cham maximè Lybiam, & Iaphet Europam poſſederunt, vt tres partes mundi, à trium generatione implerentur, in quibus etiam Eccleſia Chriſti Sanctæ Trinitatis fide explananda præmonſtrabatur*. Verſ. 31.

32 Quare dum Nembrot cœpit eſſe potens in terra, Aſſur de terra illa legitur egreſſum eſſe, & non anteà? Quia ubi exoritur violentia, excidit ſtatus ſubditorum, & dum violentia, tyranni ſubditos vexant, ipſi ab obſequio recedunt. Sed dicerem etiam, Tyrannos, ſubditos metuere, & ſubditos, Tyrannos: Hoc quod dico ex Plutarcho in lib. ad Princip. ineruedit. collegi, & Audi. *Ariſtodemus*, inquit ipſe, *Argiuorum tyrannus ſponda in ſublimi conclaui poſita ſuprà ianuam penſilem cum amica dormiebat, & amicæ mater, vbi aſcendiſſent ſcalas remouebat, ruſſumq; ie luce facta apponebat. Quomodo putas hic Areopagum, theatrum, curiam, conuiuium, metuebat, qui de cubili ſuo carcerē redegerat? Re enim vera Princeps* Verſ. 11.

ceps ſubditis tyranni ſubditos metuunt. Itaque horum cum potentia creſcit metus, & quò pluribus imperant, eò plures timent. Sic Nembroth vti Tyrannus timebatur; ideò egreſſus eſt Aſſur de Terra illa; ſed ipſe Nembrot vti Tyrannus, non improprium eſt credere, quòd metueret: Nembrot fuiſſe Tyrannũ, collige ex ly *potens*, quòd Græcè eſt *βίαιος*, *Violentus.*

Verſ. 9. 33 Quare, ſi Deus innocentiæ amator, & protector, non illicò Innocentum oppreſſorem Nembrot comminuit? Quia Deus mirabili patientia expectat peccatores, vt conuertantur, & adeò toleranter, patienterque ſuſtinet, vt ſibi detrahere quadamtenùs videatur; nàm tolerantia cenſetur ab aliquibus impotentia. Audi Tertull. lib. de patientia c. 2. *Suſtinet luxuriam, auaritiam, iniquitatẽ, malignitatem quotidie inſoleſcentem, vt ſua ſibi patientia detrahat: plures enim Dominum ideircò non credunt, quia ſæculo iratum tandiù neſciunt.* Hac eximia patientia mundi ſupplicia differt, ſperans de dilatione medelam; O peccator ad pęnitentiam euola, ne, ſpreta Dei patientia, eius Iuſtitia te puniat.

Verſ. 10. 34 Quare, ſi Babylon ſola initium erat Regni Nẽbrod, & aliæ Vrbes *Arach, Achad, & Chalanne*, initium Regni ſimul annumerantur? Quia Tyranno Principe incipiente, iàm cuncta ſuperata obijciuntur: tàm infallibilis omnium vrbium ruina tyranno clauum obtinente: Immò non ſolùm Tyranni vrbium ruinę ſunt, ſed etiam (inquit D. Bernard. in Ser. ad Paſtores in Synodo cõgregatos) *incendũt Eccleſias, vaſtant ouilia Chriſti, ſpoliant pupillos, & viduas, proſcriptione induunt pauperibus, Deum blaſphemant in ſuis operibus.*

Tyranno clauum obtinente, infallibilis omnium vrbium ruina.

Verſ. 11. 12. 35 Quare, ſi Aſſur Niniuem Ciuitatem extruxit, rurſum aſſeritur ædificaſſe Ciuitatem, & plateas Ciuitatis, &c? Certè, quia ſuburbia, quæ alijs in Ciuitatibus aſſolent eſſe parua, & à vulgaribus ciuibus habitantur, apud ſuperbam Niniuem tàm ampla erant, vt & magnitudine, & ciuium immoderato cultu ipſam Niniuẽ æmularentur. O tempora (nota Morale) vbi vulgares hoc differunt à Principibus, vt Principum veſtimẽta à vulgarium indumentis pretio vincantur!

Verſ. 5. 10. & 31. 36 Quare, ſi terra erat vnius labij, dicitur quòd poſt diluuium hìc fuere diuiſæ terræ ſecundùm cognationes, & linguas? Quia de linguæ ipſius ingenio eſt prius quodammodò euentus rerum proferre, antequam res exiſtant: Cupis de hac re exemplum? Eccè. Gen. c. 27. ver. 41. & 42. Eſau *dixit in corde ſuo: venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum; & nunciata ſunt hac Rebeccæ.* Quis id denunciauit? Vndè hæc denunciator nouit? Dixit in corde, Rebecca ſciuit; antequam res exiſteret, res propalatur: O caue à lingua, & linguam time! Quis ergo committat aliorum auribus, & linguis, quod nec ſuo cordi, aut fidei permittere fas eſt?

Lingua priùs res exponit, quam exiſtant.

37 Quare ſeptuaginta generationes, & duæ ortæ ſunt ex Sem, Cham, & Iapheth, quæ vniuerſam terram impleuerunt? Quia figurabatur futura prædicatio de Aduentu Meſſiæ, per vniuerſam terram facienda à ſeptuaginta duobus Diſcipulis Redemptoris, ſic enim legitur in c. 10. v. 1 S. Lucæ. *Poſt hac autem deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos: & miſit illos binos antè faciem ſuam, in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipſe venturus.*

38 Quare in omnibus iſtis generationibus non legitur illa clauſula, quæ ſtat in generationibus 5. capitis Geneſeon; ſcilicet, *& mortuus eſt*? V.G. Adam genuit filios, & filias, *& mortuus eſt*; hæc clauſula igitur quare in iſtis non legitur generationibus? Dicit Vgo Card. ibidem. *Antè diluuium ideò apponitur, vt intelligatur ſolus Henoch exceptus à morte. Poſt diluuium autem nullus exceptus eſt vſquè ad tempus legis.*

39 Vel dic; Quia, vt dicit S. Hieronymus, per diluuium figurabatur Baptiſmus; Vndè cum antè diluuium non eſſet Baptiſmus in figura, omnes inuoluebat mors, ſubmergens eos ad minùs in Limbum; ſed veniente diluuio nempè Baptiſmo mors ampliùs non dominatur; ideò antè diluuium Clauſula illa *mortuus eſt* ponitur, poſt verò diluuium ſiletur, quo nos à morte ſalui facti ſumus: Hinc ſcripſit Apoſtolus ad Titum, cap. 3. verſ. 5. dicens, *Secundùm miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti.*

40 Seù dic, quia, ſcribit Hugo Card. ibidem, per diluuium extremũ Iudicium figuratur, ante quod omnes morti addicti ſunt, poſt verò nullus, quia boni in perpetuum viuent, malos autem mors depaſcet æterna. Sic enim iuſtum eſt, vt qui ſine termino vixit in culpa, ſine fine viuat in pæna. O beatorum, & iuſtorum inexplicabile gaudium! O miſeri peccatoris inenarrabilis dolor! Heù peccator mi crimina luge, & ad pœnam futuram inſpice, vt ipſam fugiens, cæli æternis fruaris gaudijs.

41 Quare ex Gomer tres filij nominati, & generati dicuntur? Quia tres ſunt migrandi gradus; nam Gomer *Migrans* interpretatur. Primo eſt, qui migrat à facie tentationis, ne amittat gratiam; inde Thren. cap. 1. verſ. 3. *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinẽ ſeruitutis.* Secundo eſt, qui migrat à dulcedine internæ refectionis, vt ſequatur mundi ſtultitiam; Indè Pſal. 51. v. 7. *Euellet te, & emigrabit te de Tabernaculò tuo.* Item Pſal. 61. verſ. 7. *Deus adiutor meus, non emigrabo.* Tertio eſt qui tranſmigrat ad ſplendorem contemplationis, vt ſupernam guſtet lætitiam; indè dictum eſt ad Ezechielem c. 12. v. 3. *fac tibi vaſa tranſmigrationis:* inde Apoſtolus ad Coloſs. cap. 3. verſ. 2. etiam dici *Quæ ſurſum ſunt ſapite, & non quæ ſuper terram.* Verſ. 3.

Gomer interpretatur conſumans, ſeù Migrans.

42 Quare ex Iapheth ſeptem filij nati ſũt? Quia ſeptem ſunt Tribulationes, quas patitur iuſtus, vel homo quilibet, miſticè in ſacris deſignatæ literis. Audi patientiæ mar-

tyrem,&protomartyrem c.5.v.19:*In ſex tribulationibus liberabo te, & in ſeptima non tanges te malum. In fame, eripiet te de morte, & in bello de manu gladij.* Iſtæ duæ ſunt in hoc exilio. *In fame*, ſcilicèt verbi Dei; *in bella*, quo repugnatur tentationi. Aliæ quinque irrogantur diuerſimmodè, ſcilicèt à paupertate, ab infirmitate, à perſecutione, à tempore, & á peccatore. Septima erit dies extremi iudicij, nempè à tempore, in qua iuſtus malum non habebit, quia *in ſeptima non tanget te malum.*

43 Quare ex Iauan quatuor ſoli generantur filij? Quia cum Iauan interpretetur *contriſtans*, & filij ſint Patris conſolationes, inſinuatur hìc, quòd quatruplex ſit conſolatio. Eſt conſolatio in ereptione periculi: vndè Dauid Pſ. 85. v. 17. *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.* Eſt conſolatio in conſecutione Dei; vndè Dominus, Iſaiæ c.51.verſ.12. *Sicut mater conſolatur filios ſuos; ita & ego conſolabor vos.* Eſt & conſolatio in meditatione diuini Verbi: inde Apoſtolus ad Rom.cap.15. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Et eſt quarta conſolatio in perceptione Spiritus Sancti; indè Redemptor noſter dixit: *Niſi ego abiero, Paraclitus noa veniet: ſed cum aſſumptus fuero, mittam eum ad vos*; Paraclitus enim *conſolator* interpretatur. En quomodo iuſtus, qui contriſtatur à mundo, conſolatur à Deo.

44 Quare Cham quatuor filios legitur generaſſe? Quia peccator quilibet quatuor ponit impedimenta ad confitendum peccata ſua, in confeſſione. Sunt enim peccatores, qui partem peccati ſui abſcondunt, ſicut Ananias, & Saphira partem pecuniæ. Sunt qui omnia confitentur, ſed modum tacent, quem quærebat Dauid, cum diceret: *Quomodo ceciderunt fortes in prælio?* In modo comprehendo omnes circumſtantias confeſſionis: ideſt *Quis, quid, vbi, quibus aaxilijs*, &c. Sunt qui totum dicunt, & modum confitẽtur, ſed excuſant; ſicut Adam. Sunt qui verbis fallacibus dicunt, vt peccatum minùs videatur: hæc ſunt perizomata de folijs arborum facta, quibus primi parentes texerunt pudenda ſua. Nam folia verba ſignificant, dicit Lauretus.

45 Quare ex Chus ſex, refert Moyſes, natos filios? Quia cum Chus, vt ſupra dictum eſt, interpretetur *Niger*, & per Nigredinem Luxuria adumbretur ab Arnoldo Carnotenſi, dicendum, ne anima fiat nigra per Luxuriam, ſex filij nominantur, ideſt ſex modi inſinuantur, quibus caſtitas conſeruatur, ſex enim ſunt, quæ caſtitatem conſeruant, ſcilicèt ſobrietas, operatio, aſperitas cultus, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonum cùm honeſtate, deuitatio opportunitatis, & perſonæ, & loci, & temporis.

De primo dictum eſt *non in commeſſationibus*, exemplum habes de Loth. S. Paulus ad Rom.cap.13.verſ.13.

De ſecundo dicitur *Malitiam docuit otioſitas.* Indè Ouidius *Otia ſi tollas periere cupidinis arcus.* Item, *Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis*, exemplum habes in Sodomitis, de quibus dixit Eccleſ.cap.33. verſ.29. *Iniquitas Sodomorum otioſitas fuit, & ſaturitas panis.*

De tertio dictum eſt per Paulum 1. ad Timoth.c.2. v. 9. *Non in veſte pretioſa, non in tortis crinibus, aut auro, aut margharitis.* Exemplum habes in Moabitidis mulieribus, quæ ſe ornauerunt, vt facerent in ſe peccare filios Iſrael.

De quarto, dictum eſt Ierem.c.9. verſ.21. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.* Exemplum habes de Dyna filia Iacob.

De quinto dictum eſt Prouerb. c.19. ver. 21. *in manibus lingua mors, & vita.* Item *corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Vt vxor Putipharis ad Ioſeph, *dormi mecum*, ait.

De ſexto dictum eſt *adoleſcentulas iuniores deuita.* Exemplum habes de Thamar filia Dauid corrupta à ſuo fratre Ammon, quia ſola cùm ſolo intrauit thalamum.

46 Quare ex Regma duo filij naſcuntur? quia cum Regma ſit interpretatus *ſocietas*, charitatis ordo explicatur, qui duplex eſt, vnum ordinem habet in ſe creſcendo, alterum perſonas diſcernendo. Primò reſpicit Deum, & omnia per ipſum; ſecundò proximum ſicut ſe ipſum diligit. Sed S. P. N. Auguſtinus lib.1. de doctrina Chriſtiana c. 23. hāc charitatis ſocietatem in quatuor diuidit claſſes, & dicit *Quatuor ſunt diligenda ex charitate, Vnum, quod ſuprà nos eſt, ſcilicèt Deus: Alterum, quod intrà nos eſt, quod nos ſumus: Tertium, quod iuxtà nos eſt ſcilicèt proximus. Quartum, quod infrà nos eſt, ſcilicèt proprium corpus.*

47 Quare ex Meſraim ſex numerantur filij? Quia figuratur, quòd tota vita hominis, quæ ſex ætatibus conſtat, ſex in tribulationibus perdurat, Meſraim enim *tribulationes* ſignificat. Septima verò hominis ætas, in qua malum non erit, poſt hanc vitam futura ſperatur, in quam iuſti venient ad requiem ſabbati.

48 Quare Scriptura hìc ponit, ex Chanaan vndecim procreatos filios? Vndenarius numerus, quia recedit ab vnitate, ideò ad res ſęculi pertinet, dicit Lauretus in appendice; vnde cum Chanaan explicetur *mercator*, docetur quòd homines qui mercatores rerum ſæculi fiunt, ab vnitate recedunt, ideſt à Deo, à fide, & à Baptiſmo: à Deo, quia illis dicit Saluianus alibi citatus *in comparatione omnium nunc Deus vilis eſt*: à fide, quia mundum totaliter diligendo æternam gloriam minimè credunt: à Baptiſmate

te

te, quia ipſum, quod dedit eis vitam, operibus malis renuntiant, æternam quærendo mortem: Sic enim recedunt ab hac vnitate, quam ad Epheſios cap. 4. verſ. 5. declarauit Apoſtolus dicens, *vnus Dominus, vna Fides vnum Baptiſma*.

49 Quare ex Sem quinque filij naſcuntur? Vt intelligatur, quòd homo Religioſus virtutis ſectator quinque ſenſuum cuſtodiam habere debet modo peculiari, & ſicut Pater filios cuſtodit, & gubernat, ne in crimina ruant, ſic iuſtus ſenſus ſuos debet præcauere, ne in obiecta peſſima incidant, quia ſi incidunt, iam peccatum intrauit difficilè remouendum. Audi D. Ambroſium lib. de fuga ſæculi cap. 1. tom. 1. *Quis inter tot paſſiones huius ſæculi, inter tot illecebras huius mundi, tutum atque intemeratum ſeruare poteſt veſtigium? Reſpexit oculus, & ſenſum mentis euertit: audiuit auris, & intentionem inflexit: inhalauit odor, & cogitationem impediuit: os libauit, & crimen reddidit: tactus contigit, & ignem adoleuit. Intrauit mors per feneſtram, dixit Propheta. Feneſtra tua oculus tuus eſt. Si videas mulierem ad concupiſcendum, intrauit mors: ſi audias ſermones meretricios, intrauit mors: ſi luxuria ſenſus tuos capiat, penetrauit mors:* O cuſtodi ſenſuum tuorum feneſtras quinque, ne mors in animam tuam intret æterna!

50 Quare Duos filios dicitur Arphaxad generaſſe? Arphaxad *Sanans* interpretatur, vndè patet myſterium, duo filij, duo Crucis ligna ſunt. Arphaxad Sanans eſt Chriſtus Dominus, Sanans nos per crucis ligna ab infirmitate culpæ, vt ergò hanc habeamus in figuris memoriam, Arphaxad generaſſe dicitur duos filios: quod figuratum expreſſit Apoſtolorum Princeps ſcribens in 1. epiſt. cap. 2. verſ. 24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui iuſtitia viuamus: cuius liuore ſanati eſtis*.

51 Quare ex Heber duo filij? Quia cum Heber norma ſit hominis religioſi, & Dei colentis, indicantur per duos filios duæ vitę, contemplatiua vna, actiua altera; nam inquit Sapientiſſimus Chartagena exponens verba Gen. cap. 28. v. 12. *ad vitam actiuam, & contemplatiuam omnia virtutum genera reuocantur*. Pertinet igitur actiua ad opera charitatis, miſericordiæ, ad cultum, & ſimilia; contemplatiua verò meditationi vacat. Hæ due vitę myſticè adumbratæ videntur in illis duabus Virgis aſſumptis à Zacharia Propheta c. 11. v. 7. *Et aſſumpſi mihi duas Virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum*. In illis duabus oliuis poſitis, à dextris animæ vna, ſcilicèt cōtemplatiua, à ſiniſtris altera, nempè actiua. *Et duę oliuæ... vna à dextris .... & vna à ſiniſtris eius*, idem cap. 4. v. 3. In illis duobus Cherubin, qui videntur ſuper arcam animæ, quia actiua, & contemplatiua vita anima fit, dum degit in corpore quaſi Angelica; prophetico præuiſa iam ſpiritu ab Iſaia cap. 6. verſ. 2. tunc, quando illos vidit Seraphin, qui *duabus alis volabant*, quia anima per contemplationem volat ad ſydera, *Et duabus alis velabant*, quia per opera vitę actiuę induit ſe indumento virtutū.

52 Quare ab Aram ſolùm quatuor leguntur nati filij? Aram interpretatur *Sublimis, excelſus*. Hic docetur, quòd qui peruenire ambit ad Deum, qui Excelſus vocatur, excelſus dabit vocem ſuam, quatuor ſunt ei neceſſaria in via, ſinè quibus non intrabit in potentias Domini. Quatuor, quæ requiruntur hæc ſunt, nempe ſcientia viæ, ne erres: ſumptus, ne deficias: Cautela in via contra hoſtes, vt tibi prouideas. Dux viæ, qui te deducat, & præbeat auxilium. Si ergò rectè quæris, vt ſit via ad compendium, ſumptus ad victum, cautela ad documentum, dux ad obſequium; ſi ſecurus incedis, beatus accedis ad *excelſum*, & dicitur tibi *intra in gaudium Domini tui*; & erit locus ad gaudium. Vtilis eſt ergò ſcientia viæ, quia *Eſt via, quæ videtur homini iuſta; nouiſſima autem eius deducunt ad mortem* Prouerb. cap. 14. verſ. 12. Et cautela, non quidem mundi, quia *prudentia mundi inimica eſt Deo*. Sumptus quoque S. Paul. 1. ad Corint. c. 5. verſ. 8. *non de fermento malitia, & nequitiæ: ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis*. Et eſt dux habendus non qui ſe transfigurat in Angelum lucis, cuius ductu *mors intrauit in orbem terrarum*; Sed qui beneuolus ſit, vt gaudeat; prouidus, vt conſultat, inuictus, vt defendat [illegible] vt

53 Quare ex Iectan treſdecim compu- Verſ. 26.
tantur filij? Quia non ſufficit fieri *Paruulus* vſque 29.
(Iectan enim *Paruulus* interpretatur) ideſt humilis ad acquirendam gloriam, ſed etiam treſdecim requiruntur, ideſt fides Trinitatis, & decem præceptorum obſeruatio: nàm de primo dicitur S. Marc. cap. 16. verſ. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*. De ſecundo in epiſt. S. Iacobi cap. 2. verſ. 11. *Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus*.

54 Quare ex Iaphet quindecim computantur generationes? Quia peccatoribus pænitentibus, vel hominibus iuſtitiæ amatoribus, Deus vitam elongat quindecim annis; qui anni deſignati ſunt in filijs quindecim Iapheth, quia iſti quindecim anni reuera filij pænitentiæ vocari poſſunt; Eccè exemplum Ezechiæ, qui infirmatus ad mortem, & flens fletu magno ſua ſceleta, quindecim annos elongauit ſuam vitam. Iſaias cap. 38. verſ. 5. *Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos*. Mi Peccator tu longam cupis habere in hoc mundo vitam: En modus, en lege; pænitere, & vitam, quam deſideras, longæuam habebis.

55 Quare Chami generationes triginta numerantur? Quia in iſtis deſignantur triginta argentei, quibus appretiatur, & venditur

ditur Deus à peccatoribus,dum offenditur, Zacharias cap. 11. verſ. 12. & 13. *& appenderunt mercedem meam triginta argenteos .... Decorum pretium , quo appretiatus ſum ab eis*. O quot, quot Iudæ in Dæmonum conſilio Chriſtum appretiant triginta argenteis, ambitu auaritiæ, luxuriæ deſiderio ? Proh miſeri Pſæudochriſtiani, infælices Iudæ diſcipuli ! Audite,quæ de veſtro anteſignano Iſcariote ſcripſit S.Gregorius Nazianzenus orat. 27. *Deum prodit* , inquit, *triginta argenteis vendit ; hoc enim pretio dignus erat , non qui prodebatur , ſed qui prodebat*. Iudas Deum ipſum auarè vendens,non erat dignus accipere maius pretium. O quammulta, quampaucis Nazianzenus compendio dedit ! Sic vos criminibus tam viliter Deum appretiando non eſtis digni maius accipere pretium.

Verſ.9. 56 Quare ex Sem,refert Moyſes, viginti ſeptem fuiſſe generationes? Quia in iſtis generationibus figurabatur Populus Chriſtianus, expreſsus in numero vigeſimo,dicit Lauretus, qui per ſeptem Spiritus Sancti dona regendus erat, immò gubernandus, & ampliandus. Nam S. Bernardus in fine hom. de puero Ieſu duodenni pag. mihi 22. lit. C, ſcribit : *Porrò nutricium noſtrum nihil liberiùs dixerim , quàm Spiritum Sanctum* : ab iſto enim regitur Populus Chriſtianus.

57 Quare adduntur illa verba *coram Domino*, dum refertur à Moſe, Nembrot venatorem robuſtum fuiſſe ? Quia voluit docere clericos, ne ipſi venatores criminum fiant, quia *Coram Domino* ſunt ; Hæ ſunt abominationes, quas præuidit Daniel Propheta cap. 9. verſ. 27. *& erit in Templo abominatio deſolationis*: de qua ſcripſit S. Matthæus cap. 24. verſ. 15. *Cum ergo videritis abominationem deſolationis , quæ dicta eſt à Daniele propheta ſtantem in loco ſancto : qui legit , intelligat* ; O verè intelligeret , qui legerit ! nec aliud exaggero, pudet me paginam implere, quia hæc abominatio à meis criminibus incipit : ergò tu Domine (qui hæc vides, & per Iſaiam cap. 65. verſ. 3. doles, dicens *Populus,qui ad iracundiā, prouocat me, ante faciem meam ſemper*) fac me intelligere , quod lego , vt cognitioni pediſſequa fiat Pænitentia.

Verſ.15. 58 Quare hic ſolùm dicitur primogeniti nomen in omnibus iſtis generationibus, *Sidonem primogenitum ſuum* ? Quia in Sidone figurabatur fides cordis noſtri, de qua S. P. N. Auguſtinus part. 10. lib. de Conuenientia 10. præceptorum , & decem plagarum Ægypti cap. 10. col 2. pag. mihi 56. dicit. *Primogenita cordis noſtri Fides eſt : nemo enim operatur bonum, niſi fides præceſſerit . Omnia opera tua bona filij tui ſunt ſpiritales , ſed inter iſtos tibi primogenita fides eſt* . Ergò Fidem chariorem habeto , nàm nil charius primogenitis, hæc inter opera tua ſemper primogenita exiſtat.

59 Quare Nembrod *Venator* vocatur ? Verſ.9.
Quia per hoc explicatur , quòd quilibet Peccator inter feras criminum ſemper moratur : Venatoris enim proprium inter feras, & ſyluas vitam agere, ergò quilibet poteſt metaphoricè dici fera , brutum : Nam ſi dixit Dauid Pſal. 17. verſ. 27. *Cum electo electus eris; & cum peruerſo peruerteris*, quia ſimilis fit homo illis , quibus aſſociatur , ſequitur , & ſi cum feris, fera fit. O vtinam peccatores ſcelerum venantes bruta, brutis ſimiles non fierent ! habent ipſi gratiam Dei , & cum tantum non cognoſcant honorem , Deum offendendo , iumentis comparantur inſipientibus . Sic iam dixit Pſalmiſta Pſal. 48. verſ. 13. *Homo cum in honore eſſet non intellexit : comparatus eſt iumentis inſipientibus , & ſimilis factus eſt illis* : En tuæ culpæ quam effigiem tibi effingunt . Ergò audi miſer , quid tibi miſerens inquit S. P. N. Auguſtinus, vbi ſupra cap. 5. in fine *Si pecus eſſe non times; vel ſaltem mori, ſicut pecus, time* .

60 Quare Aſſur egreſſus ſit de terra il- Verſ. 11.
la, quam in ſeruitutem redegerat Nembrod: forſan nè Aſsur ſeruitutem Nembrodo dedignabatur ? minimè, ſed vt cognoſceretur, quòd eſt miſerior ſeruitus peccati , quàm hominum , indè fugiendum de malorum conſortio. Quia (inquit Rupertus Abbas in cap. 11. S. Matthæi) *Tot iuga ſunt ſeruitutis, quot vitia , & tot onera , quot peccata* : Cui vniuocatur S. Bernardus lib. 1. de conſider. ad Eugenium. *An non ſeruus , cui dominetur iniquitas? & maximè , niſi tu forſan indignius iudices , hominem tibi , quàm vitium Dominari.* Et ſi ita, *fælicius*, ſcribit S. P. N. Auguſtinus lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 15. *ſeruitur homini , quàm libidini* .

F I N I S.

Laus Deo, ac Deiparæ, ſemperque Virgini MARIÆ.

INDEX

INDEX DVBIORVM MORALIVM

Ex Prolegomenon.

Cur voluit Deus obſcuram eſſe Sacram Scripturam. cap. 2. nu. 16.
Cur Chriſtus parabolis vſus eſt cap. 6. nu. 64.
Cur libri Sacræ Scripturæ Canonici appellantur c. 9. nu. 89.

Ex cap. 1. Geneſis.

Lux.

Cur cùm lucem primo die feciſſet Deus, non dixit fiat lux, vt luceat ſuper terram: ſicut quarto die de luminaribus dixit? nu. 139.

Homo.

Cur Deus ad tantum honorem euehit hominem, vt in ipſo ſuam ponat imaginem? num. 142.

Multiplicatio Hominum.

Cur hominum multiplicationem, quos peccatores futuros, benè nouerat, ſic Deus exoptat, dicens *creſcite, & multiplicamini?* num. 146.

Ex cap. 2. Geneſis.

Requies.

Cur dicitur Deus requieſcere, cùm fatigatus non ſit? num. 150.

Lignum ſcientiæ.

Cur lignum ſcientiæ boni, & mali non in parte, vel angulo conſtituitur, ſed in medio num. 153.

Mors.

Cur Deus, qui Adamo ſuper omnia dominatum dedit, & poſuit in paradiſo delitiarum, inter hæc, mortis pœnam ei imponit, *morte morieris?* num. 156.

Homo ſolus.

Cur ſi erat homo tot in paradiſæis delicijs conſtitutus, de illo affirmat Dominus, quòd non eſt bonum hominem eſſe ſolum? nu. 159.

Ex cap. 3. Geneſis.

Fructus.

Cur, & quomodo ex fructus comeſtione aperiuntur oculi protoparentum, ſi cæci non erant? num. 162.

Serpens.

Cur tam rigida ſententia promulgatur in brutum animal iudicio, ac ratione carens, potius in dæmonem omnis mali auctorem videbatur fulminanda? nu. 165.

Ex cap. 4. Geneſis.

Enos.

Cur de ſolo Enos dicitur hic ſperauit inuocare nomen domini? num. 168.

Ex cap. 5. Geneſis.

Henoch.

Cur in paradiſum tranſumptus eſt Henoch; nec mortis expectatus terminus. nu. 171.

Mathuſala.

Cur Dominus Mathuſalæ dedit nongentos annos, & ſibi (humanitate aſſumpta) tàm paucos ſumpſit, quòd vix impleuit triginta, & quatuor annos? num. 174.

Ex cap. 6. Geneſis.

Filij Enos.

Cur tantum huiuſmodi homines luxuria notantur (*ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum*) cum alijs multis peccatis eſſent infecti, vt furto, homicidio, & ſimilibus, vt notant Lyranus, Lyppomanus, & alij? nu. 177.

Anni.

Cur indicitur ſpatium centum viginti annorum ad homines ſceleſtos vniuerſali diluuio de terra delendos, nedum tamen fuerat annus centeſimus euolutus, cùm aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram? nu. 180.

Ex cap. 9. Geneſis.

Signum fœderis.

Cur Noe Arcus ſignum in nubibus datur, ſi Dei promiſſio ſufficiens erat, vt ſanctus ſenex in fide data firmus eſſet? nu. 183.

Chanaan maledictio.

Cur non execratur Cham, qui peccauit, ſed filium eius Chanaan? nu. 186.

Ex cap. 15. Geneſis.

Nepotum Abrææ afflictio.

Cur dixit Deus Abramo, poſteros ſuos fore affligendos quadringentis annis? num. 189.

Ex cap. 17. Geneſis.

Circumciſio.

Cur Deus pro filijs Abrahæ tantum partem legis mandat, circumcidere ſcilicet particulam præputij? nu. 192.

Ex cap. 22. Geneſis.

Iſaachi ſacrificium.

Cur ſi Abraham mactare debebat Iſaacum, vt holocauſtum Deo offerret, dixit ad pueros ſuos, expectate hic, poſtquam ego, & puer adorauerimus, reuertemur ad vos? nu. 194.

Ex cap. 25. Geneſis.

Eſau Nomen.

Cur Eſau à cibo ruſo, quem comederat, dictus fuit Edom? num. 197.

Ex cap. 31 Geneſis.

Rachelis furtum.

Cur Rachel furata eſt idola patris ſui? num. 200.

Ex cap. 34. Geneſis.

Simeoni, & Leui Iacob obiurgatio.

Cur Iacobi ſolummodo ad Simeonem, & Leui dirigitur obiurgatio, cùm filij omnes facti fuerunt illius criminis patratores? nu. 203.

Ex cap. 37. Geneſis.

Ioſephi futura adoratio.

Cur Iacob filium Ioſephum reprehendit, cùm ſe adorandum dicit, num. 206.

Venditio Ioſephi.

Cur Ioſeph prænoſcens tantę ſublimitatis gloriam, ſic ignorat præuiam venditionem, & præambulam ſeruitutem, quæ prior erat? num. 209.

Ex cap. 40. Geneſis.

Piſtoris, & Pyncernæ ſomnia interpretata.

Cur hæc duo ſomnia adducuntur Ioſeph, in quorum vno oſtenditur regis ſeueritas ad puniendum, in altero verò clementia ad hominem in ſuo munere collocandum? num. 212.

Ex cap. 40. *Geneſis*.

Scyphus in ſacco Beniamin.

Cur dicitur à diſpenſatore domus Ioſeph, Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet? num.215.

Ex cap. 45. *Geneſis*.

Ioſephi amor in fratres.

Cur Ioſeph non intentat minas, in ſe commiſſas non recordatur offenſas, imò Deo adſcribit exilium, ne aſcribat fratribus odium? num.218.

Ex cap. 46. *Geneſis*.

S. Lucę enumeratio de animis Ægyptum ingreſsis.

Cur Sanctus Lucas, cùm eſſet Hebræus radicem hebraicam relinquens, Græca exemplaria ſeptuaginta imitatur? num. 221.

Ex cap. 47. *Geneſis*.

Virgæ Ioſephi Adoratio.

Cur Iacob adorauit faſtigium virgæ, ideſt, ſceptri Ioſephi? num.225.

Ex cap. 48. *Geneſis*.

Hæreditas Agri Hemor.

Cur Iacob magis eligit agrum illum, vt tanquam rem magnam ſingulariter delegaret ſuo dilecto Ioſeph, quàm quodcunque aliud donum, quibus multis abundat, cum ipſe eſſet valde locuples? num.230.

Ex cap. 49. *Geneſis*.

Hebręorum regni deſtructio.

Cur veniente Chriſto ablatum fuit ab Herode regnum, quod ipſe iam à Iuda abripuerat? num.233.

Iacobi hæredes.

Cur Iacob omnes, quos de liberis, & ancillis genuit æquali honore filios, & hæredes conſtituerit? num.236.

INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ
Vtriuſque Teſtamenti ex Prolegomenon.

Ex Geneſi.

Cap.1.v.3. DIxitque Deus: Fiat lux, & facta eſt lux nu. 137.
v.5. Factumque eſt veſpere & mane dies vnus ibid.
v.14. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos num.55.
v.15. Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. nu. 139.
v.16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti nu.137.
v.19. Et factum eſt veſpere, & mane dies quartus.num.ibid.
v.26. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram nu.140.
v.28. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.nu. 143.
Cap.2.verſ.2. Requieuit die ſeptimo ab omni opere, quod patrarat.nu.147.
v.9. Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni, & mali. nu. 151.
v.17. De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. num.154.
v.23. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. num.95.
v.28. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi num.157.
Cap.3.v.1. 5. In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri. num. 151.& 160.
v.6. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum.num.160.
v.7. Et aperti ſunt oculi amborum. ibid. & num.151.
v.14. Ait Dominus ad ſerpentem: quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris &c. num. 163.
v.22. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum, & malum, num.57.151. & 162.
Cap.4.verſ. 24. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties num.102.
v.26. Sed, & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cæpit inuocare nomen domini.num.166.
Cap.5.verſ.5. Omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. nu.154.
v.24. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. num. 169.
v.26. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech ſeptingentis octoginta duobus annis.num.172.
Cap.6.v.2. Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores. num.175.
v.3. Eruntque dies illius centum viginti annorum: nu.178.
v.4. Ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt. num.175.
Cap.9.v.13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fęderis inter me, & inter terram. nu.181.
v.25. Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis num. 184.
Cap.15. v.13. Dictumque eſt ad eum ſcito prenoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. num. 187.
Cap.17.verſ.14. Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. nu.190.
Cap.22.verſ.5. Dixitque ad pueros ſuos: expectate hic cum aſino, ego & puer illuc

huc vſquè properantes, poſtquam, adorauerimus reuertemur ad vos. num.193.
Cap.25.verſ.25. Qui prior egreſſus eſt rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus, vocatumque eſt nomen eius Eſau.num.195.
v.30. Ait, da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum; Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom.nu.195.
Cap.27.verſ.40. Erit benedictio tua; viues in gladio, & fratri tuo ſerujes, tempuſque veniet, cùm excutias, & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. num.87.
Cap.31. v.19. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues: & Rachel furata eſt idola patris ſui num.198.
Cap.33.v.19. Emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula à filijs Hemor patris Sichem centum agnis nu. 227.
Cap.34.v.30. Quibus patratis audacter Iacob dixit ad Simeon, & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius: nos pauci ſumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.num. 201.
Cap.35.v.19. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via, quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem:nu.204.
Cap.37.v. 10. Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? nu.204.
v.36. Vendiderunt Ioſeph Putiphari eunucho Pharaonis. nu. 207.
Cap.40.v.9. Videbam coram me vitem. num. 211.
v.18. Hæc eſt Interpretatio ſomnij. Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt. num.210.
v.19. Poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce. ibid.
v.22. Alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. ibid.
Cap.42.v.18. Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo, nu.213.
Cap.44.verſ.5. Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet.nu.213.
Cap.45.v.8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.num.216.
Cap.46.v.26. Cunctæ animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex. num.219.
v.27. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta ibid.
Cap.47.v.31. Adorauit Iſrael Deum, conuerſus ad lectuli caput.num.222.
Cap.48.v.22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.nu.227.
Cap.49.v.5. Simeon, & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. num.201.
v.6. In conſilium eorum non veniat anima mea. ibid.
v. 7. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. ibid.
v.10. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.num.231.
v.26. Donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. num.234.
Cap.50.v.19. Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati: nu. 216.
v.20. Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum. ibid.

Ex Exodo.

Cap.15.v.1. TVnc cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen hoc domino, & dixerunt: Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt. num. 78.
Cap.17. verſ.16. Quia manus ſolius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec num.201.
Cap.20.verſ.14. Non mœchaberis. num.131.
Cap.22.v:7. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo, qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi inuenitur fur, duplum reddet.num.104.
v.9. Tam in boue, quàm in aſino, & oue, ac veſtimento.num.113.
v.10. Si quis commendauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit.num:104.
v.18. Maleficos non patieris viuere.num. 119.
Cap.40.v.34. Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas.num.235.

Ex Leuitico.

Cap.1.verſ.2. LOquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam domino de pecoribus, id eſt, de bobus, & ouibus offerens

ferens victimas.num.112,
Cap.4.v. 17. Tincto digito aſpergens ſepties contra velum.num.109.
Cap.7.v.18. Si quis de carnibus victimæ pacifi-corum die tertio comederit irrita fiet oblatio.num.106.
Cap.13.verſ.2. Homo in cuius cute, & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, ideſt plaga lepræ, adducetur ad Aaron Sacerdotem.nu.124. & 125.
v.4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, recludet cum ſacerdos ſeptem diebus ibid.
v. 5. Siquidem Lepra vltra non ereuerit, rurſum recludet eum ſeptem diebus alijs ibid.
v. 10. Cumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aſpectum, ipſa quoque caro viua apparuerit.nu.37. & 124.
v. 11. Lepra vetuſtiſſima iudicabitur. num.124.
v.18. Caro autem, & cutis in qua vlcus natum eſt, & ſanatum. ibid.
v.29. Vir, ſiue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos ſacerdos.num. ibid.
Cap.14.v.13. Immolabit agnum, vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato, & holocauſtum.num.130.
v.34. Cum ingreſſi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus.num. 132.
Cap.19.v 7. Si quis poſt biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus.num.107.
Cap.20.v.27. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. num.119.
Cap.24.v.2. Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter.num.110.

Ex Numeris.

Cap.5.v.2. PRæcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum. num.100.
Cap.7.v.89. Cumque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe.num.135.
Cap.12.v.14. Cui reſpondit Dominus. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur. num.101.
Cap.21.v.14. Vnde dicitur in libro bellorum Domini. num.11.

Ex Deuteronomio.

Cap.14.v.26. SIue ex armentis, ſiue ex ouibus vinum quoque, & ſiceram.num.115,
Cap.15.v.19. De primogenitis, quæ naſcuntur in armentis, & in ouibus tuis num.118.
Cap.22.v.9. Non ſeres vineam tuam altero ſemine: ne & ſementis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea. num.51.
Cap.31.v.9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini. num. 82.
v.24. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit. ibid.
v. 25. Præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens. ibid.
v.26. Tollite librum iſtum. ibid.
Cap.32.v.1. Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.num.78.

Ex Ioſue.

Cap.5.verſ.5. QVi omnes circumciſi erant. Populus autem, qui natus eſt in deſerto, num. 190.
v. 6. Per quadraginta annos itineris laſtiſſimæ ſolitudinis, incircumciſus fuit. ibidem.
Cap.10.v.13. Nonnè ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum? num.11.

Ex 1. *Regum*.

Cap.10.v.25. LOcutus eſt autem Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino. num.11.

Ex 2. *Regum*.

Cap.1.v.16. SAnguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum locutum eſt aduerſum te: num.60.
v. 18. Et præcepit ut docerent filios Iuda arcum, ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum.num. 11.

Cap.3.

Cap.3.v.18. Nunc ergo facite: quoniam dominus locutus eſt ad Dauid, dicens: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meus Iſrael.num.43.
Cap.9.v.7. Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam. num.40.

Ex 3. *Regum*.

Cap.4.verſ.32. Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolarum:& fuerunt carmina eius quinque, & mille.num.11.
Cap.8.verſ.9. In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ. num. 8.
Cap.14. v.11. Iuxtà ſermonem Domini, quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ.num.11.
v.19. Scripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael.ibid.
v.24. Sed, & effæminati fuerunt in terra, feceruntque abominationes gentium.ibid.
Cap.17.v.1. Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxtà oris mei verbum.num.47.

Ex 1. *Paralipomenon*.

Cap.7.v.29. Iuxta filios quoque Manaſſe, Bethſan, & filias eius, Thanach, & filias eius, Mageddo, & filias eius, Dor, & filias eius: in his habitauerunt filij Ioſeph, filij Iſrael. num.41.
Cap.29.v.29. Geſta autem Dauid regis priora, & nouiſſima, ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in voluminibus Gad videntis. num.11.

Ex 2. *Paralipomenon*.

Cap.9.v.29. Reliqua autem operum Salomonis priorum, & nouiſſimorum, ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in viſione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat.num. 11.
Cap.20.verſ.34. Reliqua autem geſtorum Ioſaphat priorum, & nouiſſimorum, ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanam; quę digeſſit in libros regum Iſrael.num. 11.
Cap.21.v.12. Allatæ ſunt autem ei literæ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum erat.ibid.
Cap.33.v.19. Scripta ſunt in ſermonibus Hozai.num.ibid.

Ex *Iudith*.

Cap.9.verſ.2. Domine Deus Patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium, in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur Virginis in confuſionem.num. 201.

Ex *Iob*.

Cap.2.v.6. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua eſt, verumtamen animam illius ſerua. num.189.
Cap.27.v.11. Docebo vos per manum Dei, quæ omnipotens habeat, nec abſcondam.num.18.
Cap.38.v.2. Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? nu.19.
v.7. Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? num.175.

Ex *Pſalmis*.

Pſal.1.v.3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. num. 39.
Pſal.18.v.5. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. num.56.
Pſal.44.v.2. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.num.4.
Pſal.51.v.7. Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo.nu.40.
Pſal.75.v.3. Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.num. 14.
Pſal.77.v.19. Et malè locuti ſunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto? num.46.
Pſal.81.v.6. Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes.num.167.
Pſal.83.v.5. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.nu.23.
Pſal. 86. v.5. Numquid Sion dicet. Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe funda-

fundauit eam Altiſſimus ? num.39.
Pſal.94.v.11. Et iſti non cognouerunt vias meas : vt iuraui in ira mea : ſi introibunt in requiem meam. num.47.
Pſal.99.v.3. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus : ipſe fecit nos, & non ipſi nos: num.212.
Pſal.115.v.12. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi ? num.26.
Pſal.117.v.8. Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine. nu.38.

Ex *Sapientia*.

Cap.5.v.2. VIdentes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. num.161.

Ex Eccleſiaſtico.

Cap.44.v.16. HEnoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. nu. 169.

Ex *Iſaia*.

Cap.1.v.3. COgnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. num.56.
Cap.3.v.11. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei : num.23.
Cap.5.v.9. Hæc, dicit Dominus exercituum. Niſi domus multæ deſertæ fuerint.num. 3.& 48.
Cap.8.v.1. Sume tibi librum grandem.num.19.
Cap.12.v.1. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. num.46.
Cap.14.v.24. Iurauit Dominus exercituum, dicens: ſi non, vt putaui, ita erit.num.47.
Cap.40.v.18. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? num.140.
Cap.62.v.4. Vocaberis Voluntas mea in ea. num.194.

Ex *Ieremia*.

Cap.12.v.5. SI eum peditibus currens laboraſti: quomodo contendere poteris cum equis? num.105.
Cap.36.v.23. Cumque legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſciſſit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem.num.11.

Ex *Ezechiele*.

Cap.2.v.9. ET vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus, & foris: & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. num.17.& ſequitur.
Cap.41.v.21. Limen quadrangulum, & faeies ſanctuarij, aſpectus contra aſpectum.num. 103.

Ex Daniele.

Cap.5.v.5. IN eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum. num.18.
Cap.12.verſ.9. Et ait: vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones, vſquè ad præfinitum tempus. num.20.

Ex *Oſea*:

Cap.8.verſ.4. Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent.num.40.

Ex *Ioele*.

Cap.2.v.12. NVnc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu.num.23.
v.28. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. num.236.

Ex *Iona*.

Cap.1.v.1. Et factum eſt Verbum Domini ad Io-

Ionam filium Amathi. numero 31

Ex Zacharia.

Cap.3.v.7. HÆc dicit Dominus exercituum: ſi in vijs meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris: tu quoque iudicabis domum meam.num.37.

Cap.11.v.13. Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.num. 57.

Ex 2. Machabæorum.

Cap.2. v.1. Inuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iuſſit eos ignem accipere, qui tranſmigrabant.num.11.

Ex Nouo Teſtamento.

Ex S. Matthæo.

Cap.6.v.6. TV autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito.num.144.

Cap.7.v.6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.num.64.

Cap.9.v.21. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero.num.52.

Cap.13.v.11. Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum: illis autem non eſt datum. num. 64.

v. 13. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. ibid.

Cap.19.v.8. Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, num.66.

v.10. Dicunt ei diſcipuli eius: ſi ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. num. 143.

Cap.21.v.42. Dicit illis Ieſus: Numquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? num.68.

Cap.22.v.29. Reſpondens autem Ieſus ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. num. 8.

Ex S. Marco.

Cap.4.v.33. ET talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.num.64.

Cap.16. v.19. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. num.63.

Ex S. Luca.

Cap.1.v.55. SIcut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham, & ſemini eius in ſæcula.num.3.

v.70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius. ibid.

Cap.13.v.28. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium num.23.

Cap.17.v.10. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus.num.149.

Cap.23.v. 42. Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. num. 142.

Cap.24.v.44. Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, prophetis, & Pſalmis de me num.10.

v.45. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.nu.21.

Ex S. Ioanne.

Cap.3.v.12. SI terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? num.15.

Cap.5. v.17. Pater meus vſquè modò operatur, & ego operor.num.147.

v. 39. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. num.15.

v.46. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi: de me enim ille ſcripſit.num.5.

Cap.10.v.9. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.num.22.

Ex Act. Apoſtolorum.

Cap.4.v.24. DOmine, tu es qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. num. 3.
v.25. Qui Spiritu Sancto per os patris noſtri Dauid, pueri tui dixiſti. ib.
Cap.7.v.14. Mittens autem Ioſeph acceſſiuit Iacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque. num, 219.
v.22. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus, num.77.

Ex *Epiſt. ad Romanos.*

Cap.2.v.28. NOn enim qui in manifeſto, iudæus eſt; neque, quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio.num. 191.
v.29. Sed qui in abſcondito, Iudæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera; cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.ibid.
Cap.15.v.4. Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.num.70.

Ex 1. *ad Corinthios.*

Cap.1.v.24. IPſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.nu.8.
Cap.4.v.9. Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. nu. 189.
Cap.7.v.26. Quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.num.157.
v.40. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium: puto autem quod, & ego ſpiritum Dei habeam. num. 143.
Cap.10.v.11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis.num.73.
Cap.15.v.49. Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni; portemus, & imaginem cœleſtis.num. 140.

Ex 2. *ad Corinthios.*

Cap.2.v.14. ODorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.n.40.
Cap.6. v.16. Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis.num.140.
Cap.8.v.23. Siue pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vos adiutor, ſiue fratres noſtri.num.26.
Cap.10.v.2. Rogo autem vos ne præſens audeam, per eam confidentiam, qua exiſtimor audere in quoſdam, qui arbitrantur nos tanquam ſecundùm carnem ambulemus.num.59.

Ex Epiſt. ad Galatas.

Cap.3.v.17. HOc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt quadringentos, & triginta annos facta eſt Lex.nu.187.

Ex 2. ad Timotheum.

Cap.3.v.16. OMnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.num.1.

Ex Epiſt. ad Hebræos.

Cap.1.v.1. MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis.num.3.
v.3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. num.140.
Cap.11.v.5. Fide Henoch tranſlatus eſt ne videret mortem, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum Deus.num.169.
v.19. Arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.num.193.
v.21. Fide Iacob moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius. nu.222.

Ex *Epiſt. S. Iacobi.*

Cap.1.v.22. EStote autem factores verbi; & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos.num.18.

Ex 2. *S. Petri.*

Cap.1.v.21. QVi per ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo.num.3.

INDEX

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
Ex Prolegomenon.

Auctor.

SAcræ Scripturæ Deus ipſe eſt auctor.num.3.
Quis auctor vulgatæ. nu.97.
Argumentum.
Argumentum Sacræ Scripturæ præcipuum Chriſtus nu.6.
Argumentum à pari. nu.104.
Arca.
Arca fœderis Chriſtus.num.8.
De Ambagibus Sacræ Scripturæ.
De Abſtractis. num.24.
De Æterno. num.25.
De Caſu. num. 26.
De Dubitationum particulis. num. 27.
De Epitaſi. num.28.
De Figura, & figurato. num.29.
De Nominibus filij, & filiæ. num. 30.
De Nomine fornicationis. num.31.
De Nomine proprio. num.33.
De Fœdis, & ſordidis. num.32.
De Numero. num.35.
De Temporum ordine. num.36.
De Potentia, & actu potentiæ. num. 37.
De Poſitiuo. num.38.
De Subſtantiuo.num.39.
De Verbis neutris. num.40.
De Vrbibus. num.41.
Analogia.
Analogia quid. num.66.
Allegoria.
Allegoria vnde dicta. num.72.
Allegoria dupliciter accipitur. ibid.
Allegoricus ſenſus quid. num. 73.
Antilogia.
Antilogia quid ſit. num.136.
Anima.
Septem dies poſſunt aſſignari reparationi, quæ fit in anima per 7. dona Spiritus Sancti. num. 148.
Adam.
Adam in Paradiſo habuit *poſſe non mori*, & in cœlo homo *habet non poſſe mori*. num.154.
Adæ bonum erat matrimonium, iam melior eſt continentia. num.157.
Adamus ex humilitate factus Dei diſcipulus. num.162.
Altare.
Noe primus Altarium ædificator. num.183.
Auaritia.
Idola auaritiam ſignant. num.199.

B

Benedictio.

FIlij ſunt Dei benedictio. num. 220.
Bona.
Præſentia Dei bonorum cumulus. num.158.
Moleſtiſſimum eſt homini carere conſortio comparis, cui bona communicet num. 159.

C

Calamus.

CAlamus Dei Prophetarum linguæ. num.4.
Comparatio.
Comparatio à minori ad maius. num.101.
Comparatio à maiori ad minus. num.102.
Cœlum.
Nuptiæ terram replent, virginitas cœlum. num.143.
Adam in paradiſo habuit *poſſe non mori*, & homo in cœlo habet *non poſſe mori*. nu.154.
Qui cœlum ſperat, Deus dici debet ob multiplicitatem virtutum. num.167.
Continentia.
Adæ bonum erat matrimonium, iam melior eſt continentia. num.157.
Concupiſcentia.
Proprias concupiſcentias calcare magnum donum. num.230.
Conſilium.
Conſilia praua fugienda. num.164.

Cibus.

A cibo potiùs,quam à natura, & moribus nomen mutuamus.num.197.

Caſtitas.

Vbi dominata eſt luxuria, regnet caſtitas. num.228.

Chriſtus.

Chriſtus, & proprijs verbis, & Apoſtolorum ſcriptis eccleſiam docet.num.5.

Chriſtus præcipuum ſcripturæ argumentum, & vna vox.num.6.

De ſolo Chriſto Moyſes ſcripſit ibid.

Chriſtus in toto Pentatheuco prophetatus, num.7.

Chriſtus Arca fæderis.num. 8.

Chriſtum ignorat, qui ſcripturas ignorat.ibid.

Chriſtus quare parabolis vſus eſt.num.64.

Sol,& Luna ſunt figura Chriſti, & Eccleſiæ, num.139.

Chriſtum adorauit Iacob in virga Ioſeph. num.225.

Ioſeph Nazaræus Chriſti nazaræi typus expreſſus.num.234.

Chriſtus omnibus æqualis pari honore coronat.num.236.

Carolus V.

Carolus V. Lacrimans,regnum onus magnum vocauit.num.229.

Circumciſio.

Cur pueri hebræorum in deſerto fuerunt incircumciſi per 40.annos?num.190.

